Anno 1953 Bafwabaakam se contulit ut studia exerceret magistris instituendis apud Sorores a Sacra Familia, ex quibus constabat Africa Congregatio iuris dioecesani anno 1936 constituta. Eodem anno ingressa est ut candidata eandem Congregationem ; ab anno 1954 ad annum 1955 fuit probanda; peracto novitiatu (annis 1957-1959), Nonis Augustis est vota religiosa professa, quae insequentibus annis renovavit; tunc nomen accepit Sororem Mariam Ciernentinam. Interim studia continuavit et diploma monitricis est consecuta (anno 1960). Cum semper mansisset in Missione Bafwabakensi, studiose, diligenter et perite magistrae, custodis sacrarii et adiutricis in culina est iuncta muneribus. Consecrationem Deo factam sine ulla dubitatione exsecuta est, sed magno fidei spiritu, matura officii conscientia, sedulitate et fidelitate; ardenti contentione perfectionis iter confecit, animam suam aiens precationibus, meditatione, coniunctione cum Deo, exercitatione humilitatis et ferventi aviditate semper et per omnia voluntati Dei obsequendi. In statu religioso consecrata^ voluit esse « serva Dei » secundum exemplum Virginis Mariae, id potissimum intendens, quod vocabat ((primum opus religiosarum », nempe suam sanctificationem. Indefatigata caritate se gessit erga sodales religiosas suas, alumnos et proximos, praesertim dolentes, aegrotos et difficultatibus affectos, locorum consuetudines praetergrediens cum spiritu cumque christiana doctrina non consentaneas. Sui Instituti regulas et vota suscepta dilexit et servavit. Ut in sua vocatione maneret ad quamlibet iacturam erat parata, vel vitae ; scripserat namque : « Uni Iesu me vovi. Ideo ex hodierno die ei placere nitar et credere omnia quae eveniant ex eius esse voluntate » ; et item : « Dominus Iesus, cum nos vocavit, impendium nos postulavit : impendium rerum huius mundi, humani amoris impendium, ipsumque nostri impendium ». Eam ob rem putamus non imparatam illam fuisse in supremo discrimine, sed lucerna exornatam et copia olei apta, tamquam prudentem virginem Sponsum exspectantem (cfr. *Mt* 25, 1-10).

Cum Zaire cruentis intestinis certaminibus agitaretur, in quibus etiam non pauci religiosi occisi sunt, manus iuvenum factionis Simbarum, contra fidem catholicam odio impulsorum, die 29 mensis Novembris ex conventu Sororum a Sacra Familia Bafwabakae 18 professas, 9 novitias et 7 postulantes sustulerunt. Famula Dei, quae casu in agro erat domui propinquo, voluit se deprehensis aggregare, dicens :

((Quid hic facimus? Exeamus : si monendum est, simul monemur ». Traductae inde sunt Ibabbim, ubi pernoctaverunt. Soror Maria Clementina, suam imminentem necem quasi praesentiens, aequo animo hortabatur sodales ut vigilaren t et orarent : « Exoremus martyres Ugandenses : magno in periculo sumus » ; « Precemur, precemur : ego nescio num cras adhuc viva sim futura » ; « Sorores, scio me esse morituram ». Die 30 mensis Novembris Isirum pervenerunt, ibique multimodis et efferata impudentia religiosae iussae sunt virginitatem suam prostituere illa ipsa nocte militibus, qui eas corripuerant. Soror Maria Clementina electa est ut cum tribuno militum iaceret. Sorores et Serva Dei statim, uno ore, animose omnino recusaverunt. Turpi pertinaciae tribuni, qui commoda magna pollicebatur, si assentiretur, magna vi et obstinata voluntate respondebat : « Pati non possum me mulierem fieri viri ; si necessarium est, malo mori » ; « Nolo : Domino sum consecrata » ; « Fieri non potest : non licet mihi hoc facere peccatum : potius interficite me ». Tribunus amentia furens coepit eam saeve percutere, minime vero potuit Servae Dei imminuere firmitatem, quae iam suam vitam oblatura piaculum suavis odoris, sanctissimum Iesu nomen susurrabat. Deinde, cum omnia tenebrae circumfunderent, Soror Maria Clementina Anuarite Nengapeta pyroboli ictu necata est prima hora noctis Kalendarum Decembrium anno 1964. Mortua est coniungens virtuti mortis virtutem veniae christianae : « Ignosco tibi — alta voce dixit interfectori suo — quia nescis quid facias ». Interim sorores sodales ((Magnificat » canebant.

Aptissimae nobis videntur verba Sapientiae : « Iustorum autem animae in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, et aestimata est afflictio exitus illorum et, quod a nobis est iter, exterminium ; illi autem sunt in pace. Etenim, si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est; et in paucis correpti, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentavit eos et invenit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos et quasi holocausti hostiam accepit illos» *(Sap* 3, 1-6).

Conscia et libera mortis acceptione Serva Dei affirmare voluit et defendere sacram corporis sui naturam, templi Spiritus Sancti (cfr. *1 Cor* 6, 19), atque virginitatem suam Divino votam Sponso, quem indiviso corde et praeter omnia dilexerat. Nisa verbi Dei firma fide et spe certa vitae aeternae, probare voluit non esse timendos eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt Cecidere (cfr. *Mt* 10, 28). Adepta, gratia adiuvante, perfectam continentiam, sine haesitatione maluit sanguinem suum profundere, ut dignitatis personae

humanae altam visionem, quam mente formaverat, tueretur. Ita in sua carne monitum perfecit apostoli Pauli : ((Sciat unusquisque vestrum suum vas possidere in sanctificatione et honore, non in passione desiderii, sicut et gentes, quae ignorant Deum» *(1 Thess* 4, 4-5).

In immolatione humilis et fortis Sororis Mariae Ciernentinae animadvertimus sapiens de vita humana iudicium, eximium documentum amoris in Ecclesiam et genus humanum, Christi victoriam partam ex potentiis mali, assimulationem cum summa paupertate Filii Dei, qui seipsum exinanivit pro mundi peccatis ; communicationem humani cum morte sacrificali Iesu et partem in eius opera salutis, signum praesentiae Dei in historia, donum Altissimi factum hominibus.

Hinc pro certo habemus cruentam et victricem mortem Famulae Dei esse quodammodo lucem splendentem in tenebris ideoque dignam memoriae immortalis in communitate ecclesiali et in civili societate, cum nostris temporibus et aetatibus futuris denuo proponat magnas virtutes et laudes humanas et christianas, a quibus populi nequeunt discedere, si vere volunt dignitati et libertati favere hominis, qui terrenae civitatis civis et simul filius Dei, ad caelestem Ierusalem peregrinatur.

Confestim Serva Dei habita est et exorata ut vera virginitatis martyr, et eiusmodi fama crevit volventibus annis. Qua re, postquam Episcopus Isirensis-Niangaraënsis a Sancta Sede *Nihil obstat* obtinuit ad Causam introducendam *super martyrio* (die 14 mensis Aprilis anno 1977), instructus est mature *processus cognitionalis.* Testimonia collecta sunt a Tribunalibus Curiarum archiepiscopalem Kisanganiensis (anno 1978), Mechliniensis-Bruxellensis (anno 1978) et Kinshasanae (anno 1982), cuius Tribunal testationes excepit occisoris, quem iam sceleris sui paenituerat. Die 9 mensis Maii anno 1980 editum est *Decretum super revisione scriptorum* Servae Dei. Validitas autem iuridica Processuum comprobata est Decreto diei 12 Februarii anno 1982. *Positio super martyrio,* iam anno 1983 parata, consulta est primo a Consultoribus Theologis in Congressu Peculiari diei 21 mensis Februarii anni 1984, deinde, die 17 Aprilis eodem anno, a Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, Causae ponente Eminentissimo Cardinali Bernardino Gantin. In utraque sede agnitum est mortem Sororis Mariae Ciernen tinae Anuaritae fuisse vere martyrium iuxta consuetudinem theologicam et iuridicam Ecclesiae.

De praemissis autem omnibus certior factus die 2 mensis Iunii per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes

Paulus II, vota Sacrae Congregationis perlibenter excipiens, ut Decretum super Servae Dei martyrio appararetur mandavit.

Quod cum rite esset factum, Beatissimus Pater, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto necnon Bernardino Gantin, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis Sacrae Congregationis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, sollemniter edixit: *Ita constare de martyrio et de causa martyrii Servae Dei Mariae Clementinae Nengapetae Anuarite ut, concessa a miraculo omnique alia opportuna dispensatione, procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Iunii A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

It. & S.

ffi Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

ANTIOCHENA MARONITARUM

Canonizationis Ven. Servae Dei Rebeccae Ar-Rayès de Himlaya apud Bikfaya, Monialis professae Ordinis Libanensis Maronitarum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Serva Dei Rebecca Ar-Rayès in Libani montibus apud *Himlaya* prope *Bikfaya* anno 1832 nata atque anno 1914 in monasterio S. Ioseph apud Irabta vita functa, praeclaram post se reliquit sanctimoniae famam ob virtutes altiore gradu exercitas, quas quidem heroicas fuisse Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 11 mensis Februarii anno 1982 declaravit.

Ad honores autem Beatorum Caelitum eidem Venerabili decernendos novum ius nuper instauratum requirit unum dumtaxat miraculum rite agnitum atque probatum necnon signorum solidam famam intercessioni eiusdem Venerabilis tributorum. Eapropter Causae actores, statim post declaratam a Summo Pontifice virtutum heroicita-

tem, unam selegerunt sanationem, quae divinitus patrata ferebatur deprecante eadem Rebecca Ar-Rayès, eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt. Quae mira sanatio contigit mense Martio anni 1938 dominae Elisabeth Ennakhl Bathaouy, ei vi Libanensi, ritus Maronitarum annos natae triginta et sex. Ipsa enim doloribus ex inferiore ventre iampridem affecta erat; et attento examini subiecta, periti medici declaraverunt agi de carcinomate uterino iique, medicamentis incassum adhibitis, prognosim infaustam quoad vitam ediderunt eamque ex valetudinario iam animam agentem dimiserunt. In itinere autem domum propriam versus, aegrota enixe petiit ut ad sepulcrum Venerabilis Rebeccae duceretur sanationem a Deo precibus et meritis ipsius Venerabilis deprecatura. Et ecce dum ad monasterium, ubi Servae Dei exuviae erant conditae, appropinquarent, infirmae condiciones in melius converti coeptae sunt. Noctu autem, cum ibi advenerunt, placido somno est correpta ante Venerabilis statuam, ex quo expergefacta sequenti mane, plene se convaluisse persentiit.

Praeter naturae vires et ordinem eiusmodi sanationem evenisse testes de visu statim, et deinde ipsi medici a curatione uno ore fassi sunt.

Quapropter super hac mira sanatione instructus est apud patriarchalem Curiam Antiochenam Maronitarum annis 1952-1953 processus ordinaria potestate, de cuius iuridica forma et vi cautum est per Decretum Sacrae huius Congregationis pro Causis Sanctorum diei 25 mensis Iunii anno 1982, tributa quidem prius, idest die 2 Martii eodem anno, eidem ordinariae inquisitioni vi processus apostolici.

Servatis deinde servandis, praedicta sanatio peritis in arte medica est commissa ad disceptandum num mirum hoc factum, iuxta eorum iudicium, praeter et supra naturae vires et leges evenerit. Praehabitis igitur votis ex ofl&cio requisitis duorum peritorum, Consilium Medicum nostrae Sacrae Congregationis die 16 mensis Decembris anno 1983 coadunatum, unanimi suffragio praeternaturalem proclamavit praefatam sanationem. Sacra porro ipsa Congregatio pro .Causis Sanctorum super eadem sanatione disceptavit in suetis coetibus; primum quidem, die 6 mensis Martii anno 1984, in Congressu Peculiari Patrum Consultorum, moderante Fidei Promotore; et deinde, die 17 Aprilis eodem anno, in Congregatione Ordinaria Cardinalium, ponente seu relatore Em.mo Domino Ladislao Rubin. Et in utroque coetu suffragia cuncta fuerunt affirmantia sanationis dominae Elisabeth Ennakhl Bathaouy indolem praeternaturalem.

De hisce omnibus certior factus die 2 Iunii eodem anno per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis excipiens, mandavit ut Decretum super mira eadem sanatione appararetur.

Quod cum rite esset factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto necnon Ladislao Rubin, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis Sacrae Congregationis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit: *Constare de quo uno miraculo a Deo, intercedente Venerabili Serva Dei Rebecca Ar-Rayés, patrato, scilicet de instantánea, perfecta ac stabili sanatione dominae Elisabeth Ennakhl Bathaouy a carcinomate colli uterini, gradus valde provecti.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 9 mensis Iulii A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

It. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali :

Venerdì, 19 Ottobre 1984, S. E. il Signor AHMAD IBRAHIM ADEL, Ambasciatore della Repubblica Araba d'Egitto presso la Santa Sede.

Giovedì, 13 Dicembre 1984, S. E. il Signor HUGO DE ZELA HURTADO, Ambasciatore del Perù presso la Santa Sede.

Lunedì, 17 Dicembre 1984, S. E. il Signor REINALDO LEANDRO RODRÍGUEZ, Ambasciatore del Venezuela presso la Santa Sede.

Giovedì, 20 Dicembre 1984, S. E. il Barone ALEXANDRE PATERNOTTE DE LA VALLÉE, Ambasciatore del Belgio presso la Santa Sede.

Venerdì, 4 Gennaio 1985, S. E. il Signor SALIOU ABOUDOU, Ambasciatore del Benin presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, 17 Dicembre 1984, S. E. il Maggiore ABDUL SALAM AHMED JALLUD, Primo Ministro della Jamahiriya Araba Libica Popolare Socialista.

Martedì, 18 Dicembre 1984, S. E. il Signor RICHARD VON WEISZACKER, Presidente della Repubblica federale tedesca.

Giovedì, 20 Dicembre 1984, S. E. il Signor PIERRE PFLIMLIN, Presidente del Parlamento Europeo.

Venerdì, 14 Dicembre 1984, nel Palazzo Apostolico Vaticano si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione per le Cause dei Santi.

Giovedì, 20 Dicembre 1984, il Santo Padre ha presieduto una riunione dei Capi Dicastero della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

4 dicembre 1984. S. E. Mons. Michele Cecchini, Arcivescovo titolare di Aquileia, *Nunzio Apostolico in Austria.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

9 ottobre 1984. S. E. mons. Achille Silvestrini, Arcivescovo tit. di Novaliciana, *Consigliere del Pontificio Consiglio per la Cultura.*

» » » I Signori : Victoria Okoye e Alberto W. de Reyna, *Membri del Consiglio Intemazionale del Pontificio Consiglio per la Cultura.*

17 » » Mons. Juan José Dorronsoro, *Capo Ufficio nella Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

19 novembre » L'E.mo Signor Cardinale Egano Righi Lambertini, *Membro del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa, « attento autem praescripto Litt. Apost. Ingravescentem aetatem ».*

4 dicembre » Mons. Pier Franco Pastore, *Segretario della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*

» » » Dr. Joaquín Navarro-Valls, *Direttore della Sala Stampa della Santa Sede.*

» » » Mons. Giulio Nicolini, *Vice Direttore della Sala Stampa della Santa Sede.*

» » » Mons. Aimé G. Martimort; — il Can. Amaro Cavalcanti; — i Sacerdoti John Fitzsimons; Denis Hart; Reiner Kaczynski; Andres Pardo; Jude Pereira; Giorgio Stefanski; — i Padri: Bernard Allard, P.S.S. ; Ansgar Chupungco, O.S.B.; Rinaldo Falsini, O.F.M. ; Pierre Gy, O.P. ; Vincenzo Raff a, Orionino ; — D. Manlio Sodi, S.D.B., *Consultori delia Congregazione per il Culto Divino.*

5 » » Gli E.mi Signori Cardinali: Justinus Darmojuwono ; Gordon Joseph Gray; John Francis Dearden; Johannes Willebrands; Pietro Palazzini; Raul Francisco Primatesta; Maurice Otunga; José Salazar Lopez; Paulo Evaristo Arns; Narciso Jubany Arnau ; Jaime L. Sin ; Bernardin Gantin; Carlo Maria Martini; Jean-Marie Lustiger; Joachim Meisner,; Opilio Rossi; Giuseppe

Casoria, *Membri della Congregazione per i Sacramenti, « attento autem praescripto Litt. Apost. Ingravescentem aetatem ».*

o dicembre 1984. L'Ecc.mo Mons. Edouard Gagnon, Pro-Presidente del Pontificio Consiglio per la Famiglia, *Membro della Congregazione per i Sacramenti.*

» » » Gli Ecc.mi Monsignori : Mario Revollo Bravo, Arcivescovo di Bogota; Mario Magrassi, Arcivescovo di Bari; José Delicado Baeza, Arcivescovo di Valladolid; Giuseppe Agostino, Arcivescovo di S. Severina e Vescovo di Crotone; Reinhard Lettmann, Vescovo di Münster; Luis Reynoso Cervantes, Vescovo di Ciudad Obregon, *Membri Vescovi diocesani della Congregazione per i Sacramenti.*

» » » I Monsignori : Mario Pompedda ; Gilberto Augustoni ; — il Padre Urbano Navarrete, S. I., *Consultori della Congregazione per i Sacramenti.*

» » » Mons. Alois Klein, *Consultore del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.*

6 » » P. Jesús Torres Llórente, dei Missionari Figli del Cuore Immacolato di Maria, *Sotto Segretario della Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

» » » Mons. Josef Zlatnansky, *Sotto Segretario della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

» » » Mons. Pierre Jarry, *Capo Ufficio nella Congregazione per la Dottrina della Fede.*

11 » » Mons. Aldo Leoni, *Capo Ufficio nella Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

18 » » Mons. Raffaele Varca e Mons. René Séjourné, *Capi Ufficio nella Segreteria di Stato.*

» » » Gli. E.mi Signori Cardinali: Paul Zoungrana; Eugenio de Arau jo Sales ; Ugo Poletti ; Narciso Jubany Arnau ; Juan Carlos Aramburu ; Lawrence Trevor Picachy ; Jaime L. Sin ; Bernardin Gantin ; Joseph Ratzinger; Marco Cé; Ernesto Compio Ahumada ; Franjo Kuharic ; Joseph L. Bernardin; Alexandre do Nascimento; Godfried Danneels; Thomas Stafford Williams; Jean-Marie Lustiger; Joachim Meisner; Eduardo Pironio, *Membri della Congregazione per il Culto Divino.*

» » » L'Ecc.mo Mons. Dermot J. Ryan, Pro-Prefetto della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli, *Membro della Congregazione per il Culto Divino.*

» » » Gli Ecc.mi Monsignori: Guilford C. Young, Arcivescovo di Hobart; François Favreau, Vescovo di Nam-

terre; M'Sanda Tsinda Hata, Vescovo di Kenge; Vicente R. Hernández Peña, Vescovo di Trujillo ; Ambrogio Ra vasi, Vescovo di Marsabit, *Membri Vescovi diocesani della Congregazione per il Culto Divino.*

19 dicembre 1984. Mons. Amándio José Tomás e P. Konrad Hejmo, O. P., *Consultori Pastorali della « Peregrinatio ad Petri Sedem ».*

21 » » P. Diego Di Odoardo, O.P., *Capo Ufficio* «ad* *quinquennium » nella Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.*

27 » » S. E. mons. Charles Lefebvre e mons. Luigi de Magistris, *Consultori delia Congregazione per le Cause dei Santi «in aliud quinquennium».*

Assistente al Soglio Pontificio:

19 ottobre 1984. S. E. Mons. Pietro Fiordelli, Vescovo di Prato.

Protonotari Apostolici soprannumerari:

5 maggio 1984. Mons. Bruno Eresing (Paderborn).
9 » » Mons. Gregorius P. Salvatus (Lucena).
11 agosto » Mons. Honesto C. Sarmiento (Virac).
» » » Mons. Egidio Lelli (Viterbo).
22 » » Mons. Ignace Maroun (Bairut dei Maroniti).
13 novembre » Mons. Andrea Spada (Bergamo).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

14 aprile 1984. Mons. Johann Ascherl (Regensburg).
» » » Mons. Wolfgang Nastainczyk (Freiburg im Breisgau).
9 maggio » Mons. Mariano Melicia y Penarsyo (Lucena).
» » » Mons. Emilio Marquez y Ziubano (Lucena).
» » » Mons. Generoso Marasigan y Salumbides (Lucena).
» » » Mons. Atilano Oración (Lucena).
» » » Mons. Sergio Cu vin y Lagdameo (Lucena).
» » Mons. Justo Reyes y Epino (Lucena).
» » » Mons. Juanito Claudio y Arceo (Lucena).
26 » » Mons. Herbert Gabel (Freiburg im Breisgau).
2 giugno » Mons. Simon Eding (Augsburg).
13 » » Mons. Paul Kelly (Auckland).
22 » » Mons. Karl Heinze Kloidt (Paderborn).
25 » » Mons. Hubert Bittorf (Mainz).
8 luglio » Mons. Jorge Alberto Garralda (San Isidro).
4 » » Mons. Carlos Victoriano Cruvellier (San Juan de Cuyo)
10 » » Mons. Jorge A. Gatto Dupleix (Mendoza).
» » » Mons. 'Paulino Reale Chirina (Mendoza).

10	luglio	1984.	Mons. Martín Alejandro Puig (Rosario).
»	»	»	Mons. Léster José Temer Novello (Rosario).
»	»	»	Mons. Mario Luis Bautista Maulión (Rosario)
»	»	»	Mons. Victorino Fiz (Rosario).
21	»	»	Mons. Carlo Sacco (Ivrea).
11	agosto	»	Mons. Francesco S. Molina (Virac).
»	»	»	Mons. José B. Molina (Virac).
20	»	»	Mons. Desmond Connell (Dublin).
»	»	»	Mons. John Brendan Houlihan (Dublin).
»	»	»	Mons. Alex Stenson (Dublin).
24	»	»	Mons. Remigio Musaragno (Treviso).
4	settembre	»	Mons. David Lonergan (Port Pirie).
11	»	»	Mons. Anselmo Oliva (Legazpi).
21	»	»	Mons. Michele Cera volo (Mileto).
1	ottobre	»	Mons. Peter Fernandes (Goa).
»	»	»	Mons. Justinus Bertasius (Telsiai).
»	»	»	Mons. Michael Lawry Moore (Winnipeg).
»	»	»	Mons. Ward David Iamieson (Winnipeg).
5	»	»	Mons. Leonardo Piglionica (Bitonto).
12	»	»	Mons. Giuseppe Rinaldini (Cagli).
16	»	»	Mons. Stjepan Lackovic (Zagreb).
26	»	»	Mons. Felipe Arizmendi Esquivel (Toluca).
»	»	»	Mons. Ricardo Cuellar Romo (Aguascalientes)
5	novembre	»	Mons. Salvatore Cipolla (Palermo).
13	»	»	Mons. Antonio Locatelli (Bergamo).
»	»	»	Mons. Roberto Amadei (Bergamo).
»	»	»	Mons. Romeo Todeschini (Bergamo).
17	»	»	Mons. Angel Peréz Delgado (León).
26	»	»	Mons. Piotr Naruszewicz (Lomza).
»	»	»	Mons. Ignacy Dzermejko (Lomza).
»	»	»	Mons. Kazimierz Orlowski (Lomza).

Cappellani di Sua Santità.

o	maggio	1984.	Il sac. Pietro Magnanini (Faenza).
2	giugno	»	Il sac. Josef Strobl (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Rudolf Geiselberger (Augsburg).
»		»	Il sac. Peter Rummel (Augsburg).
14	»	»	Il sac. Manfred Erdmann (Paderborn).
26	»	»	Il sac. Alfred Pothmann (Essen).
8	luglio	»	Il sac. Ernst Josef Nagel (Essen).
»	»	»	Il sac. Hans Jürgen Brandit (Essen).
10	»	»	Il sac. Balthasar Gareis (Bamberg).
»	»	»	Il sac. Miguel Dagoberto Pérez Burgoa (Mendoza)
»	»	»	Il sac. José Surari (Mendoza).
»	»	»	Il sac. Enrique Planas (Avila).
»	»	»	Il sac. Pierfranco Pastore (Novara).
»		»	Il sac. Massimiliano Lauro (Ischia).

10	luglio	1984.	II sac. Camillo D'Ambra (Ischia).
12	»	»	II sac. Ivan Kabal (Köper).
13	»	»	II sac. Luciano Pacomio (Casale Monferrato).
26	»	»	II sac. Angelo Bruno Bottone (Frascati).
1	agosto	»	II sac. Osvaldo Pensa (Marsi).
4	»	»	II sac. Patrick Saint-Roch (Angoulême).
17	»	»	II sac. Pietro Bondone (Tortona).
»	»	»	II sac. Agostino Gonella (Alba).
»			II sac. Luigi Petris (Udine).
29	»	»	II sac. Alfons Kluck (Berlin).
»	»	»	II sac. Reinhold Janiszewski (Berlin).
31	»	»	II sac. Roberto Rweyemamu (Bukoba).
8	settembre	»	II sac. Vittorio Occhigrossi (Tivoli).
24	»	»	II sac. Joseph Kasule (Masaka).
»	»	»	II sac. Michel Ssrunkuuma (Masaka).
8	ottobre	»	II sac. Giorgio Saba (Gerusalemme dei Latini).
9	»	»	II sac. Giampaolo Scampini (Campo Grande).
12	»	»	II sac. Domenico Sala (Roma).
17	»	»	II sac. Giovanni Spinnato (Caltanissetta).
5	novembre	»	II sac. Pietro Vangelista (Treviso).
»	»	»	II sac. Nello Transocchi (Camerino).
»	»	»	II sac. Teodoro Marcias (Ales e Terralba).
13	»	»	II sac. Cesare Bonicelli (Bergamo).
»	»	»	II sac. Alessandro Recanati (Bergamo).
»	»	»	II sac. Egidio Corbetta (Bergamo).
17	»	»	II sac. Serafín Opalko (Wloclawek).
»	»	»	II sac. Jan Szczesiak (Wloclawek).
»	»	»	II sac. Wladyslaw Stachura (Wloclawek).
22	»	»	II sac. Antonio Nalesso (Treviso).
»	»	»	II sac. Edward Górecki (Wroclaw).
»	»	»	II sac. Zbigniew Kaznowski (Wroclaw).
»	»	»	II sac. Adam Józef Drwiçca (Wroclaw).
»	»	»	II sac. Józef Swastek (Wroclaw).
	»	»	II sac. Henryk Piotrowski (Wroclaw).
»	»	»	II sac. Stanislaw Pawlaczek (Wroclaw).
26	»	»	II sac. Antoni Boszko (Lomza).
»	»	»	II sac. Józef Kruczynski (Lomza).
	»	»	II sac. Tadeusz Górski (Lomza).
»	»	»	II sac. Mieczylaw Olszewski (Lomza).
»	»	»	II sac. Józef Polikarp Wiéniewalski (Lomza).
»	»	»	II sac. Józef Biniewski (Lomza).
»	»	»	II sac. Wladislaw Kozikowski (Lomza).
1	dicembre	»	II sac. Mario Squarzoni (Verona).
»	»	»	II sac. Donato Negro (Lecce).
»	»	»	II sac. Alessandro Rotino (Lecce).
»	»	»	II sac. Alessandro Dell'Era (Lecce).
»	»	»	II sac. Salvatore Carriero (Lecce).
3	»	»	II sac. Gino Di Ciocco (Trivento).

NECROLOGIO

13 dicembre 1984. Mons. Pierre Martin Ngô-Dinh-Thuc, Arciv. tit. di Bulla Regia.
18 » » Mons. Tadeusz Etter, Vescovo tit. di Bonizza.
» » » Mons. Tarcisius H. J. van Valenberg, Vescovo tit. di Comba.
29 » » Mons. Maurice Rigaud, Arciv. di Auch *(Francia)*.

An. et vol. LXXVH 6 Februarii 1985 N. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I

SANCTISSIMI SALVATORIS MARIANOPOLITANAE

Exarchatos Apostolicus pro fidelibus Graecis Melkitis catholicis in Canada commorantibus ad gradum et dignitatem eparchiae Sedi Apostolicae immediate subiectae provehitur, titulo Sanctissimi Salvatoris Marianopolitanae appellandae.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Beati Petri Successores nullum relinquere solemus intentatum consilium quo populi Dei portionibus ad pleniorem maturitatem prosperitatemque contendentibus valide subveniatur ac provide consulatur. Cum ergo Exarchatus Apostolicus pro fidelibus Graecis Melkitis catholicis in Canada commorantibus haud parva susceperit incrementa iamque in condicionibus versetur ut ad eparchiae gradum extollatur, duximus diutius non esse differendam eiusdem Exarchatus elevationem in eparchiam. Quam ob rem, suffragante Pro-Nuntio Apostolico una cum Conferentia Episcopali eiusdem Nationis, annuentes precibus Patriarchae Graecorum Melkitarum Catholicorum atque audita sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum negotiis sacrae Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus praepositorum, Nos, suprema Nostra usi potestate, Exarchatum Apostolicum pro fidelibus Graecis Melkitis catholicis in

Canada commorantibus ad gradum dignitatemque eparchiae Sedi Apostolicae immediate subiectae pro venimus, titulo *Sanctissimi Salvatoris Marianopolitanae* appellandae, additis iuribus obligationibusque novae iuridicae condicioni adnexis. Ad alia quod attinet : nempe eparchiae administrationem, cleri et populi singula iura atque onera sicque porro, ius Orientale perquam diligenter observetur, eis praesertim consideratis quae edicuntur Litteris Apostolicis « Cleri sanctitati » die secundo mensis Iunii anno MCMLVII datis et quidem canonibus a 392 ad 526. Contrariis minime obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die primo mensis Septembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. RUBIN
Congr. pro Eccl. Orient. Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Hyginus Quadraroli, *Prot. Apost. s. n.*

Loco £B Plumbi
In Secret. Status tab., n. *U0224.*

II

ATLACOMULCANAE

In Foederatis Civitatibus Mexicanis, nonnullis ab Ecclesiis Tolucensi et Cuautitlanensi distractis locis, nova conditur dioecesis Atlacomulcana appellanda.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Quandoquidem ad plenius prospiciendum spiritali commodo Christifidelium ipsorum, qui civilem regionem vulgari lingua appellatam Estado de Mexico incolunt, Venerabiles Fratres Nostri Alfredus Torres Romero, Episcopus ille Tolucensis, simulque Emmanuel Samaniego Barriga, Episcopus is Cuautitlanensis, cum prius consuluissent Conferentiam Episcopalem Mexicanam, ab hac poposcerunt Sede Apostolica vehementer ut locis abductis suarum dicionum ecclesiasticarum nova inde rite excitaretur dioecesis, singulis igitur huius quaestionis

perpensis rationibus et causis, iam plane Nos adsensi Venerabili Fratri Hieronymo Prigione archiepiscopo titulo Lauriacensi apud Mexicanam videlicet nationem Apostolico Delegato necnon Venerabilibus Fratribus Nostris S. E. E. Cardinalibus qui negotiis Sacrae Congregationis pro Episcopis legitime praesunt, singula haec quae perscribuntur ipsi praestituimus fierique iubemus secundum preces ipsas binorum Ordinariorum supra memoratorum. Suppleto consensu eorum omnium, quorum interest quive id sua interesse arbitrantur, de plenitudine Apostolicae potestatis Nostrae segregamus a dioecesi Tolucensi loca civilium municipiorum quibus haec sunt nomina ipsa: Atlacomulco, Acambay, Aculeo, El Oro, Ixtlahuaca, Jilotepec, Jiquipilco, Jocotitlán, Morelos, Polotitlán, San Felipe del Progreso, Soyaniquilpan, Temascalcingo et Timilplan; eodem autem tempore seiungimus a dioecesi Cuautitlanensi pariter loca municipiorum civilium quae vulgo nuncupantur Chapa de Mota et Villa del Carbón. Quibus ex ita separatis locis novam iure condimus dioecesim in posterum tempus *Atlacomulcanam* vocandam quae eisdem videlicet finibus locorum circumscribatur quibus dicta municipia simul sumpta nunc ipsum terminan tur. Huius autem novae dicionis sedem locamus in urbe ipsa Atlacomulco templumque ibidem exstans quod recens quidem exstructum titulo exornatum « De la Divina Providencia y de San Cayetano » evehimus ad gradum dignitatemque Ecclesiae Cathedralis cui proinde insignia cuncta et privilegia necnon honores liturgicos tribuimus quibus ceterae aedes in orbe catholico Cathedrales fruuntur. Atlacomulcano pro tempore Episcopo honores pariter insignia privilegia iuraque concedimus, at eisdem simul oneribus et officiis obstringimus eum, quibus reliqui similiter Praesules Ordinarii per orbem catholicum afficiuntur. Hanc porro sic erectam dioecesim novam constituimus suffraganeam Ecclesiae metropolitanae Mexicanae eiusque Episcopum metropolitico iuri archiepiscopi Mexicani pro tempore subicimus. Quo autem Pastor istius Ecclesiae suo in regimine validius adiuvetur, praecipimus ut Collegium Consultorum ad iuris communis normas quam primum instituatur. Congruae item volumus sustentationi Praesulis novae dicionis provideri ex Curiae emolumentis, fidelium stipibus ac portione ipsi obveniente, post divisionem pro can. 122 C.I.C. faciendam, bonorum quae adhuc ad Mensas episcopales (vulgari nomine Mitras vocitatas) Tolucensem et Cuautitlanensem pertinuerunt. De seminarii vero dioecesani erectione necnon sacrorum candidatorum educatione servari censemus praescripta iuris communis, normis ante oculis constitutis et regulis quas Sacra Con-

gregatio pro Institutione Catholica hisce de rebus edidit. Selecti seminarii alumni, philosophicis et theologicis disciplinis instituendi, necnon sacerdotes ad studia propria perficienda Romam ut mittantur volumus ad Pontificium Collegium Mexicanum. Quod autem attinet ad novae dioecesis regimen, administrationem bonorum, Administratoris dioecesani sede vacante electionem, fidelium iura et onera aliaque id genus edicimus sacros canones ad amussim esse servandos. Ut primum Atlacomulcanae dioecesis erectio peracta erit, eo ipso facto sacerdotes Ecclesiae illi habeantur adscripti, in cuius finibus ecclesiasticum officium detinent; ceteri autem sacerdotes seminariique tirones Ecclesiae isti manento incardinati vel incardinantor in cuius finibus legitimum habent domicilium. Acta vero et documenta, quae erectae dioecesis clericos et fideles et bona forte temporalia respiciunt, a Curiis Tolucensi et Cuautitlanensi ad Curiam Atlacomulcanam rite transvehuntor. Quae quidem omnia ad exsequenda Nos commemoratum destinamus Venerabilem Fratrem Hieronymum Prigione cui necessarias simul facultates singulas tribuimus etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemvis virum in ecclesiastica dignitate constitutum, officio simul iniuncto ad Sacram Congregationem pro Episcopis vera exemplaria perfectae illius exsecutionis remittendi. Haec denique universa quae pro maiore spiritali commoditate christifidelium illis in locis feliciter degentium sic statuimus rata usquequaque esse volumus suosque tam nunc quam tunc habere effectus iuridicos, nullis quibuslibet rebus vel minime quidem obsistentibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Hyginus Quadraroli, *Prot. Apost. s. n.*

Loco £8 Plumbi
In Secret. Status tab., n. 142017.

III

MBANZACONGENSIS

In Angola nova dioecesis conditur nomine Mbanzacongensis ab urbe regionis principe.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ex quo superno Dei consilio universae Christi Ecclesiae praepositi sumus patres ac pastores, ex tunc profecto omnes Nostrae et cogitationes, et curae, et sollicitudines eo confluere coeperunt, unde maiora bona atque utilitates christianae familiae orerentur : urgent enim cum divinae Prophetarum hortationes (cf. *Ezech* 34), tum etiam ipsius Christi Redemptoris verba : pasce, Petre, agnos, pasce oves (cf. *Io* 21, 15-17). Quam ob rem, cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione praepositis visum esset bene fieri si in Angola nova dioecesis constitueretur detracta provincia Zairensi ab Ecclesia Uiiensi, Nos re bene reputata, post petitum consilium ab iis ad quos res respiceret, apostolica Nostra potestate haec statuimus. A dioecesi Uiiensi territorium Zairensis provinciae, ut est lege civili circumscripta separamus, in novaeque dioecesis formam redigimus, quae ab urbe vulgo ((Mbanza Congo)) principe regionis *Mbanzacongensis* cognominabitur (olim haec urbs Sao Salvador appellabatur), cuiusque templum cathedrale erit sacra aedes B. M. V. Immaculatae ibi loci exstans, in quo videlicet sacer Praesul Cathedram suae potestatis collocabit. Quae iura talibus templis fieri solent, eadem et huic concedimus. Praeterea modo natam Ecclesiam metropolitanae Sedi Luandensi suffraganeam facimus, cuius Antistiti Episcopus Mbanzacongensis ad normam iuris subicietur. Quae vero mensam novae dioecesis respiciunt, iura et onera cleri atque populi, servanda documenta, electionem Vicarii dioecesani, similia, ad amussim leges Canonicae custodiantur. Ceterum has Litteras Nostras ad exitum deducet Venerabilis Frater Fortunatus Baldelli, Archiepiscopus titulo Mevaniensis (vel quem ipse legaverit) atque in Angola Apostolicus Delegatus, cui omnes facultates facimus ad rem perficiendam. Re

vero acta, documenta exarabit et sinceris exemplis ad Sacram Congregationem mittet de Propaganda Fide. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die septima mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a pumcis Ecclesiae negotiis

© DERMOT J. RYAN
Archiep. emerit. Dublinen.
Congr. pro Gentium Evang. Pro-Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Laurus Governatori, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. *1J¡2299.*

IV

VIALEMBENSIS

Distracto territorio ab Ecclesia Aganiensi, nova dioecesis conditur nomine Vialembensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Properamus Nos, Qui Apostolorum Principis locum tenemus, ea omnia peragere, illa tempestive perficere, quae fidei nostrae Christique religioni propagandae aut intendendae conferre possunt. Quam ob rem, cum expostulatum sit ut Ecclesia Aganiensis in insulis Marianensibus Septemtrionalibus divideretur, atque distracto territorio nova constitueretur dioecesis, negotio bene reputato consilioque petito a Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione praepositis, sequentia decernimus. Ab Ecclesia Aganiensi territorium separamus vulgo dictum « Commonwealt of the Northern Mariana Islands», atque ex eo novam constituimus dioecesim nomine *Vialembensem*, cuius fines iidem erunt ac fines territorii de quo diximus. Huius dioecesis noviter erectae episcopalis Cathedra erit in templo Deo dicato in honorem Beatissimae Virginis

Mariae a Monte Carmelo — quae principalis Patrona Insularum Mariananensium Septemtrionalium exstat — in urbe Chalan Kanoa. In nova dioecesi, sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione obnoxia una cum tota provincia ecclesiastica Aganiensi nuper condita, pro Canonicorum Capitulo Consultores dioecesani eligantur et adhibeantur ad normam iuris; pro institutione vero iuvenum in Ecclesiae spem succrescentium adhibeatur praecipue Seminarium Regionale Maius Sancti Petri Aloisii Chanel, exstans in Archidioecesi Suvana. Episcopus Vialembensis de iure participem erit Conferentiae seu Coetus Internationalis Episcoporum Pacifici (CEPAC) et erit in ambitu iurisdictionis Delegationis Apostolicae in Insulis Oceani Pacifici; praeterea, vi Decreti *Viso et mature* die xxvn mensis Novembris anno Domini 1980 dati, ad pertractandas causas nullitatis matrimonii propositas in dioecesi Vialembensi, adhibeatur uti tribunal secundae instantiae Tribunal Regionale Suvanum erectum apostolica licentia a Praesulibus supradictae Conferentiae Episcopalis Internationalis, integro semper exstante iure recurrendi ad Sacram Romanam Rotam iuxta Sacros Canones et salvis indultis particularibus a sacra Congregatione pro Gentium Evangelizatione forsitan datis. Cetera legibus iuris communis regantur. Haec denique quae praescripsimus ad effectum adducat Venerabilis Frater Antonius Magnoni, Archiepiscopus titulo Bosetanus atque in Insulis Oceani Pacifici Delegatus Apostolicus, vel ab eo delegatus sacerdos, atque perfecti negotii documenta sinceris exemplis ad sacram Congregationem pro Gentium Evangelizatione de more mittat, rite signata sigilloque impressa. Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

& DERMOT J. RYAN
Archiep. emerit. Dublinen.
Congr. pro Gentium Evang. Pro-Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s.n.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 142210.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Famulo Dei Iacobo Cusmano Beatorum honores deferuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — «Esurivi enim, et dedistis mihi manducare; sitivi, et dedistis mihi bibere; hospes eram, et collegistis me; nudus, et operuistis me; infirmus, et visitastis me. Amen dico vobis : quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis)) *(Mt* 25, 35-36-40). Quorum sane verborum talem habuit Iacobus Ousmano intellectum et opinionem, ut non solum pauperes colendissimos dominos suos vocaret, sed et censeret etiam tegi Christum in illis, sic ut in Eucharistiae velis inesset, quasi videlicet essent pauperes sacramentum praesentis Dei apud homines. Non ergo mirum si olim, suos pauperes alloquens, sit ita locutus : « Ad pedes vestros provolutus, deosculor ; nam id agens Christo ipsi facio ; curansque medensque vulneribus vestris his sacerdotis manibus, profecto mihi videor eadem Christo Iesu praestare ». Ceterum, per totam vitam Dei Servus ad haec praeclara Evangelii principia respexit. Verum enimvero Dei Famulus, ut paucis eius facta attingamus, Panormi natus est die xv Martii, anno MDCCCXXXIV, e parentibus nempe pietate, opibus, origine insignibus. Cum vero mature eius mater obiisset, pueri curam, tres iam annos nati, tum Vincentia gessit, soror natu maior, tum pater ipse; qui profecto, ut erant pieni fide, non solum ad pauperum reverentiam et amorem informaverunt, sed etiam ad iis auxilia ferenda. Ac non semel factum, ut puer subuculam, soleas, ientaculum ieiunis aequalibus largiretur. Postquam autem est Iacobus iusto curriculo in Collegio Maximo Patrum Societatis Iesu versatus, et quidem magna laude, Panormitanam Studiorum Universitatem frequentare coepit, eo sane consilio, ut, medicinae discendae cum vacavisset, durae pauperum aegrotorum condicioni mederetur. Ceterum lauream honestissimo exitu adeptus, quattuor per annos eam artem in eorum commodum exercuit, quos, praeter quam quod gratiis curabat, suis etiam opibus adiuvabat. Cumque intellexisset imam omnium maiorum radicem esse peccatum, cuperetque totum hominem confirmare, iam salubria Dominici Turano, sacerdotis pietissimi, consilia secutus est; qui, cum eius pietati moderaretur, suadebat ut et ipse sacerdotio initiaretur. Quo adepto, die altero et

vicesimo Decembris, anno MDCCCLX, in catechesi pueris tradenda, in praedicando verbo Dei, in aegrotis curandis totus fuit, maxime vero illis qui in periculo mortis versarentur. Quare factum est, ut sacra aedes, cui Rector Panormi praeesset, pauperum domicilium fieret, quotquot tristissima fames acerbaque miseria urgeret. Ceterum, quod olim in amici domo advertit, ubi convivae partem cibi in pauperum victum seponebant, novorum coeptorum fons fuit, unde opes et facultates exprimeret ad inopes alendos pluresque stimulandos ad caritatem. Condidit ergo Sodalitatem « a buccea pauperum)) (vulgo « boccone del povero)>), in quam tum clerici tum laici confluebant, qui subsidia colligerent, collecta distribuèrent. Eum igitur videre erat vias viculosque Panormi celebrare stipemque ostiatim petere, quavis corporis gravitate neglecta. Ita plurimis familiis in ipsa illorum domo consultum est, quibus semel saltem in die calidus cibus praesto erat. Fuit etiam cum, si Dei Servo fidem facimus, divina Providentia miro modo egenti affuit, quem ad modum cum Sanctis Pater caelestis facere consuevit. Ad hoc, miseriarum cumulo tactus, quibus orphani pueri, puellae obnoxiae periculis, neglecti senes et aegroti adfligebantur, coepit religiosas domos constituere, quas « a misericordia » cognominabat : nam eo opere tum augustissimam bonitatis divinae notam praedicari, tum etiam in hominum memoriam revocari posse confidebat quam magna esset misericordium hominum beatitudo. Quo vero maior egenorum corporum et animorum cura esset, it etiam in animum induxit : ut religiosam familiam constitueret quae unice huic rei se dederet consecraretque. Orta est ergo, anno MDCCCLXXX, Congregatio « Servarum pauperum » ; post vero annos quattuor secuta est Societas ((Fratrum » ; tandem anno MDCCCLXXXvii, est ((Congregatio Missionariorum Servorum pauperum », condita, ac potuit beatus Dei Famulus fines suae caritatis proferre, multisque per Siciliam locis domos a misericordia excitare. Interim autem Dei Servus nulli pro suis pauperibus parcere labori : inserviebat enim illis manibus suis, maxime si impares sibi essent vel aegroti ; eousque ut interdum et complecteretur et oscularetur, quasi pater filios, frater fratres. Tandem tot tantisque perfunctus laboribus ieiuniisque consumptus, die xiv Martii, anno MDCCCLXXXVIII, aetatis suae LIV, Deo animam reddidit serenissimo ore, ab omnibus desideratus, potissimum ab egentibus, qui eum patrem venerabantur. Crescente vero post mortem sanctitatis fama, sunt sive ordinarius sive apostolicus Processus recte instructi; quibus absolutis, Decretum de heroicitate virtutum die altero Aprilis, anno MDCCCCLXXXIV factum est, cui die ix Iulii,

anno sequenti, aliud Decretum successit, quo Nos miraculum rite probavimus ad eius beatificationem propositum. Postremo, ad sacram illam caerimoniam diem diximus xxx mensis Octobris. Hodie igitur in foro S. Petri, Romae, inter Sacrum tum Iacobum Cusmano, tum alios per haec verba Beatos declaravimus : « Nos, vota Fratrum Nostrorum Salvatoris Pappalardo, Archiepiscopi Panormi tani, Aloisii de Larrea et Legarreta, Episcopi Flaviobrigensis, et Oonradi Ursi, Archiepiscopi Neapolitani, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Iacobus Cusmano, Dominicus a Ss.mo Sacramento et Ieremias de Valachia, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : beati Iacobi Cusmano die decima quarta Martii, beati Dominici a Ss.mo Sacramento die septima Aprilis, beati Ieremiae de Valachia die quinta Martii, in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae vero per has Litteras statuimus, perpetua esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Octobris, anno MDCCCCLXXXIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 **Sigilli**
In Secret. Status tab., n. *121041.*

II

Beatus Angelicus confirmatur caelestis apud Deum Patronus omnium artes optimas maximeque pictoriam profitentium.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Tribus adhinc diebus adstantes Nos studiose ipsi quidem una cum interminata ferme turma ac Redemptionis Iubilaeum pro universi orbis artificibus sollemniter concelebrantes ibi dedita opera ubi « iacet venerabilis pictor Ioannes de Florentia Ordinis Praedicatorum », in templo videlicet Romano Sanctae Mariae supra Minerva, motu Nostro proprio maturoque consilio pronuntiavimus immo et proclamavimus, eundem Ordinis Praedicatorum sacerdotem, Beatum Angelicum ubique appellatum invocatumque, tam ob vitae

ipsius sanctimoniam quam ob picturarum excellentiam, Patronum apud Deum omnium artes ingenuas ac potissimum pingendi artem exercitantium. Placuit porro Nobis inter alia commemorare, id quod ceteroqui patet, quo ipse pacto res Christi gerens et Christo semper adhaerens ex suae donis naturae et artis pictoriae ministerio tantum per saecula spiritalis utilitatis pastoralisque auxilii attulerit et adferat etiamnunc omni Populo Dei. Ne quid vero iuris electioni Nostrae desit aut dignitatis cultui novi huius Patroni, iam volumus harum Litterarum virtute eundem illum confirmare Patronatum atque singula liturgica privilegia et ofiicia, concessiones et praerogativas publice tribuere Beato Angelico caelesti apud Deum Patrono artes praesertim picturae factitantium prout aliis quoque sic destinatis Patronis lege congruunt secundum « Normas de Patronis constituendis » a Sacra Congregatione pro Cultu Divino die xix mensis Martii anno MCMLXXIII editas. Quae cuncta Nostra edicta gloriae omnipotentis Dei maiorique hominum saluti profutura magnopere confisi cum nunc tum in posterum valere iubemus tempus, contrariis quibuslibet rebus neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxi mensis Februarii, anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 **Sigilli**
In Secret. Status tab., ». 127598.

III

Sancta Lucia Virgo et Martyr Patrona confirmatur dioecesis Mossorensis in Brasilia.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quam congrue convenienter que sancti caelites honorentur et invocentur a Christi fidelibus in Ecclesia, is facile intelleget qui vel breviter reputet non modo illorum honorem in Deum ipsum tandem recidere, cuius gratia et beneficio praemia tanta tulerunt, sed etiam posse mortales, periculis undique cinctos, eorum exemplis et intercessione uti ad salutem. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Iosephus Freiré de Oliveira Neto, Episcopus Mossorensis, Sanctam Luciam Virginem et Märtyrern, quam populus suae dicionis summa religione colit, cuique est cathedrale templum dicatum,

Patronam Ecclesiae suae apud Deum auctoritate sua declaraverit, atque a Nobis suo suorumque tum cleri tum populi nomine petierit ut acta sua confirmaremus ad normam Instructionis de Calendariis particularibus atque Ofiiciorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30; Nos, explorato omnia secundum praescripta Iuris facta esse, sive ea probamus, quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino, factis olim a Nobis potestatibus, de re statuerit, sive admotam expostulationem admittimus, ratamque causam habemus. Placet ergo Sanctam Luciani Virginem et Märtyrern Patronam dioecesis Mossorensis apud Deum esse et haberi, factis nempe iuribus et privilegiis, quae iuxta rubricas consequuntur, contrariis nihil obstantibus. Simul autem Deum, rerum hominumque Patrem humili prece oramus ut, tantae Virginis precibus, Pastoremque gregemque blandis respiciat oculis.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xi mensis Octobris, anno MDCCCCLXXXIIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £8 Sigilli
In Secret. Status tab. n. 189340.

IV

Beata Virgo Immaculata Patrona confirmatur Rei publicae Tanzaniensis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Tot tantaeque sunt difficultates, pericula, discrimina, in quibus Christifideles versantur, ut ad aeternam illorum salutem non modo oporteat omnia humanae prudentiae quaerere praesidia, sed etiam superum opem implorare, maxime beatissimae Virginis Mariae, Christi Matris amabilissimae filiorumque Patronae sollicitare. Qua re, cum Venerabilis Frater Antonius Mayala, Episcopus Musomensis, idemque Coetus Episcoporum Tanzaniae Praeses, ab hac Petri Sede petierit, etiam fidelium nomine, ut beatissima Virgo Maria ab Immaculata Conceptione, Patrona apud Deum totius Rei publicae Tanzaniensis confirmaretur (nempe ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque Ofiiciorum et Missarum Propriis recognoscendis », n. 30) : in Eam enim fideles summa pietate ferri, in Eiusque die festo sollemnem recuperatae patriae libertatis celebrationem fieri ; Nos re bene considerata, comperto praeterea sive electionem, sive

È importante discernere le cause ultime di questa situazione di conflitto, che rende la pace precaria ed instabile. L'effettiva promozione della pace esige, da parte nostra, che non ci si limiti a deplorare gli effetti negativi della presente situazione di crisi, di conflitto e di ingiustizia : ciò che effettivamente si richiede da noi è di distruggere le radici che causano questi effetti. E tali cause ultime sono da ricercare specialmente nelle ideologie che hanno dominato il nostro secolo e continuano a dominarlo, manifestandosi in sistemi politici, economici e sociali ed influenzando lo stesso modo di pensare della gente. Queste ideologie sono contrassegnate da un atteggiamento totalitario, che disattende ed opprime la dignità ed i valori trascendenti della persona umana e dei suoi diritti. Un tale atteggiamento cerca di arrivare al dominio politico, economico e sociale con tale rigidità di intento e di metodo, da chiudersi a qualsiasi autentico dialogo o reale partecipazione. Alcune di queste ideologie si sono addirittura trasformate in una sorta di falsa religione secolaristica, che pretende di portare salvezza all'umanità tutta intera, ma senza produrre una qualsiasi prova a sostegno della propria verità.

Ora la violenza e l'ingiustizia hanno profonde radici nel cuore di ciascun individuo, di ciascuno di noi, nel quotidiano modo di pensare e di comportarsi. Basterebbe solo pensare ai conflitti e divisioni all'interno delle famiglie, tra le coppie sposate, tra genitori e figli, nelle scuole, nella vita professionale, nelle relazioni tra i gruppi sociali e tra le generazioni. Basterebbe solo .pensare ai casi, nei quali viene violato il diritto fondamentale alla vita dei più deboli e più indifesi esseri umani.

Dinanzi a questi e molti altri mali, tuttavia non c'è ragione di perdere la speranza, tanto abbondanti sono le energie che continuamente erompono dai cuori delle persone che credono nella giustizia e nella pace. La presente crisi può e deve diventare occasione per una conversione e per un rinnovamento delle mentalità. Il tempo, che stiamo vivendo, non è solo un periodo di pericolo e di preoccupazione. Esso è anche un'ora di speranza.

2. Le presenti difficoltà sono realmente un « test » della nostra umanità. Esse possono costituire una svolta decisiva sulla via di una pace durevole, perché accendono i sogni più audaci e sprigionano le migliori energie di mente e di cuore. Le difficoltà sono una sfida per tutti ; la speranza è un imperativo per tutti. Ma oggi io voglio attirare la vostra attenzione sul ruolo che la gioventù è chiamata a svolgere nello sforzo di promuovere la pace. Mentre ci prepariamo ad entrare in un nuovo secolo e in un nuovo millennio, dobbiamo renderci conto del fatto che il futuro della pace e, quindi, il futuro dell'umanità sono affidati, in modo speciale, alle fondamentali scelte morali che una nuova generazione di uomini e di donne è chiamata a fare. Tra pochissimi anni i giovani di oggi avranno la responsabilità della vita delle famiglie e della vita delle nazioni, del bene comune di tutti e della pace. I giovani hanno già cominciato a chiedersi in tutto il mondo : Ohe cosa posso fare io? Che cosa possiamo fare noi? Dove ci conduce il nostro sentiero? Essi vogliono portare il loro contributo al risanamento di una società ferita e indebolita. Essi vogliono offrire nuove soluzioni a vecchi problemi. Essi vogliono costruire una nuova civiltà, imperniata sulla solidarietà fraterna. Prendendo ispirazione da questi giovani, desidero invitare ciascuno a riflettere su queste realtà. Ma intendo rivolgermi in modo speciale e diretto ai giovani di oggi e di domani.

3. Il primo invito che voglio rivolgervi, giovani uomini e donne di oggi, è questo : Non abbiate paura ! Non abbiate paura della vostra giovinezza e di quei profondi desideri che provate di felicità, di verità, di bellezza e di durevole amore ! Si dice qualche volta che la società ha paura di questi potenti desideri dei giovani e che voi stessi ne avete paura. Non abbiate paura ! Quando io guardo a voi, giovani, sento una grande gratitudine e speranza. Il futuro a lungo termine nel prossimo secolo sta nelle vostre mani. Il futuro di pace sta nei vostri cuori. Per costruire la storia, come voi potete e dovete, è necessario che la liberiate dai falsi sentieri che sta percorrendo. Per far questo dovete essere persone con una profonda fiducia nell'uomo ed una profonda fiducia nella grandezza della vocazione umana, — una vocazione da perseguire nel rispetto per la verità, per la dignità e per gli inviolabili diritti della persona umana.

Quello che vedo sorgere in voi è una nuova consapevolezza della vostra responsabilità ed una schietta sensibilità per i bisogni della

comunità umana. Voi siete presi dal vivo desiderio della pace, che tanti condividono con voi. Voi siete turbati dalle grandi ingiustizie, che ci circondano. Voi avvertite un opprimente pericolo nel gigantesco accumulo di armi e nelle minacce di una guerra nucleare. Voi soffrite, quando vedete largamente diffuse la fame e la denutrizione. Voi siete interessati allo stato dell'ambiente, oggi e per le generazioni future. Voi siete minacciati dalla disoccupazione, e molti di voi sono senza lavoro e senza prospettiva di un impiego adeguato. Voi siete sconvolti dal grande numero di persone, che sono politicamente e spiritualmente oppresse e che non possono godere dell'esercizio dei loro diritti umani fondamentali sia come individui che come comunità. Tutto questo può farvi pensare che la vita sia povera di significato.

In questa situazione, alcuni di voi possono esser tentati di rifuggire dalle responsabilità : negli illusori mondi dell'alcool e della droga, nelle fugaci relazioni sessuali senza impegno per il matrimonio e la famiglia, nell'indifferenza, nel cinismo e perfino nella violenza. State in guardia contro l'inganno di un mondo che vuole sfruttare o far deviare la vostra energica e potente ricerca della felicità e del senso della vita. Ma non evitate la ricerca delle risposte vere alle domande che vi stanno di fronte. Non abbiate paura !

4. Fra le domande inevitabili, che dovete porre a voi stessi, la prima e la principale è questa : Qual è la vostra idea dell'uomo? Che cosa, secondo voi, costituisce la dignità e la grandezza di un essere umano? Questa è una domanda che voi giovani dovete porre a voi stessi, ma che ponete anche alla generazione che vi ha preceduto, ai vostri genitori ed a tutti coloro che, a vari livelli, hanno avuto la responsabilità di preoccuparsi dei beni e valori del mondo. Nel tentativo di rispondere onestamente e apertamente a questa domanda, giovani e vecchi possono esser condotti a riconsiderare le loro proprie azioni e le loro proprie vicende. Non è vero che molto spesso, specialmente nelle Nazioni più ricche e sviluppate, la gente ha ceduto ad una concezione materialistica della vita? Non è vero che i genitori talvolta ritengono di aver assolto i loro obblighi verso i figli offrendo ad essi, oltre alla soddisfazione delle necessità basilari, più beni materiali che risposte per la loro vita? Non è vero che, così facendo, essi trasmettono alle generazioni più giovani un mondo che sarà povero di valori spirituali essenziali, povero di pace e povero di giustizia? Non è vero parimenti che in altre Nazioni il fascino di certe ideologie ha lasciato

alle generazioni più giovani un'eredità di nuove forme di asservimento, senza la libertà di perseguire i valori che veramente elevano la vita in tutti i suoi aspetti? Chiedete a voi stessi quale tipo di persone voi e gli esseri umani vostri simili volete essere, quale tipo di cultura volete forgiare. Ponete a voi stessi queste domande e non abbiate paura delle risposte, anche se esse richiederanno da voi un cambiamento di direzione nei vostri pensieri e nei vostri impegni.

5. La prima domanda conduce ad un'altra domanda ancor più basilare e fondamentale : Chi è il vostro Dio? Noi non possiamo definire la nostra nozione di uomo senza definire un Assoluto, una pienezza di verità, di bellezza e di bontà, da cui riconosciamo che sono guidate le nostre vite. È vero, quindi, che un essere umano, ((immagine visibile del Dio invisibile », non può rispondere alla domanda circa chi sia lui senza dichiarare al tempo stesso chi sia il suo Dio. È impossibile restringere questa domanda alla sfera dell'esistenza privata della gente. È impossibile separare questa domanda dalla storia delle Nazioni. Oggi una persona è esposta alla tentazione di rifiutare Dio in nome della sua propria umanità. Dovunque esiste questo rifiuto, lì c'è un'ombra di paura che stende come una coltre che offusca lo sguardo. La paura nasce dovunque Dio muore nella coscienza degli esseri umani. Ognuno sa, sebbene oscuramente e con timore, che dovunque Dio muore nella coscienza della persona umana, lì segue inevitabilmente la morte dell'uomo, ch'è immagine di Dio.

6. Qualunque risposta voi diate a queste due domande tra loro connesse, segnerete l'orientamento per il resto della vostra vita. Ognuno di noi, durante gli anni della propria giovinezza, ha dovuto affrontare queste domande e, a un certo punto, è dovuto giungere ad una qualche conclusione, che ha modellato le sue future scelte, la futura strada e la futura sua vita. La risposta che voi, giovani, date a queste domande determinerà anche il modo in cui risponderete alle grandi sfide della pace e della giustizia. Se avete deciso che il vostro Dio siete voi stessi senza nessun riguardo per gli altri, voi diventerete strumenti di divisione e di inimicizia, addirittura strumenti di guerra e di violenza. Ciò dicendo, desidero farvi rilevare l'importanza di scelte che inglobano valori. I valori sono i supporti delle scelte che determinano non solo le vostre vite, ma anche le linee di condotta e le strategie che costruiscono la vita nella società. E ricordate che non è possibile creare

una dicotomia tra valori personali e sociali. Non si può vivere nell'incoerenza : essere esigenti con gli altri e con la società, e decidere poi di vivere personalmente una vita basata sulla permissività.

Voi dovete, dunque, decidere su quali valori costruire la società. Le vostre scelte di adesso decideranno se nel futuro subirete la tirannia dei sistemi ideologici, che riducono le dinamiche della società alla logica della lotta di classe. I valori, che scegliete oggi, decideranno se le relazioni fra Nazioni continueranno ad essere oscurate dalle tragiche tensioni che sono il prodotto di disegni nascosti o apertamente propagandati, miranti a soggiogare tutti i popoli a regimi, in cui Dio non conta ed in cui la dignità della persona umana è sacrificata alle pretese di un'ideologia che tenta di divinizzare la collettività. I valori, per i quali voi vi impegnate nella vostra giovinezza, determineranno se sarete soddisfatti dell'eredità di un passato, in cui l'odio e la violenza soffocano l'amore e la riconciliazione. Dalle scelte, che ciascuno di voi fa oggi, dipenderà il futuro dei vostri fratelli e sorelle.

7. La causa della pace, la costante ed ineludibile sfida dei nostri giorni, vi aiuta a scoprire voi stessi ed i vostri valori. Lo stato delle cose è duro e drammatico. Sono spesi milioni per le armi ; risorse di ordine materiale e intellettuale sono dedicate solamente alla produzione delle armi ; esistono posizioni politiche che a volte non riconciliano e non uniscono i popoli, ma piuttosto erigono barriere ed isolano una Nazione dall'altra. In tali circostanze un giusto senso di patriottismo può cader vittima di un'eccessiva partigianeria, e un onorevole servizio in difesa del proprio Paese può dar luogo a una interpretazione errata e perfino ridicola (cfr. *Gaudium et spes,* 79). In mezzo ai numerosi ed allettanti appelli dell'egoismo, l'uomo e la donna di pace devono imparare a tener ben presenti, innanzitutto, i valori della vita e, quindi, procedere con fiducia per metter quei valori in pratica. L'appello ad essere operatori di pace poggerà allora fermamente sull'appello alla conversione del cuore, come ho suggerito nel Messaggio per la Giornata Mondiale della Pace dello scorso anno. Esso sarà poi corroborato dall'impegno per un dialogo onesto e per leali negoziati, basati sul reciproco rispetto e collegati ad una realistica valutazione delle giuste esigenze e dei legittimi interessi di tutti gli interlocutori. Esso cercherà di ridure le armi, la cui esistenza in grandi quantità suscita paura nel cuore delle persone. Esso spingerà a gettare ponti — culturali, economici, sociali, politici — che permetteranno un mag-

giore scambio tra le Nazioni. Esso promuoverà la causa della pace come la causa propria di ciascuno non già con frasi propagandistiche, che dividono, o con azioni, che accendono passioni inutili, ma con la calma fiducia, eh'è frutto di impegno per i valori veri e per il bene di tutta l'umanità.

8. Il bene di tutta l'umanità è, in definitiva, la ragione per la quale voi dovete far vostra la causa della pace. Dicendo questo, vi invito a distogliere la vostra attenzione da un concentrarsi esclusivo sulla minaccia alla pace abitualmente riferita al problema Est-Ovest, ed a pensare, invece, al mondo intero e, quindi, anche alle tensioni del cosiddetto Nord-Sud. Come nel passato, così anche oggi desidero affermare che questi due problemi — la pace e lo sviluppo — sono tra loro connessi e devono essere affrontati insieme, se i giovani di oggi vogliono ereditare un mondo migliore domani.

Un aspetto di questa correlazione è l'impiego delle risorse per uno scopo *(gli armamenti)* piuttosto che per un altro *(lo sviluppo)*. Ma la connessione reale non è semplicemente l'uso delle risorse, per quanto possa essere importante : essa è tra i valori che impegnano per la pace ed i valori che impegnano per lo sviluppo nel loro vero senso. Poiché, come è certo che la vera pace esige di più che la pura e semplice assenza di guerra o soltanto lo smantellamento dei sistemi degli armamenti, così pure lo sviluppo, nel suo senso vero ed integrale, non può mai essere ridotto solamente ad un piano economico o ad una serie di progetti tecnologici, per quanto buoni possano essere. Nell'intera area del progresso, che noi chiamiamo ((pace » e <(giustizia », gli stessi valori devono essere applicati così come scaturiscono dall'idea che abbiamo intorno a chi è l'uomo ed a chi è Dio in rapporto all'intera razza umana. Gli stessi valori, che impegnano uno ad essere costruttore di pace, saranno quelli che lo spingono a promuovere lo sviluppo integrale di ciascun essere umano e di tutti i popoli.

9. Un mondo di giustizia e di pace non può essere creato solo con le parole, né può essere imposto da forze esterne : esso dev'essere desiderato e deve risultare mediante il contributo di tutti. È essenziale per ciascun essere umano avere il senso della partecipazione, cioè di esser « parte » nelle decisioni e negli sforzi che modellano il destino del mondo. La violenza e l'ingiustizia in passato hanno spesso trovato le loro cause di fondo nella sensazione che la gente ha di essere privata

del diritto di modellare la sua propria vita. La violenza e l'ingiustizia non potranno in futuro essere evitate, quando e dove viene negato il fondamentale diritto a partecipare alle scelte della società. Ma questo diritto deve essere esercitato con discernimento. La complessità della vita nella società moderna esige che il popolo deleghi il potere decisionale ai suoi dirigenti. Esso deve poter avere fiducia che i suoi dirigenti prenderanno decisioni per il suo proprio bene e per quello di tutti i popoli. La partecipazione è un diritto, ma essa importa anche obblighi : bisogna esercitarla nel rispetto per la dignità della persona umana. La fiducia reciproca tra cittadini e dirigenti è il frutto della pratica della partecipazione, e la partecipazione è una pietra angolare per la costruzione di un mondo di pace.

10. Vi invito tutti, giovani del mondo, ad assumere la vostra responsabilità in questa che è la più grande delle avventure spirituali, cui una persona può andare incontro : costruire la vita umana, come individui e nella società, nel rispetto per la vocazione dell'uomo. È giusto, infatti, affermare che la vita è un pellegrinaggio di scoperta: la scoperta di chi siete voi, la scoperta dei valori che modellano le vostre vite, la scoperta dei popoli e delle Nazioni, ai quali tutti sono legati in solidarietà. Se un tale viaggio di scoperta è più che evidente nel tempo della giovinezza, è pure un viaggio che non finisce mai. Per tutto il tempo della vostra vita, voi dovete affermare e riaffermare i valori che formano voi stessi e formano il mondo : sono i valori che favoriscono la vita, che riflettono la dignità e la vocazione della persona umana, che costruiscono il mondo nella pace e nella giustizia.

Esiste fra i giovani un notevole ed amplissimo consenso circa la necessità della pace, e ciò costituisce una formidabile forza potenziale per il bene di tutti. Ma i giovani non devono accontentarsi di un istintivo desiderio di pace : tale desiderio dev'essere trasformato in una ferma convinzione morale, che abbraccia tutto l'ambito dei problemi umani e costruisce valori profondamente apprezzati. Il mondo ha bisogno di giovani che abbiano attinto con abbondanza alle sorgenti della verità. Voi dovete ascoltare la verità, e per questo avete bisogno della purezza di cuore; voi dovete comprenderla, e per questo avete bisogno di una profonda umiltà; voi dovete sottomettervi ad essa e condividerla, e per questo avete bisogno della forza per resistere alle tentazioni dell'orgoglio, dell'egoismo e della manipolazione. Voi dovete formare in voi stessi un profondo senso di responsabilità.

11. Io desidero ardentemente raccomandare questo senso di responsabilità e questo impegno per i valori morali a voi, giovani cattolici, ed insieme con voi a tutti i nostri fratelli e sorelle che confessano il Signore Gesù. Come cristiani, voi siete coscienti di essere figli di Dio, partecipi della natura divina e coinvolti nella pienezza di Dio in Crito (cfr. *1 Gv S, 2; 2 Pt* 1, 4; *E f* 3, 19). Cristo Risorto vi dà, come suo primo dono, la pace e la riconciliazione. Dio, che è l'eterna pace, ha fatto pace col mondo per mezzo di Cristo, il Principe della Pace. Quella pace è stata infusa nei vostri cuori e vi dimora più in profondità di tutte le inquietudini delle vostre menti e di tutti i tormenti dei vostri cuori. La pace di Dio si prende cura delle vostre menti e dei vostri cuori. Dio vi dà la sua pace non come un possesso che potete accaparrarvi, ma come un tesoro che possedete solo quando lo condividete con gli altri.

In Cristo voi potete credere nel futuro, anche se non potete distinguerne i contorni. Voi potete affidarvi al Signore del futuro, e superare così il vostro scoraggiamento di fronte alla grandezza del compito ed al prezzo da pagare. Ai discepoli sgomenti sulla via di Emmaus il Signore disse : « Non era necessario che il Cristo sopportasse queste sofferenze per entrare nella sua gloria? » *(Lo* 24, 26). Il Signore rivolge queste stesse parole a ciascuno di noi. Per questo, non abbiate paura di impegnare le vostre vite nella pace e nella giustizia, perché voi sapete che il Signore è con voi in tutte le vostre vie.

12. In quest'anno, che l'Organizzazione delle Nazioni Unite ha dichiarato *Anno Internazionale della Gioventù,* è stato mio desiderio indirizzare l'annuale Messaggio per la Giornata mondiale della Pace a tutti voi giovani, quanti siete nel mondo. Possa quest'Anno essere per ciascuno un anno di più profondo impegno per la pace e per la giustizia. Le scelte, che voi fate, siano fatte con coraggio e vissute con fedeltà e responsabilità. Quali che siano i sentieri per i quali v'incamminate, fate ciò con speranza e fiducia : speranza nel futuro che, con l'aiuto di Dio, voi potete costruire ; fiducia nel Dio che veglia su di voi in tutto ciò che dite e fate. Quelli di noi, che vi hanno preceduto, desiderano condividere con voi un profondo impegno per la pace. Quelli che sono vostri contemporanei, si uniranno a voi nei vostri sforzi. Quelli che verranno dopo di voi, si ispireranno a voi nella misura in cui cercherete la verità e vivrete secondo autentici valori morali. La sfida della pace è grande, ma più grande ne è la ricompensa; infatti,

impegnando voi stessi per la pace, scoprirete il meglio per voi stessi, come cercate il meglio per ciascun altro. Voi state crescendo, e con voi sta crescendo la pace.

Possa anche quest'Ago *Internazionale della Gioventù* costituire per i genitori e gli educatori l'occasione per gettare uno sguardo nuovo alle responsabilità che hanno verso i giovani. Troppo spesso la loro guida è rifiutata, e le loro azioni sono contestate. Eppure, essi hanno tanto da offrire in saggezza, coraggio ed esperienza. Il loro compito di accompagnare la gioventù nella ricerca del senso della vita non può essere assunto da nessun altro. Tuttavia, i valori ed i modelli che essi presentano ai giovani, devono essere chiaramente ravvisati nella loro propria vita; diversamente, le loro parole non sarebbero convincenti e la loro vita sarebbe una contraddizione che i giovani giustamente rifiuterebbero.

Al termine di questo Messaggio, io assicuro le mie preghiere in ogni giorno di questo *Anno Internazionale della Gioventù,* affinché i giovani rispondano all'appello per la pace. Esorto tutti i miei fratelli e sorelle ad unirsi con me in questa preghiera al nostro Padre celeste, perché egli voglia illuminare tutti noi che portiamo la responsabilità della pace, ma specialmente i giovani, aftinché gioventù e pace possano realmente procedere insieme !

Dal Vaticano, 8 Dicembre 1984.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 29 Decembris 198Jf. — Titulari episcopali Ecclesiae Tigavitanae R. D. Bernardum Rieger, Canonicum Capituli Cathedralis Rottenburgensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Georgii Moser, Episcopi Rottenburgensis-Stutgardiensis.

die 31 Decembris. — Cathedrali Ecclesiae Gedanensi Exc.mum P. D. Thaddaeum Goclowski, C. M., hactenus Episcopum titularem Beneventensem.

die k Ianuarii 1985. — Cathedrali Ecclesiae Itapipocanae R. D. Benedictum Franciscum Albuquerque, e clero Sobralensi.

die 12 Ianuarii. — Metropolitanae Ecclesiae Neo-Pampilonensi Exc.mum P. D. Raphaelem Peralta Sarmiento, hactenus Episcopum Neivensem.

die 17 Ianuarii. — Cathedrali Ecclesiae Buguensi Exc.mum P. D. Rodericum Arango Velásquez, hactenus Episcopum titularem Casensem in Numidia et Auxiliarem archidioecesis Medellensis.

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

KEUNIONIS SEU S. DIONYSII

Canonizationis Servi Dei Fratris Scubilionis (in saeculo: Ioannis Bernardi Rousseau), religiosi Instituti Fratrum Scholarum Christianarum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sanctus Ioannes Baptista de La Salle, Instituti Fratrum Scholarum Christianarum conditor, suos primos socios hortabatur his verbis, quae eius religionis et pietatis erant propria : « quam beati sitis, si omnes vestrae cogitationes ad solum Deum intendant eumque unum spectent ! Si hoc fiat, paradisum in hoc mundo inveneritis, quia eadem occupatione distineamini, qua sancti in caelo, vestraque sit beatitas, qua ii fruuntur. Hoc equidem interesset, quod sancti clare Deum in sua natura, nos autem eo fruimur per fidem ; sed hic fidei visus tanti obleetamenti tantique gaudii causa est animae, quae Deum amat, ut haec iam nunc in hac vita caeli delicias praegustet » (Septuagésima meditatio, III. *Doctrina spiritualis,* p. 471).

Ioannes Bernardus Rousseau videtur esse optime interpretatus Ioannis Baptistae de La Salle doctrinam, quandoquidem laetanti animo et expedite se abiecit, ut Dei causam per omnia susciperet. Hinc orta communis persuasio, quae eius, prudentis catechistae, operae laudi tribuit multos servos et Nigritas, Reunionis seu Sancti Dionysii incolas, conscios fecisse se hominum et filiorum Dei dignitatem habere.

Servus Dei natus est in oppido *Annay-la-Còte,* in Burgundia (Galliae regione), die 22 mensis Martii, anno 1797, quattuor filiorum primogenitus, a Bernardo Rousseau, lapicida, et a Regina Pelletier ge-

nitor um ; qui tenui loco orti, in magno tamen erant honore ob suam religionem : eum namque ipso die natali baptizaverunt.

Anno 1807 Ioannes Bernardus primum Eucharistiae sacramentum accepit; quod factum magni momenti fuit eius pueritiae, cum curam iam praematuram haberet de rebus ad religionem pertinentibus. Postquam vero novus parochus venit, Servus Dei vitam suam ad iustum iter dirigere coepit; etenim ex ministerio illius iuvenis sacerdotis, a quo alliciebatur, multam percepit utilitatem. Praecipue emergit Ioannem Bernardum in vix constitutum sodalicium a Sacro Corde nomen profiteri inter primos petivisse. Eodem tempore novus parochus, cognitis difficultatibus quibus scholae magister propter magnum puerorum numerum premebatur, ipsi Dei Servo adiutoris munus iniunxit, quasi praesagiens futurum Ioannis Bernardi ministerium.

Etiam nodum quaerendi exemplar religiosum consentaneum vocationi Ioannis Bernardi Rousseau idem parochus peropportune resolvit; memor enim curae, quam Fratres Scholarum Christianarum de iuvenibus impense agebant, statuit illum ad eos dirigere. Et quidem, die 9 mensis Novembris anno 1822, Ioannes Bernardus ingressus est novitiatum Fratrum Scholarum Christianarum Lutetiae Parisiorum ; deinde die 25 mensis Decembris eodem anno habitum Instituti suscepit, vota trium annorum nuncupavit anno 1825 et anno 1827 vota perpetua. Interim, spatio temporis, quod intercessit ab anno 1823 ad annum 1831, Frater Scubilio — hoc nomen in religione sumpsit Ioannes Bernardus Rousseau — specimina dedit virtutum atque singularium dotum catechistae tum Alensonii, tum Pictavii, tum in loco vulgo *Ghinon* appellato.

Anno 1833 vita Servi Dei mutationem maximi ponderis habuit; cum enim Galliae necessitas imponeretur mittendi colonos ad indígenas provinciarum, quae maxime distabant, et eo in casu, qui curam haberent iuvenum, Superior Generalis, die 9 mensis Martii, tres Fratres protulit ad Insulam Reunionem, in Oceano Indiano, mittendos, inter quos Fratrem Scubilionem.

Paulo post profectus, longissima navigatione confecta, Servus Dei ad portum Sancti Dionysii mane pervenit, die 15 mensis Iulii anno 1833, bene cognitum habens se supremum vale Gallicae patriae dixisse.

Ab anno 1833 ad annum 1867, quo mortuus est, Ioannes Bernardus actionem apostolicam in principibus insulae urbibus explicavit, seu Sancti Benedicti (annis 1833-1836), Sancti Pauli (annis 1836-1841), rursus Sancti Benedicti (annis 1843-1850), Sancti Lupi (annis 1843-

1850), Possessione (annis 1850-1855), Sancti Dionysii (annis 1855-1856), Sanctae Mariae (annis 1856-1867), ubi e vita decessit.

Magno studio, quo in apostolica industria movebatur, Servus Dei graves eas difficultates vicit, quibus multi eius sodales coacti fuerunt, ante eum, incepto desistere. Quae difficultates ante omnia ad aerem pertinebant, ab aere Gallico diversissimum ; dein ad locorum condiciones, quoniam deerant aedificia ad habitandum utilia, et ad necessitudines cum gentibus illis, ad suspiciones natura sua pronis, si non ad intellegendi imperitiam ; denique ad durum illud negotium, quod Ioannes Bernardus cotidie experiebatur, nempe arduum, feliciter superatum, iuvenes creólos instituendi. Tota autem gens illa colorata humilem hunc religiosum simpliciter sequebatur non eo tantum, quod mirandum in modum semper eidem praesto erat et vi caritatis incitabatur, unde facta exciebantur, verum etiam quod recte perspexerat modum, quo rudes illae mentes christianae doctrinae principia discerent; quae perspectio mox facta est tuta ratio, etiam ab aliis eius sodalibus prospere adhibita.

Die 13 mensis Aprilis, anno 1867, immature senex factus ob ingentem laboris molem et ischuria affectus, Frater Scubilio huius vitae cursum confecit magna fama sanctitatis clarus.

((Triginta quinque annos, velut contemplativus viator, rerum divinarum cogitationes variis officiis et vitae negotiis componere suevit, aeque pietatis studiis in Deum proficiens. Ipse enim tot per annos constanter, prompte ac delectabiliter humilitate, paupertatis amore, modestia, prudentia, in laboribus assiduitate reniduit. Nullam sibi relaxationem aut solatium concedebat atque in nullum operum defectum incidisse visus est, uti testes deponunt. Ceterum tantam animi contra adversa fortitudinem ex intima cum Deo unione hausit et tenerrima erga Beatam Virginem religione sanctosque sui patronos » *(Decretum super Introductione Causae).*

Quae sanctimoniae fama in dies percrebrescens caelestibus signis confirmari visa est. Quam ob rem factum est ut Causa de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis ageretur. Itaque, cum vix licuit, processus episcopali auctoritate in Curia Reunionis seu S. Dionysii annis 1902-1905 atque rogatorialis processus apud Curiam Massiliensem annis 1904-1905 constructi sunt, Sacraeque tunc Rituum Congregationi exhibiti fuere. Scriptis autem Servi Dei tributis rite perpensis, Sacra eadem Congregatio die 28 Februarii anno 1912 nihil obstare decrevit quominus ad ulteriora procedi posset. Cum autem varias ob

rationes, Causae ipsi omnino extrínsecas, disceptatio super introductione Causae dilata esset, necesse fuit, ad iuris normam (cf. can. 2039 C. I. C.) ut processus informativus conficeretur super continuatione famae sanctitatis eiusdem Famuli Dei. Qui cum rite absolutus esset anno demum 1976, Causa ipsa introducta est, probante Ioanne Paulo II Papa, die 30 mensis Martii anno 1981, facta quidem dispensatione a processu apostolico super virtutibus in specie condendo. Recognita deinde, die 29 Ianuarii a. 1982, obedientia Decretis ab Urbano VIII super indebito cultu latis, deventum est ad virtutum Servi Dei disceptationem, num videlicet eaedem heroum modo exercitae fuerint. Cui quidem quaestioni affirmative responderunt tum Patres Consultores, in Congressu Peculiari diei 21 Martii hoc anno 1984, tum Patres Cardinales, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo Iosepho Casoria, in Ordinaria Congregatione die 5 mensis Iunii eodem anno habita.

De hisce rebus omnibus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis excipiens, mandavit ut Decretum super heroicis Famuli Dei virtutibus appararetur.

Quod cum rite factum esset, idem Summus Pontifex hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto atque Iosepho Casoria, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, Servi Dei Fr. Scubilionis (in saeculo Ioannis Bernardi Rousseau), in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Iunii A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

& Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

BUSCODUCEN.

Canonizationis Servi Dei Titi Brandsma, sacerdotis professi Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo, in odium fidei anno 1942 interempti.

SUPER DUBIO

An constet de martyrio eiusque causa et de signis seu miraculis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Remedium hodierno atheismo afferendum imprimis obtinetur testimonio fidei vivae et maturae, ad hoc scilicet educatae ut difficultates lucide perspicere valeat easque superare. Huius fidei testimonium praeclarum plurimi martyres reddiderunt et reddunt (cf. Conc. Vat. II, Const. pastoralis *Gaudium et spes,* n. 21). Exemplum huiusmodi Christifideles, etiam non catholici, admirantur a Dei Famulo Tito Brandsma, sacerdote Ordinis Carmelitarum, nuper datum in gravi persecutione religionis a *Nazismo,* qui dicitur, excitata.

Is, natus die 23 mensis Februarii anno 1881 in oppido *Bolsward* intra fines archidioeceseos Ultraiectensis, nunc autem Groningensis in Nederlandia, catholicis et piis parentibus, est eodem die baptizatus et anno et Siardus vocatus. Studiis humanitatis peractis, adulescens 17 annorum Ordinem Fratrum Beatae Mariae Virginis de Monte Carmelo ingressus est, nomenque Titi accepit. Anno 1905 sacerdos est ordinatus; deinde doctoris philosophiae gradum Romae assecutus, in patriam rediit suosque confratres docuit usque dum anno 1923 in studiorum Universitate catholica Noviomagensi professor ordinarius philosophiae et historiae theologiae mysticae est constitutus. Per annum fuit etiam Rector Magnificus eiusdem studiorum Universitatis.

In philosophia praesertim Dei notionem illustravit; studium mysticorum tam proprii Ordinis quam patriae valde provexit. Adhuc iuvenis anno 1901 florilegium ex operibus S. Teresiae a Iesu ediderat; postea opera omnia eiusdem in linguam Nederlandicam convertit et adhuc in carcere vitam ipsius scripsit. Innumeros articulos in commentariis periodicis et diurnis de mysticis suae patriae divulgavit.

Indole mitis sed firmus, excellebat fide viva, fiducia immensa Dei et eximia caritate praesertim erga pauperes, ita ut a multis iam ante martyrium sanctus haberetur.

Statura gracilis, valetudine incommoda semper affectus, cum vita

impensa interiore temperavit magnam navitatem circa omnes formas apostolatus nostris temporibus consentaneas : circa Missiones, circa ecclesias iterum in unum redigendas, circa scholas atque institutionem catholicam, circa instrumenta hodierna communicationis socialis. Praeses fuit Unionis moderatorum scholarum catholicarum medii ordinis, et anno 1935 ab Archiepiscopo Ultraiectensi sacerdos consiliarius diurnariorum catholicorum Nederlandiae nominatus est.

Patria anno 1940 ab hostibus occupata, Servus Dei, duce et exemplo Episcopatu Nederlandico, strenue se divulgationi grassanti doctrinae contrariae nostrae fidei opposuit. Quapropter contra coërcitiones magistratuum a Nazistis, quos vocant, constitutorum libertatem defendit scholarum catholicarum et pueros prognatos ex Hebraica natione renuit e scholis dimittere.

Cum magistratus civiles propagare vellent eiusmodi doctrinam nefandam etiam in diariis et ephemeridibus catholicis et statuerent non esse licitum hanc divulgationem recusare propter principia catholica, Servus Dei diurnariis scripsit : « Hic principia ipsa catholica sunt capita contradictionis ; hic non possumus cedere ». De mandato et nomine Episcopatus Nederlandici omnes diariorum catholicorum moderatores visitavit, eos exhortans ad huius comprobationem doctrinae respuendam ac divulgationem. Sciens libertatem et vitam suam in discrimine esse, nihilominus munus suum implevit. Die 19 Ianuarii anno 1942 a publicis ministris (vulgo $. *8.)* captus est et coram iudice Ecclesiae mentem clare exposuit et fortiter defendit. « Ecclesia catholica in Nederlandia obsequitur ordinationibus auctoritatis civilis, dummodo ne sint contrariae principiis ipsius Ecclesiae. Si tamen agitur de discrepantiis fundamentalibus et doctrinalibus, Ecclesia omnem cooperationem recusat, parata ad sustinenda omnia quae inde consequuntur. Omni tempore fuerunt homines martyres pro Ecclesia, qui, ubi opus fuit, vitam profuderunt. Principia impugnantur, pro quorum confessione cum gaudio patiar, quidquid perpetiendum sit. Modum agendi Episcopatus Nederlandici meum facio ». Et postea declaravit se iterum velle facere quod fecisset.

Propter quam defensionem fidei Servus Dei ad « custodiam tutelarem » condemnatus, aerumnas, labores, famem, vexationes et mortis provisionem in pluribus carceribus et publicae custodiae campis laetus pro Christo pertulit, exemplum praebens invictae fidei, animi fortitudinis, patientiae et eximiae caritatis, non solum erga concap-

tivos, quibus auxilium spirituale, quin etiam parcum cibum suum dabat, sed etiam erga ipsos carnifices et hostes religionis suae et patriae, quibus magno animo omnia ignoscebat et pro quibus orabat. Post sex menses vexationum iam moribundus, Servus Dei iniectione acidi phenici in publicae custodiae loco *Dachau* intra dioeceseos Monacensis-Frisingensis fines in Germania die 26 mensis Iulii anno 1942 occisus est.

Erumpente autem fama martyrii Servi Dei eaque perseverante, immo in dies percrebrescente, factum est ut super eadem informativae indagationes episcopali auctoritate adornatae fuerint annis 1955-1957 apud Curiam Buscoducensem et, per rogatoriam, apud Urbis Vicariatum; quae absolutae ad Sacram tunc Rituum Congregationem delatae sunt. Servatis deinde de iure servandis, Causa introducta est die 10 mensis Decembris anno 1973, probante Paulo Papa VI. Constare postmodum de obedientia Urbanianis praescriptionibus edictum est per Decretum die 21 Martii anno 1975 latum. De quibusdam quaestionibus clarius enodandis instructus est dein, apostolica quidem auctoritate, processiculus. De omnium denique processuum iuridica vi et validitate Decretum exiit die 9 Decembris anno 1977.

Praemissis igitur praemittendis, disceptatum est apud hanc Congregationem pro Causis Sanctorum super dubio : *An constet de martyrio eiusque causa, et de signis seu miraculis, in casu et ad effectum de quo agitur.* Quod est factum prius, die 23 mensis Maii anno 1984, in Congressu Peculiari Patrum Consultorum, moderante Fidei Promotore; ac deinde, die 2 mense Octobri eodem anno, ponente Em.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi. In utroque autem coetu, scilicet tum Patres Consultores tum Patres Cardinales affirmativa vota protulerunt.

De hisce omnibus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II responsum Sacrae Congregationis laeto ac studioso animo excipiens, mandavit ut Decretum super Servi Dei Titi Brandsma appararetur.

Quod cum rite est factum, accitis Cardinalibus infrascripto necnon Mario Aloisio Ciappi meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, hodierna die sollemniter edixit : *Ita constare de martyrio et de causa martyrii Servi Dei Titi Brandsma, sacerdotis professi Ordinis Fratrum B. Mariae Virginis de Monte Carmelo, ut, concessa a signis seu miraculis omnique alia opportuna dispensatione, procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 9 mensis Novembris A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. & S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETA

I

MEDELLEN.

Ecclesiastica Facultas Philosophiae in Pontificia Universitate Catholica Bolivariana, Medellii, in Columbia, canonice erigitur.

Mirificae intellectus administrae itemque totius humani generis thesaurus pretiosissimus, philosophicae disciplinae inde ab antiquissimis temporibus permagni factae sunt, earumque cultores opportuno nomine « amici sapientiae » sunt merito appellati.

Quorum scientificae acquisitiones, per saecula continuo auctae, perspectae ac expolitae, admirandum tandem protulerunt illud « philosophicum patrimonium perenniter validum», quod hinc perutile evasit christianae theologiae instruendae et inde catholica doctrina ipsum non parum ditatum fuit atque illustratum.

Qua de causa inintermisse Ecclesia in Seminariis Universitatibusque suis constituere sategit Cursus Superiores atque Facultates, quorum esset non modo alumnos aptos reddere theologicis studiis fructuose aggrediendis, bene vero problematum philosophicorum « solutionem naturali rationis lumine inquirere, atque cum christiana mundi, hominis et Dei visione cohaerentiam monstrare, relationes philosophiae cum theologia recta in luce ponendo » (art. 79, § 1 Const. Apost. « Sapientia Christiana »).

Haec prae oculis habens, Em.mus D.nus Alfonsus S. R. E. Cardinalis López Trujillo, Archiepiscopus Medellensis in Columbiana republica, futuris adnitens sacerdotibus suis selectisque christifidelibus laicis validam Scholam Superiorem Philosophicam praebere iis omnibus ornatam quae ad rem exiguntur, Sacram Congregationem pro Institutione Catholica adivit, ab ea flagitans ut Superiorem Scholam suam dignitate academica canonice afficeret.

Cuius preces benevole suscipiens, omnibusque considerate perpensis, Sacra eadem Congregatio, auctoritate a Summo Pontifice Ioanne Paulo Div. Prov. Pp. II sibi concredita, in Dei Optimi Maximi gloriam Ecclesiaeque Sanctae, in primis Medellensis, decus et incrementum, ecclesiasticam *Facultatem Philosophicam*, in Pontificia Universitate Catholica Bolivariana, Medellii sita, hoc Decreto *in perpetuum* erigit atque erectam declarat, ita statuens ut eiusdem studiorum curriculum ad normam vigentis academicae Ecclesiae legis in tres continuos cyclos seu gressus dispertiatur; facta eidem Facultati potestate academicos Philosophiae gradus respective Baccalaureatus, Licentiae et Doctoratus rite conferendi, omnibus eidem agnitis tributisque iuribus honoribus et privilegiis, quae iuxta Apostolicam Constitutionem « Sapientia Christiana » adnexasque « Ordinationes », ecclesiasticis Facultatibus in catholico orbe constitutis competunt.

Sacrum idem Dicasterium Magno laudatae Universitatis Cancellario mandat ut Facultati invigilet, scientias disciplinasque philosophicas iisque affines ad normam Declarationis « Gravissimum Educationis » n. 10 docendas instanterque promovendas curet, bonos mores ecclesiasticamque disciplinam in Facultate tutetur, atque docendi veniam omnibus singulisque docentibus ad normam memoratae Constitutionis conferat auferatque; ceteris servatis de iure servandis, in primis peculiaribus *Statutis* ab hac eadem Sacra Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis pro Institutione Catholica, die VIII m. Decembris, in Sollemnitate Immaculatae Conceptionis B. M. V., a. D. MCMLXXXIV.

© ANTONIUS M. JAVIERRB ORTAS, Archiep. tit. Metensis, *a Secretis*

L. © S.

Franciscus Marchisano, *Subsecretarius*

In Congr. pro Institutione Catholica tab., n. *611/82/1%.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE
CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 4 Gennaio 1985, S. E. il Signor SALIOTJ ABOTJDOU, Ambasciatore del Benin presso la Santa Sede.

Giovedì, 10 Gennaio 1985, S. E. il Signor GETACHEW KEBRETH, Ambasciatore d'Etiopia presso la Santa Sede.

Venerdì, 11 Gennaio 1985, S. E. il Signor YOUNG HOON KANG, Ambasciatore di Corea presso la Santa Sede.

Lunedì, 21 Gennaio 1985, S. E. il Signor CARLOS FREDERICO Duarte Gonçalves da Rocha, Ambasciatore del Brasile presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, 7 Gennaio 1985, il Signor IDRISS JAZAIRY, Presidente dell'I.F.A.D. (Fondo Internazionale Sviluppo Agricolo).

Giovedì, 10 Gennaio 1985, il Signor ROBERT Me FARLANE, Consigliere del Presidente degli Stati Uniti d'America per « National Security Affaires ».

Sabato, 12 Gennaio 1985, il Corpo Diplomatico accreditato presso la Santa Sede.

Lunedì, 14 Gennaio 1985, S. E. il Signor FERNANDO MORAN, Ministro degli Affari Esteri di Spagna.

Giovedì, 17 Gennaio 1985, l'On. UGO VETERE, Sindaco di Roma.

Sabato, 19 Gennaio 1985, il dott. JOSEF KRAINER, Governatore Federale della Stiria *(Austria).*

Giovedì, 24 Gennaio 1985, il Signor WERNER ZEYER, Ministro-Presidente del Saarland *(Repubblica Federale Tedesca).*

Venerdì, 25 Gennaio 1985, S. E. il Signor TANCREDO NEVES, Presidente eletto del Brasile.

Venerdì, 25 Gennaio 1985, S. E. il dott. BOUTROS BOUTROS GHALI, Ministro di Stato per gli Affari Esteri della Repubblica Araba d'Egitto.

Da Sabato 26 Gennaio a Mercoledì 6 Febbraio 1985, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in America latina, sostando in Venezuela, Ecuador, Perù, Trinidad e Tobago.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici Sua Santità Giovanni Paolo II ha nominato:

8 gennaio 1985. S. E. mons. Sergio Sebastiani, Arcivescovo titolare di Cesarea di Mauritania, *Pro-Nunzio Apostolico in Turchia.*
» » » S. E. mons. Francesco Colasuonno, Arcivescovo titolare di Tronto, *Pro-Nunzio Apostolico in Jugoslavia.*
19 » » S. E. mons. Giuseppe Mees, Arcivescovo titolare di Ieper, *Delegato Apostolico in Africa Meridionale e Pro-Nunzio Apostolico in Lesotho.*
24 » » S. E. mons. Francesco De Nittis, Arcivescovo titolare di Tunes, *Nunzio Apostolico in El Salvador.*
26 » » S. E. mons. Edoardo Rovida, Arcivescovo titolare di Taormina, *Nunzio Apostolico in Svizzera.*
29 » » S. E. mons. Alfio Rapisarda, Arcivescovo titolare di Canne, *Pro-Nunzio Apostolico nello Zaire.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

1 gennaio 1985. Mons. Claudio Sorgi, *Consultore della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.*
4 » » P. Karl Becker, S. I., *Consultore della Congregazione per la Dottrina della Fede.*
13 » » P. Eugen Hillengass, S. I., *Consultore della Prefettura degli Affari Economici della Santa Sede.*

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

26 aprile 1984. Al sig. Wladyslaw Poninski *(Francia).*
5 giugno » Al sig. Paul Henrard (Liège).
» » » Al sig. Florent Peeters (Mechelen-Brussel).

6 agosto 1984. Al sig. Sayed Mahmoud Soliman *(Repubblica Araba d'Egitto).*
9 settembre » Al sig. Karl Diem *(Repubblica Austriaca).*
» ottobre » Al sig. Hugh Radcliffe (Portsmouth).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

2 giugno 1984. Al sig. Franz Knopfle (Augsburg).
9 » » Al sig. Gabriel Cassarini (Tulle).
» » » Al sig. Albert Morance (Tulle).
» » » Al sig. Suy de Lapayriere (Tulle).
6 luglio » Al sig. Alain Galichon (Roma).
» » » Al sig. Alessandro Marini (Roma).
30 » » Al sig. Giuseppe Dabbico (Bari).
27 agosto » Al sig. Rudi Schellinck *(Belgio).*
29 » » Al sig. Walter Persegati (Roma).
» » » Al sig. Guido Tomassetti (Marsi).
27 settembre » Al sig. Rocco De Dino (Marsi).
» ottobre » Al sig. Casimir Bobelis *(Stati Uniti d'America).*

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

17 maggio 1984. Al sig. Henricus Franciscus A. den Ouden (Bois-Le-Duc).
25 » » Al sig. Ghislain Ottel (Gand).
4 giugno » Al sig. Félicien Riga (Liège).
» » » Al sig. Jean Villetara (Paris).
6 » » Al sig. Aimé Lannelongue (Tulle).
9 » » Al sig. René Blancher (Tulle).
6 luglio » Al sig. Charles Royer (Paris).
10 » » Al sig. Giovanni Francesco Krol (Breda).
13 » Al sig. Giovanni Endrigo Holtackers (Utrecht).
24 agosto » Al sig. Francesco Mariani (Roma).
» » » Al sig. Alain de Montecler (Paris).
13 settembre » Al sig. Bruno Arturo Bonassoli (Milano).
5 ottobre » Al sig. Italo Dianin (Padova).
9 » » Al sig. Jean Pierre Ecuyer (Blois).
12 » » Al sig. Marian Romanowski (Warmia).
16 » Al sig. Louis Joseph Sornay (Lyon).
22 novembre » Al sig. Sergio Filipponi *(Italia).*

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa:

2 giugno 1984. Al sig. Miguel Páez Vilaró (Maldonado-Punta del Este).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

19 settembre 1984. Al sig. Alfred Dick (Passau).
» » » Al sig. Sebastian Schenk (Passau).

La Placea dell'Ordine di san Silvestro Papa:

2 giugno 1984. Al sig. Michel Woitrin (Mechelen-Brussel).
24 settembre » Al sig. Antonio D'Ambrosio (Boma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

7 giugno 1984. Al sig. Gianni Malpassi (Roma).
25 » » Al sig. Bruno Poggi (Tivoli).
13 luglio » Al sig. Domenico Tarantino (Trivento).
31 agosto » Al sig. Bruno Biagio *(Italia).*
11 settembre » Al sig. Salvatore Raviele (Avellino).
13 » » Al sig. Erwin Kraft (Rottenburg-Stuttgart).
26 » » Al sig. Angelo Melandri (Faenza).
9 ottobre » Al sig. Antonio Martinelli (Orvieto).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

17 maggio 1984. Al sig. Jacob Cornelis Versteeg (Breda).
» » Al sig. Henricus Petrus Mollen (Bois-Le-Duc).
» » » Al sig. Martinus Josef Maria Schretlen (Bois-Le-Duc).
» » » Al sig. Hubertus A. Ioannes van Erven (Bois-Le-Duc).
2 giugno » Al sig. Fritz Hintersberger (Augsburg).
5 » » Al sig. Teodoro Giorgio M. Ross (Haarlem).
8 » » Al sig. Arnold Beckers (Hasselt).
19 » » Al sig. Willy Paermentier (Tournai).
22 » » Al sig. Jean Baptiste Willems (Mechelen-Brussel).
26 » Al sig. Paul Lamaye (Liège).
6 luglio » Al sig. Antonius Joannes Maria Van Hasselt (Breda).
10 » » Al sig. Juan Humberto Gassul (Mendoza).
» » » Al sig. Aldo Oscar Jaramillo (Mendoza).
» » » Al sig. Carlos Gassul Ceriotto (Mendoza).
7 agosto » Al sig. Mohamed Salan El Din *(Repubblica Araba d'Egitto).*
» » » Al sig. Jbrahim Aegazi *(Repubblica Araba d'Egitto).*
24 » » Al sig. Bernhard Kleine-Buning (Paderborn).
4 settembre » Al sig. Adriano Boni (La Spezia).
24 » » Al sig. Robert Dörner (Mainz).
5 ottobre » Al sig. Carlo Sciarra (Roma).
6 » » Al sig. Giuseppe Rosalen (Concordia-Pordenone).
» » » Al sig. Mario Slea (Roma).
» » » Al sig. Areno Giovanella (Todi).
13 » » Al sig. Gaetano Palmitessa (Roma).
» » » Al sig. Lino Nali (Roma).
18 » » Al sig. Alphonse Valsen (Liège).
26 » » Al sig. Mario Rotunno (Roma).
19 novembre » Al sig. Augusto Pellegrini (Roma).

Si rende noto agli aventi interesse che, dal 9 gennaio 1985, l'Amministratore Delegato e Legale Kappresentante della « Peregrinatio ad Petri Sedem» è il Dott. Gino Mattarella.

NECROLOGIO

4 gennaio 1985. Mons. Francesco B. Cialeo, Vescovo emerito di Faisalabad *(Pakistan).*

Mons. Othon Motta, Vescovo emerito di Campanha *(Brasile).*

Mons. Mark K. Carroll, Vescovo emerito di Wichita *(Stati Uniti d'America).*

Mons. Youannès Malak, Vescovo tit. di Dioclea.

Mons. Mario De Santis, Vescovo tit. di Eca.

Mons. Camilo P. Crous y Salichs, Vescovo tit. di Crazia.

Mons. Lawrence A. Glenn, Vescovo emerito di Crookston *(Stati Uniti d'America).*

Mons. Joseph H. Hodges, Vescovo di Wheeling-Charleston *(Stati Uniti d'America).*

Mons. Guillaume P. B. Cobben, Vescovo emerito di Helsinki *(Finlandia).*

Mons. Urbain Etienne Morlion, Vescovo emerito di Boudouinville, ora Kalemie-Kirungo (Zaire).

An. et vol. LXXVII 4 Martii 1985 N. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

ADHORTATIO APOSTOLICA
POST SYNODUM EPISCOPORUM EDITA

Ad Sacrorum Antistites, Sacerdotes et Christifideles: de reconciliatione et paenitentia in hodierno Ecclesiae munere.

IOANNES PAULUS PP. II

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII,

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

1. RECONCILIATIO ET PAENITENTIA, cum de iis sermo instituitur, viros et mulieres, hac viventes aetate, incitant ut ad verba — ea in sermones nunc vigentes convertendo — denuo attendant, quibus Salvator et Magister noster Iesus Christus praedicationis suae initium fecit: « Paenitemini et credite Evangelio »,[1] id est laetum nuntium amoris, adoptionis filiorum Dei ideoque fraternitatis accipite.

Cur Ecclesia hoc argumentum et hoc invitamentum iterum proponit?

Sollicitudo melius cognoscendi et mente comprehendendi hominem et mundum, qui nunc sunt, implicatam quaestionem, ad eos pertinentem, solvendi, arcanum, quo obteguntur,

[1] *Mc* 1, 15.

aperiendi, dignoscendi illa veluti fermenta boni et mali, quae ibi aestuant, iam satis diu multos movet ut hunc hominem et hunc mundum percontentur. Quae percontandi ratio propria est historicorum, sociologorum, philosophorum ac theologorum, psychologorum et humanistarum, poetarum hominumque mysticorum : potissimum vero haec percontatio, cum sollicitudine coniuncta, sed simul spe plena, est propria pastorum.

Eiusmodi percontatio egregie e singulis paginis elucet magni momenti Constitutionis pastoralis Concilii Oecumenici Vaticani II, a verbis *Gaudium et spes* incipientis, praesertim ex introductione, copiosa sententiisque acuta. Praeterea ex nonnullis documentis apparet, quae venerandi Decessores nostri pro sapientia sua et caritate pastorali ediderunt, quorum Pontificatus illustres eventu, historia digno et prophetico, illius Concilii Oecumenici erant insignes.

Quemadmodum aliorum ita et pastoris oculi conspiciunt, pro dolor, praeter alias notas mundi hominumque generis temporis nostri, multas esse divisiones easque graves atque lugendas.

2. Quae divisiones patefiunt in rationibus, quae inter personas et coetus intercedunt, verum etiam in amplissimis consortionibus hominum : siquidem sive Nationes Nationibus sive Civitates sibi invicem adversantur, principatum imperiosum anxie affectantes. Non est autem difficile radicem huiusmodi discidiorum deprehendere, scilicet conflictationes, quae, nedum colloquiis habendis dissolvantur, contentione ac discordia exasperante*.

Cum in elementa divisiones gignentia inquirunt, speculatores diligentes quam maxime varia eorum inveniunt: ab augescente enim inaequalitate inter coetus, ordines sociales et regiones, pervenitur ad conflictiones ideológicas, quae nullatenus evanuerunt; ab oppositu utilitatum oeconomicarum ad expressam in re politica pugnacitatem ; a discrepantiis tribuli-

bus ad discrimina, quae ob causas sociales-religiosas eveniunt. Ceterum, quaedam res, quae ob omnium oculos versantur, efficiunt quasi faciem miserandam divisionum, unde res illae manant earumque gravitatem tam definite ostendunt ut refutari non possint. Inter tot acerbitates sociales temporum nostrorum hae possunt memorari:

— oppressio iurium fundamentalium personae humanae, potissimum iuris vitae tuendae ac dignae vitae rationis; quod est etiam maioris infamiae, quod simul cum inani quadam verborum profluentia, usque adhuc ignota, circa eadem iura exsistit;

— insidiae, quae libertati singulorum et consortionum parantur, et sollicitationes, quas adversus eam fieri contingit, non excepta, immo magis offensa et in maius periculum adducta, libertate propriam fidem profitendi;

— variae formae discriminis faciendi : ad stirpem, cultum humanum, religionem pertinentes, aliae;

— violentia ac tromocratia;

— usus cruciatuum et formae iniustae et illegitimae coercitionis ;

— acervatio armorum usitatorum vel atomicorum, rei militaris augendae contentio una cum sumptibus bellicis, quibus indigna miseria populorum, re sociali et oeconomica debilium, posset sublevari;

— iniqua distributio opum mundi bonorumque cultus civilis, quae ad summum ducitur quadam rerum socialium temperatione, qua differentia inter condiciones humanas divitum ac pauperum magis in dies augetur.[2] Praeceps vis harum divisionum mundum, in quo degimus vitam, efficit mundum in ipsis eius fundamentis perfractum.[3]

[2] Cfr. Ioannes Paulus PP. II, *Allocutio, qua Pontifex III Coetum Episcoporum Americae Latinae aperuit,* III, 1-7: *AAS* 71 (1979), 198-204.

[3] Prospectus mundi « perfracti » elucet ex operibus complurium scriptorum huius temporis, tam christianorum quam non christianorum, qui testes sunt ipsius condicionis hominum hac nostra in afflicta historiae aetate.

Ceterum, cum Ecclesia, licet *cum* mundo non coalescat ut sit idem, neque sit *de* mundo, tamen *in* mundum inseratur atque cum eo colloquium sed *dialogum* habeat,[4] non est mirum in ipsa eius compage effectus ac signa animadverti divisionum, quibus humana societas vulneratur. Ecclesia, praeter discidia inter Communiones christianas, quae eam a saeculis affligunt, hoc tempore hic illic in sinu suo inter ipsa sua membra patitur divisiones, e diversis opinationibus ac diversis optionibus in re doctrinali et pastorali exortas.[5] Quae divisiones interdum insanabiles possunt videri.

Quamvis hae lacerationes iam prima facie tales sint ut vehementer moveant animum, tamen solum si res altius consideratur, earum radix detegitur : haec autem est *vulnus,* quod in humani animi penetralibus haeret. Fide illuminati, id appellamus *peccatum-,* incipientes enim a *peccato originali,* quod unusquisque ab ipso ortu secum fert quasi hereditatem a progenitoribus acceptam, ducimur ad peccatum, quod unusquisque admittit libertate propria male utendo.

3. Verumtamen, si quis in rem, dummodo satis acute, inquirit, in ipsa divisione percipit, apud homines bonae voluntatis verique nominis christianos, desiderium evidens discidia componendi, cicatricem vulneribus ob ducendi, unitatem essentialem in omnibus gradibus instaurandi. Quod optatum in

* Cfr. CONO. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes,* de Ecclesia in mundo huius temporis, 43-44; Decretum *Presbyterorum Ordinis,* de Presbyterorum ministerio et vita, 12; PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Ecclesiam suam: AAS* 56 (1964), 609-659.

[5] De divisionibus in Ecclesiae corpore scripsit verbis quidem ignitis, ineunte Ecclesiae ipsius primo aevo, Apostolus Paulus in praeclaro exordio Primae Epistulae ad Corinthios, 10-16. Ad eosdem porro christianos, nonnullis post annis, S. Clemens Romanus sermonem fecit ut scissuras intra eam communitatem reprobaret: cfr. *Epistula ad Corinthios,* III-VI; LVII: *Patres Apostolici,* ed. FUNK, I, 103-109; 171-173. Ex antiquis Patribus novimus tunicam Christi inconsutilem, a militibus non laceratam, factam esse Ecclesiae unitatis imaginem: cfr. S. CYPRIANUS, *De Ecclesiae catholicae unitate,* 7: *CCL* 3/1, 254s.; S. AUGUSTINUS, *In Iohannis Evangelium tractatus,* 118, 4: *CCL* 36, 656s.; S. BEDA VENERABILIS, *In Marci Evangelium expositio,* IV, 15: *CCL* 120, 630; *In Lucae Evangelium expositio,* VI, 23: *CCL* 120, 403; *In S. Ioannis Evangelium expositio,* 19: *PL* 92, 911s.

multis reconciliationis verum et vehemens desiderium excitat seu « nostalgiam », licet hoc verbum non adhibeatur.

Nonnulli arbitrantur rem esse paene somnium, quod praecellenti ratione evadere possit invitamentum ad societatem reapse mutandam; ab aliis autem res habetur, quae arduo labore obtineatur, ac proinde veluti meta, quae impenso officio cogitandi operandique continga tur. Utcumque appetitio reconciliationis, sincerae ac solidae, sine ulla dubitatione est argumentum fundamentale societatis nostrae, quasi repercussio voluntatis irrefrenabilis ad pacem contendentis ; idque est eo vehementius, quo graviora sunt ipsa momenta divisionis, quamvis haec res vulgi opinioni adversetur.

Verumtamen divisionem non licet minus in animis insidere quam divisionem. Aere desiderium — seu « nostalgia » — reconciliationis ipsaque reconciliatio absolutae erunt et efficaces, quatenus ad lacerationem illam primigeniam, eam sanandi causa, revocantur, quae est radix ceterarum lacerationum, videlicet, ut iam diximus, peccatum.

4. Quapropter unumquodque institutum vel sodalium corpus, eo spectantia ut homo secundum fundamentales rationes suas salvetur, reconciliationem debent perspicaciter observare, eo consilio ut eius significatio totumque momentum altius percipiantur et, quae inde necessario consequuntur, opere efficienda, pervideant.

Ecclesia Iesu Christi neglegere non potuit ad hoc attendere. Matris cum diligentia et Magistrae cum sapientia, animo sollicito et intento nititur deprehendere in hominum societate, praeter signa divisionis, etiam signa, haud minus manifesta nec minorem vim habentia, reconciliationis exquirendae. Novit enim ea potissimum sibi peculiariter facultatem datam esse et creditam missionem annuntiandi significationem veram, penitus religiosam, ac plenas rationes reconciliationis, atque etiam sic solummodo ad explicandos fines terminosque praecipuos quaestionis, in unitate et pace vertentis, se conferre.

Decessores nostri non desierunt reconciliationem praedicare ad eamque persequendam universum hominum genus hortari, necnon quemvis coetum et quamvis partem communitatis humanae, quam laceratam videbant atque divisam.[6] Nosmet ipsi, impulsione quadam acti interna, qua — de hoc sumus certi — supernae inspirationi et rogationibus humanae familiae sumus obsecuti, duobus modis inter se diversis sed utroque sollemni et officii pleno, argumentum reconciliationis in lumine posuimus: primo eo quod VI Coetum Generalem Synodi Episcoporum convocavimus; deinde eo quod eam quasi centrum fecimus Anni Iubilaei, indicti ad celebrandam MCML anniversariam memoriam peractae Redemptionis.[7] Cum Synodo argumentum ad pertractandum tribui oporteret, nos plane assensi sumus de argumento, quod multi Fratres nostri in Episcopatu proponebant, id est de materia, tam uberi, *reconciliationis,* arcte conexa cum materia *paenitentiae.*[6]

Vocabulum et notio *paenitentiae* sunt quidem valde implicata. Si eam cum *metanoia* copulamus, ad quam Synoptici

[4] Encyclicae Litterae *Pacem in terris,* spirituale videlicet testamentum Pontificis Maximi Ioannis XXIII (cfr. *AAS* 55 [1963], 257-304), saepius aestimantur «documentum sociale n necnon etiam « politicus nuntius » ; ac revera ita sese res habent, si voces illae omni suae significationis plenitudine accipiuntur. Pontificis enim oratio — sicut nunc quidem apparet viginti annis postquam foras sunt litterae datae —, potius quam meditata quaedam ratio conciliandi populorum nationumque convictus, videtur vehemens incitatio ad tuenda bona altissima, sine quibus pax in terris somnium fit. Eorum autem bonorum unum est ipsa reconciliatio inter homines, de quo argumento toties locutus est Ioannes XXIII. Ad Paulum YI quod attinet, satis recordari erit eum, Ecclesiam totam universumque orbem invitantem ut Annum Sacrum MCMLXXV celebrarent, statuisse ut « renovatio et reconciliatio » praecipua notio ac nota esset illius Iubilaei, quod oblivione numquam oblitterabitur. Nec oblivisci fas est institutionum catecheticarum, quas eodem de argumento praecipuo peregit, cum Iubilaeum ipsum illustraret.

[7] « Ceterum constet oportet hoc tempus, singulare habens momentum, quo volvente unusquisque Christianus impellitur ut vocationem suam impensius impleat, ex qua Patri reconcilietur in Filio, propositum omnimode assequi solum, si novum inde officium nascatur, quo singuli et universi reconciliationi serviant non modo inter cunctos Christi discipulos verum etiam inter homines » — ita scripsimus in Litteris Apostolicis sub plumbo datis, quibus Universale Iubilaeum peractae humani generis redemptionis indiximus —: Litt. Apost, sub plumbo datae *Aperite portas Redemptori,* 3: *AAS* 75 (1983), 93.

[5] Synodi argumentum hoc erat, accuratius nempe expressum: *Reconciliatio et paenitentia in Ecclesiae munere.*

referuntur, *paenitentia* intimam significat *cordis mutationem,* quam fieri contingit verbo Dei movente et Regni habita ratione.[9] Sed *paenitentia* etiam idem valet ac *mutatio vitae,* congruens mutationi cordis, qua significatione accepta, id quod dicitur *paenitentiam agere,* hoc completur: *Facite ... fructus dignos paenitentiae* :[10] tota enim vita efficitur paenitentialis, eo contendens ut continenter ad id quod melius est, proficiat. Sed *paenitentiam agere* est quiddam germanum et efficax, solum si *actibus* et *gestibus paenitentiae* exprimitur. Secundum hunc sensum *paenitentia* in sermone christiano theologico et spirituali *ascesin* significat, id est *nisum concretum et cotidianum* hominis, gratia Dei suffulti, eo pertinentem ut is vitam suam propter Christum perdat, qui unicus sit modus ut eam inveniat;[11] ut *veterem hominem* exuat *novumque* induat;[12] ut vincat in se ipso id quod est *carnale,* ea mente ut id quod est *spirituale,* praeponderet;[13] ut continenter supra *terrena* ad ea quae *sursum* sunt, ubi Christus est, assurgat.[14] Itaque paenitentia est *conversio,* quae, *e corde erumpens,* transfertur *in opera* ideoque *in totam vitam* christianorum.

In unaquaque huiusmodi significatione *paenitentia* arcte cum *reconciliatione* coniungitur, quoniam, ut quis reconcilietur Deo, sibimet ipsi et aliis, postulatur ut illud discidium, in animo penitus inhaerens, quod est peccatum, auferatur; quod quidem ad effectum adducitur solum mutatione interiore seu *conversione,* quae operibus paenitentiae in vita fructificat.

Documentum primarium Synodi (quod etiam *Lineamenta* appellatur), propterea tantum paratum ut quaestio proponeretur, cuius quidam aspectus fundamentales explicarentur, Com-

[9] Cfr. *Mt* 4, 17; *Me* 1, 15.

[10] Cfr. *Lc* 3, 8.

[11] Cfr. *Mt* 16, 24-26; *Me* 8, 34-36; *Lc* 9, 23-25.

[12] Cfr. *Eph 4,* 23 s.

[13] Cfr. / *Cor* 3, 1-20.

[14] Cfr. *Col* 3, 1 s.

munitatibus ecclesialibus, quotquot sunt per orbem terrarum, dedit ut per duos fere annos cogitarent de his aspectibus quaestionis — conversionis dicimus et reconciliationis — quae omnium interest, indeque novum caperent ardorem ad vitam et apostolatum christianum gerendum. Res deinde sunt altius perpensae, cum opus Synodi proxime praepararetur, quod factum est per *Instrumentum laboris,* ad Episcopos eorumque adiutores tempestive missum. Denique Patres Synodi, quibus aderant alii ad Coetum, vere proprieque dictum, vocati, argumentum ipsum et quaestiones, multas et varias, cum eo conexas, insigni cum officii conscientia tractaverunt. E disputatione, e studio communi, e vestigatione, assidua et accurata, quasi quidam thesaurus, über et pretiosus, est exortus, qui quoad essentiam extremis *Propositionibus* summatim exponitur.

Synodus, res vestigans, actus reconciliationis non ignorat (quorum nonnulli propter usum cotidianum paene praetermittuntur), qui vario modo utiles sunt ad tot contentiones dissolvendas, ad tot superandas conflictationes, ad divisiones parvas et magnas exstinguendas, ita ut unitas restituatur. Sed cura praecipua Synodi eo pertinebat ut in intimis eiusmodi actibus dispersis radix abdita reperiretur, scilicet reconciliatio, ut ita dicamus, « fontalis », quae in corde et conscientia hominis operatur.

Charisma et singularis indoles Ecclesiae, quod ad reconciliationem attinet in quovis gradu efficiendam, in eo sunt posita, ut ea ad reconciliationem illam « fontalem » semper revocetur. Ecclesia enim pro munere suo praecipuo, officio se sentit devinciri ad ipsas radices lacerationis primigeniae peccati pertingendi, ut eo afferat sanationem et reconciliationem, et hanc primigeniam, instauret, quae verae reconciliationis sit principium efficax. Hoc sane Ecclesia prae oculis habuit et per Synodum proposuit.

De hac reconciliatione agitur in Sacra Scriptura, ubi nos hor-

tatur ut ad eam omnibus viribus nitamur;[15] sed monet ea etiam illam imprimis donum esse misericorditer a Deo homini datum.[16] Historia salutis — sive ea quae totum genus humanus sive singulos homines quovis complectitur tempore — est miranda prorsus historia reconciliationis, qua Deus, qui est Pater, per Sanguinem et Crucem Filii, qui factus est homo, mundum sibi reconciliavit, hoc modo ortum novae familiae reconciliatorum efficiens.

Reconciliatio autem est necessaria, quia antea discidium fuit, peccato inductum, unde ceterae formae discidii in intimos animos hominum et in ea quae ei circumiacent, manarunt. Reconciliatio ergo, ut sit absoluta, necessario postulat liberationem a peccato, quod in altissimis suis radicibus respuatur. Quapropter arcto quodam nexu interiore *conversio* et *reconciliatio* inter se coniunguntur, ita ut fieri non possit ut hae inter se separentur aut de altera sermo instituatur, reticita altera.

Synodus pariter locuta est de reconciliatione totius humanae familiae ac de conversione cordis uniuscuiusque personae, de eius reditu ad Deum, reputans et pronuntians hominum unitatem coagmentari non posse, nisi unusquisque intrinsecus mutetur. *Conversio personalis* est via necessaria, quae ad *concordiam inter homines* ducit.[17] Ecclesia, cum laetum nuntium profert reconciliationis aut proponit ut ea per Sacramenta efficiatur, verum munus obit propheticum, mala indicans hominum, quippe quae e fonte contaminato oriantur, radicem ostendens

[15] « Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo » : *2 Cor* 5, 20.

[16] « Et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus » : *Rom* 5, 11 ; cfr. *Col* 1, 20.

[17] Concilium Vaticanum II, ad hoc quod attinet, notavit: «Revera inaequilibria quibus laborat mundus hodiernus cum inaequilibrio illo fundamentaliori connectuntur, quod in hominis corde radicatur. In ipso enim homine plura elementa sibi invicem oppugnant. Dum enim ex una parte, utpote creatura, multipliciter sese limitatum experitur, ex altera vero in desideriis suis illimitatum et ad superiorem vitam vocatum se sentit. Multis sollicitationibus attractus, iugiter inter eas seligere et quibusdam renuntiare cogitur. Immo, infirmus ac peccator, non raro illud quod non vult facit et illud quod facere vellet non facit (cfr. *Rom* 7, 14 ss.). Unde in seipso divisionem patitur, ex qua etiam tot ac tantae discordiae in societate oriuntur»: Const. past. *Gaudium et spes,* de Ecclesia in mundo huius temporis, 10.

divisionum, spem ingerens fore ut contentiones et conflictationes superentur et sic ad concordiam et pacem perveniatur, qua omnes ordines et coetus humanae societatis fruantur. Ea condicionem, historicam, odio et violentia notatam, mutat in civilem cultum amoris. Cunctis praebet principium evangelicum et sacramentale illius reconciliationis « f on talis », unde quivis alius gestus vel actus reconciliationis, etiam in gradu sociali, exoritur.

De eiusmodi reconciliatione, quae effectus est conversionis, in hac Adhortatione Apostolica agitur. Etenim — quemadmodum in exitu trium superiorum Synodi Coetuum accidit — ipsi Patres conclusiones operis sui iterum Episcopo Romano, universali Pastori Ecclesiae et Capiti Collegii Episcoporum, ut Synodi Praesidi, tradiderunt. Quasi grave gratumque officium ministerii nostri, munus suscepimus ex ingenti thesauro Synodi res hauriendi ut ad Populum Dei, veluti fructum Synodi eiusdem, nuntium doctrinalem et pastoralem de argumento *paenitentiae* et *reconciliationis* perferremus. Tractabimus ergo in prima parte de Ecclesia, quatenus munus implet reconciliationis et operi conversionis cordium insistit, qua homo ac Deus, homo et frater eius, homo ac tota creatura se denuo complectantur. In secunda parte causam intimam subiciemus cuiusvis lacerationis vel divisionis inter homines imprimisque quoad Deum, id est peccatum. Denique instrumenta exponemus, quibus Ecclesia plenam reconciliationem inter homines ac Deum et, quae inde fluit, reconciliationem inter homines ipsos provehere valeat et excitare.

Documentum, quod filiis Ecclesiae atque etiam cunctis, qui, sive in Deum credentes sive non credentes, animis studiosis et sinceris eam intuentur, tradimus veluti responsum debitum ad ea quae Synodus a nobis petiit. Documentum autem — id profiteri cupimus ut officio cuidam veritatis et iustitiae satisfaciamus — est simul ipsius Synodi opus. Quae enim his paginis continentur, ex eadem Synodo promanant: ex eius dicimus

praeparatione remota et proxima, ex *Instrumento laboris,* ex interpellationibus in Aula Synodi et in *circulis minoribus* habitis, potissimum vero e sexaginta tribus *Propositionibus.* Huc congestus est fructus operis, a Patribus coniuncte patrati, inter quos non deerant, qui Ecclesias Orientales repraesentarent, quarum thesaurus theologicus, spiritualis, liturgicus tam über est et venerabilis etiam quoad eas res, quarum hic nostra interest. Praeterea Consilium Secretariae Synodi in duabus magni momenti sessionibus de iis aestimavit, quae a Synodi Coetu, vixdum actò, effecta erant, ac de participum propensione, in lumine collocavit vim praedictarum *Propositionum* ac deinde lineamenta descripsit aptiora habita ad hoc Documentum componendum. Dum gratias agimus universis, qui hoc opus fecerunt, hic, memores muneris nostri, ea proponere volumus, quae in Synodi thesauro doctrinali et pastorali utilia visa sunt nobis ad vitam tot hominum hoc tempore, praeclaro atque difficili, historiae.

Id facere expedit — estque res significantissima — dum in animis multorum adhuc viget memoria Anni Sacri, qui totus in paenitentia, conversione, reconciliatione ducebatur. Utinam haec Adhortatio nostra, quam Fratribus in Episcopatu eorumque operis sociis Presbyteris, Diaconis, Religiosis utriusque sexus, cunctis Fidelibus, viris et mulieribus rectae conscientiae adhibemus, valeat ad purificationem, ad augendam altiusque perspiciendam fidem personalem cuiusque, sitque quasi fermentum aptum ad amplificandam in cordibus hominum pacem et fraternitatem, spem et gaudium; quae praestantia bona ex Evangelio manant, quod accipiatur, perpendatur, in vitae usum traducatur exemplo Beatae Mariae Virginis, Matris Domini nostri Iesu Christi, per quem complacuit Deo reconciliare omnia in ipsum.[18]

» Cfr. *Col* 1, 19 s.

PARS PRIMA

I

5. In huius Adhortationis Apostolicae exordio animo nostro singularis illa narratio sancti Lucae obversatur, quam in Documento prius edito illustrare sumus conati.[19] Sermo quidem noster ad parabolam de filio prodigo refertur.[20]

« Homo quidam habebat duos filios. Et dixit adulescentior ex illis patri: "da mihi portionem substantiae, quae me contingit" » : haec narrans, Iesus casum adulescentis illius, animos commoventem, expresse describit: videlicet profectionem inconsideratam e domo paterna, effusionem omnium bonorum, quae fit vita luxuriosa atque inani, dies caliginosos, quibus ille longinquitatem, famem perpetitur, magis autem amissam dignitatem, humiliationem et pudorem, demum desiderium, quo tenetur, domus suae, fortem animum eo revertendi, patrem, qui excipit eum. Qui certe filii non est oblitus, quin immo amoris affectum erga eum et existimationem retinuit integra. Sic igitur eum, quem semper exspectabat, nunc amplectitur, iubens magnam parari celebritatem ob reditum eius qui « mortuus erat et revixit, perierat et inventus est ».

Homo — quivis homo — est filius ille prodigus, captus tentatione a Patre discedendi ut ad suum vivat arbitrium; tentationi cedens; deceptus rebus inanibus, quibus ut falsa imagine est allectus; solus, dedecoratus, quaestui habitus, dum vitae rationem, sibi propriam et peculiarem, studet suscipere; discruciatus, etiam dum in summa versatur miseria, desiderio redeundi ad Patris communionem. Deus, ut pater, de quo in parabola, reditum filii prospicit, revertentem complectitur, novae huius congressionis causa mensam parat ad convivium, quo reconciliatio celebretur.

[19] Cfr. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc. *Dives in misericordia,* 5-6: *AAS* 72 (1980), 1193-1199.

[20] Cfr. *Lc* 15, 11-32.

E parabola potissimum ille modus, festivus amorisque plenus, eminet, quo pater filium excipit redeuntem: qui signum est misericordiae Dei, ad ignoscendum semper propensi. Ut rem statim edicamus : reconciliatio est praecipue *donum Patris caelestis.*

6. Verumtamen in parabola etiam frater natu maior inducitur, qui locum suum in convivio respuit. Exprobrat enim fratrem minorem ob facinora, quae admisit, ac patrem quod eum ita recepit, cum sibimet ipsi, temperanti et operoso, numquam sit concessum — sic ait — ut cum amicis festum haberet. Quod indicio est eum patris bonitatem non intellegere. Donec hic frater, nimis sibi suisque meritis fidens. invi dus et arrogans, amaritudine plenus et ira, non convertitur nec patri fratrique reconciliatur, convivium nondum est omni ex parte festum, quod adventus et inventionis causa agatur.

Homo — quilibet homo — est etiam hic frater natu maior. Praeposterus amor sui ipsum invidum reddit, animum eius obdurat, obcaecat eum aditumque ad alios et ad Deum praecludit. Benignitas et misericordia patris exaspérant eum eique stomachum movent; felicitas fratris, qui inventus est, sunt ei quiddam amarum.[21] Hac etiam ratione oportet convertatur ut reconcilietur.

Parabola de filio prodigo est imprimis ineffabilis historia vehementis amoris Patris — id est Dei — qui filio, ad se reverso, donum praebet plenae reconciliationis. Sed eo quod in imagine filii natu maioris caecum amorem sui, qui fratres disiungit, commemorat, fit etiam historia humanae familiae : condicionem, in qua versamur, denotat et viam, quam percurramus oportet, commonstrat. Filius prodigus, converti, patrem

[21] ***Liber lonae*** **in Vetere Testamento singulariter anticipat et describit hanc parabolae partem. Peccatum lonae est « affligi afflictione magna et irasci », quia Deus est «clemens et misericors, longanimis, multae miserationis et ignoscens super malitia»; est «dolere super hederam ... quae sub una nocte nata est et sub una nocte periit», et non intellegere cur Dominus « pareat Ninive » : cfr. *Ion* 4.**

iterum complecti et veniam accipere anxie concupiscens, eos significat, qui in penetralibus conscientiae vehemens desiderium persentiunt reconciliationis in omni gradu, nulla posita condicione, atque intima quadam cum certitudine percipiunt eam solum fieri posse, si e reconciliatione prima et fundamentali emanet, quae hominem e longinquitate ad amicitiam, filiorum propriam, cum Deo transferat, cuius infinita agnoscitur misericordia. Attamen parabola, si ex parte alterius filii consideratur, statum familiae humanae, propriae cuiusque commoditatis studio divisae, ob oculos ponit, difficultatem aere desiderium eandem familiam in reconciliatione et unitate componendi illustrat, ideoque necessitatem corda hominum penitus transformandi commemorat, dum misericordia Patris deprehenditur et malevolentia et inimicitia inter fratres superantur.

Ratione ducta huiusce parabolae, inexhausta rerum copia praeditae, de misericordia, quae delet peccatum, Ecclesia, invitamento, quod in ea continetur, obsecuta, missionem suam intellegit eo pertinentem ut exemplo Domini ad cordium conversionem et reconciliationem hominum cum Deo incumbat, quae ambae arctissime inter se conectuntur.

II

7. Quemadmodum ex parabola de filio prodigo eruitur, reconciliatio est *donum Dei* eiusque *inceptum*. Fides autem nostra docet nos hoc coeptum ad effectum adduci in mysterio Christi redemptoris, reconciliatoris, liberatoris, qui hominem a peccato, quaecumque eius sunt formae, eximit. Sanctus Paulus ipse non dubitat hoc officio et munere missionem incomparabilem Iesu Nazareni, Verbi ac Dei Filii, qui factus est homo, summatim comprehendere.

Nos quoque ab hoc *mysterio primario dispensationis salutis* possumus proficisci, quod est veluti cardo christologiae Apo-

stoli. « Si enim, cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius », — ita scribit ad Romanos — « multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius, non solum autem, sed et gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus ».[22] « Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi », Paulus impelli se sentit ut christianos Corinthios exhortetur: « reconciliamini Deo ».[23]

De huiusmodi missione reconciliatrice, quae morte in Cruce est peracta, sanctus Ioannes evangelista, aliis verbis usus, est locutus, asserens Christum oportere mortem subire « ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum ».[24]

Sanctus denuo Paulus facit ut amplificata cogitatione opus Christi complectamur, pertingentes ad cósmicas rationes, cum scribit Patrem sibi reconciliasse « sive quae in terra sive quae in caelis sunt ».[25] Iure merito licet affirmari Christum redemptorem « in tempore iracundiae factum esse reconciliationem »[26] atque, si ipse est « pax nostra »,[27] eum etiam esse reconciliationem nostram.

Passio eius et mors, quae in Eucharistia sacramentaliter renovantur, in sacra Liturgia « Hostia nostrae reconciliationis »[28] recte dicuntur: reconciliationis dicimus cum Deo et cum fratribus, siquidem Iesus Christus ipse monet fraternam reconciliationem esse peragendam, antequam sacrificium offeratur ».[29]

Aequum est ergo nos, exordientes ab his aliisque locis, gravibus et significantibus, Novi Testamenti, considerationem de universo Christi mysterio ad eius munus ut reconciliatoris diri-

[22] *Rom* 5, 10 s.; cfr. *Col* 1, 20-22.
[23] *2 Cor* 5, 18. 20.
[24] *Io* 11, 52.
[25] Cfr. *Col* 1, 20.
[26] Cfr. *Eccli* 44, 17.
[27] Cfr. *Eph* 2, 14.
[28] *Prex eucharistica III.*
[29] Cfr. *Mt* 5, 23 s.

gere. Itaque denuo profiteamur oportet fidem Ecclesiae in Christi actum redimentem, in paschale mysterium eius mortis et resurrectionis, ut causam reconciliationis hominis, duplici sensu acceptae ut liberationis a peccato et communionis cum Deo, in gratia innixae.

Tristem sane imaginem divisionum ac difficultatum reconciliationis *inter homines* intuentes, hortamur ut ad *mysterium Crucis* respiciatur, quasi ad eventum celsissimum, quo Christus percipit et dolendo penitus experitur casum ipsum gravissimum seiunctionis hominis a Deo, adeo ut verbis Psaltae exclamet: « Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? »,[30] simulque reconciliationem peragit nostram. Ob tu tus in mysterio, quod perfectum est in loco Golgotha, defixus semper nos moneat oportet de illa *ratione « verticali »*, quam dicunt, divisionis et reconciliationis, quatenus ad relationem inter hominem ac Deum spectat, quae in lumine fidei semper praeponderat *rationi « horizontali »*, id est divisioni, reapse exsistenti, et necessitati reconciliationis inter homines. Novimus enim eiusmodi reconciliationem inter eos solum esse et esse posse fructum redemptricis actionis Christi, qui mortuus est et resurrexit ut regnum peccati devinceret, foedus cum Deo instauraret et sic « medium parietem maceriae »[31] solveret, qui per peccatum inter homines est constitutus.

8. Sed — quemadmodum ait sanctus Leo, de Christi disserens passione — « omnia ... quae Dei Filius ad reconciliationem mundi et fecit et docuit, non in historia tantum praeteritarum actionum novimus, sed etiam in praesentium operum virtute sentimus ».[32] Sentimus profecto reconciliationem, quae in eius humanitate est peracta, in efficacitate sacrorum mysteriorum,

[30] *Mt* 27, 46; *Mc* 15, 34; *Ps* 22 [21], 2.

[31] Cfr. *Eph* 2, 14-16.

[32] S. LEO MAGNUS, *Tractatus* 63 *(De passione Domini* 12), 6: *CCL* 138/A, 386.

quae ab eius Ecclesia celebrantur, cui se ipsum tradidit quamque signum simulque instrumentum salutis effecit.

Hoc sanctus Paulus affirmat scribens Deum cum apostolis Christi communicasse opus suum reconciliationis. Ait enim: « (Deus) dedit nobis ministerium reconciliationis... et posuit in nobis verbum reconciliationis ».[33]

Pater in manibus et ore apostolorum, nuntiorum suorum, pro sua misericordia *ministerium reconciliationis* posuit, quod illi modo singulari obeunt, utpote potestate praediti agendi « *in persona Christi* ». Sed etiam universae communitati credentium, toti compagi Ecclesiae verbum reconciliationis concreditur, id est munus faciendi, quantum potest, ut reconciliationem testetur et in mundo perficiat.

Asserere licet etiam Concilium Vaticanum II, cum Ecclesiam appellet « sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis » et cum edicat eius munus eo pertinere ut «homines,... variis hodie vinculis ... arctius coniuncti, plenam etiam unitatem in Christo consequantur »,[34] animadvertisse Ecclesiae potissimum esse contendendum ut homines ad plenam reconciliationem reduceret.

Itaque munus Ecclesiae, amplissimum quidem et implicatum, arctissime vero iunctum Christi missioni, breviter comprehendi potest officio, quod est illi primarium, reconciliandi hominem : cum Deo, cum ipso homine, cum fratribus, cum universa creatura, idque modo stabili, quia, ut alias diximus, « Ecclesia natura sua est semper reconcilians ».[35]

Ecclesia est reconciliatrix, quatenus nuntium reconciliationis profert, ut in rerum suarum cursu iugiter fecit, initio sumpto

[33] *2 Cor* 5, 18 s.

[34] Const. dogm. *Lumen gentium,* de Ecclesia, 1.

[35] « Ecclesia suapte natura est semper reconcilians, quia aliis donum tribuit, quod ipsa accepit, donum videlicet, ex quo est veniam adepta unumque quiddam affecta cum Deo »: IOANNES PAULUS II, Allocutio Liverpulae habita (30 Maii 1982), 3: *Insegnamenti* V, 2 (1982), 1992.

a Concilio apostolico Hierosolymitano[36] et ordine temporum ducto ad novissimam Synodum recensque Iubilaeum Redemptionis. Singularis nota huius pronuntiationis in eo est posita ut, ad Ecclesiam quod attinet, *reconciliatio* arcte coniungatur cum cordis conversione: haec est enim via necessaria, qua ad consensionem inter mortales perveniatur.

Ecclesia est reconciliatrix etiam eo quod homini vias commonstrat et instrumenta suppeditat ad praedictam quadruplicem reconciliationem assequendam. Quae quidem viae sunt viae conversionis cordis ac devictionis peccati, sive hoc est caecus amor sui vel iniustitia, sive protervitas vel pravus usus, quo alii quaestui habentur, sive cupiditas bonorum materialium vel effrenata affectatio voluptatum. Subsidia autem sunt auditio constans amansque verbi Dei, oratio personalis et collegialis et potissimum Sacramenta, vera signa et instrumenta reconciliationis, inter quae, huius rei ipsius habita ratione, eminet illud quod Sacramentum Reconciliationis seu Paenitentiae merito appellare consuevimus ac de quo infra sermo instituetur.

9. Paulus VI, Decessor noster rec. mem., bene meruit quod declaravit Ecclesiam, ut evangelizaret, oportere ostendere se ipsam Evangelium suscepisse, id est plenae integraeque nuntiationi Evangelii Iesu Christi patere ut hoc audiret et in vitae usum traduceret.[37] Nos quoque, in quoddam documentum, ordine dispositum, considerationes quarti Coetus Generalis Synodi Episcoporum colligentes, locuti sumus de Ecclesia se ipsam catechizante, quatenus institutioni catecheticae aliorum ipsa prospicere t.[38]

Non dubitantes nunc res inter se iterum componere, prout ad argumentum, quod tractamus, pertinet, hoc affirmamus:

[34] Cfr. *Act* 15. 2-33.

[37] Cfr. Adh. Ap. *Evangelii nuntiandi,* 13: *AAS* 68 (1976), 12 s.

[38] Cfr. IOANNES PAULUS II, Adh. Ap. *Catechesi tradendae,* 24: *AAS* 71 (1979), 1297.

Ecclesia ut sit *reconciliatrix,* oportet ipsa incipiat esse *Ecclesia reconciliata.* Huic enuntiatione simplici et aequae, persuasio subiacet, ex qua Ecclesiae ut reconciliationem hominibus efficacius in dies annuntiet atque proponat, sit contendendum ut magis magisque fiat communitas (licet sit « parvus grex » ut temporibus antiquis) discipulorum Christi, inter se officio consociatorum se continenter ad Dominum convertendi et vivendi, ut homines novos decet, in spiritu et in exercitatione reconciliationis.

Coram aequalibus nostris, tam studiosis testimonii vitae, quo res probentur, Ecclesia exemplum oportet reconciliationis imprimis intra fines suos exhibeat; quapropter omnes operam dare debemus ut animos ad pacem revocemus, contentiones cohibeamus, divisiones evincamus, vulnera sanemus, quae fratres fortasse sibi invicem intulerunt, cum discrepantia sententiarum in rebus coniecturalibus exasperatur, ut, contra, unitatem servemus in iis quae circa fidem vitamque christianam sunt essentialia, secundum veterum praeceptum: *In dubiis libertas, in necessariis unitas, in omnibus caritas.*

Secundum hanc ipsam regulam et iudicium Ecclesia etiam rationem suam oecumenicam debet perficere. Etenim, ut sit plane reconciliata, ea novit sibi prosequendum esse studium unitatis exquirendae inter eos qui nomine christiano gloriantur, sed inter se, etiam qua Ecclesiae et Communiones, necnon ab Ecclesia Romana sunt seiuncti., Haec unitatem persequitur, quae, ut sit fructus et ostensio verae reconciliationis, innititur neque in ignoratione eorum, quae dividunt, neque in mediis consiliis tam facilibus quam caducis. Unitas fluere debet ex vera conversione omnium, ex invicem data venia, ex dialogo theologico et necessitudine fraterna, ex oratione, e plena obtemperatione actioni Spiritus Sancti, qui est etiam *Spiritus reconciliationis.*

Ecclesia demum, ut omnimode se dicere possit reconciliatam, officio gravius in dies se sentit de vinci Evangelium ad

omnes gentes perferendi, « salutis colloquium »[39] promovendo, et ad peramplas illas partes generis humani in mundo huius temporis, quae fidei illius non assentiuntur, immo propter augescentem « saecularismum » ab ea prorsus se removent aut ei summa cum neglectione obsistunt atque etiam adversantur eamque persecutione divexant. Ad hos universos Ecclesia sentit se haec verba sancti Pauli debere dirigere : « Reconciliamini Deo ».[40]

Ecclesia utcumque reconciliationem provehit *in veritate,* persuasum sibi habens neque reconciliationem neque unitatem fieri posse extra aut contra veritatem.

III

10. Ecclesia, communitas reconciliata eademque reconciliatrix, oblivisci non potest donum et munus suum reconciliationis, quasi a fonte, manare ab inceptu, pleno compatientis amoris et misericordiae, Dei, qui caritas est[41] quique amore actus homines creavit:[42] videlicet creavit ut secum haberent amicitiam et communione inter se sociarentur.

Deus aeterno stat consilio suo, etiam cum homo, a diabolo impulsus[43] et superbia abreptus, male utitur libertate, sibi data ut amaret bonumque magnanimiter persequeretur, oboedientiam Domino ac Patri suo debitam renuendo; etiam cum homo, nedum amore respondeat Dei amori, ei quasi aemulo repugnat, dum fallitur nimis suis viribus fidens; unde efficitur ut necessitudo inter ipsum atque illum, qui eum creavit, dirimatur. Quamquam homo hoc modo praevaricatur, *Deus* tamen *persistit in amore.* Re quidem vera, narratio de horto paradisi nos inducit ut de perniciosis effectibus reiectionis Patris medi-

[39] Cfr. PAULUS PP. VI, Litt. Enc. *Ecclesiam suam: AAS* 56 (1964), 609-659.

[40] *2 Cor* 5, 20.

[41] Cfr. *1 Io* 4, 8.

[42] Cfr. *Sap* 11, 23-26; *Gn* 1, 27; *Ps* 8, 4-8.

[43] Cfr. *Sap* 2, 24.

temur, unde turbatio consequitur in hominis anima et concordia inter virum et mulierem, fratrem et fratrem dissuitur.[44] Parabola quoque Evangelii de duobus filiis, qui diverse quidem a patre discedunt, animis graviter abalienatis, vim habet significantem. Repudiatio paterni amoris Dei eiusque donorum, amore praebitorum, semper causa est divisionum generis humani.

Novimus tamen Deum, « qui dives est in misericordia »,[45] similis patri, de quo in parabola exponitur, nemini filiorum suorum animum claudere. Eos exspectat, quaerit, consequitur, ubi reiectio communionis eos in solitudine detinet ac divisione, eos vocat ut ad mensam suam congregentur ut venia et reconciliatio laetanter festiveque ibi celebrentur.

Hoc coeptum divinum ad effectum adducitur et manifestatur rédemptrice Christi actione, quae per ministerium Ecclesiae in mundum diffunditur. Etenim, fide nostra docente, Verbum Dei caro factum est venitque ut in hominum terra habitaret, et in huius mundi rerum cursum est ingressum, eas assumens atque in se recapitulans.[46] Revelavit nobis Deum esse caritatem nobisque dedisse « mandatum novum » amoris,[47] simul certitudinem nobis ingerens, secundum quam via dilectionis omnibus aperiretur hominibus, ita ut conamen fraternitatem universalem instaurandi non sit inane.[48] Morte, quam obiit in Cruce, vincens malum vimque peccati, oboedientia sua, amoris plena, salutem cunctis attulit estque factum universis <(reconciliatio ». In eo Deus hominem sibi reconciliavit.

Ecclesia, nuntium reconciliationis pergens proferre, quem Christus in pagis Galilaeae totiusque Palaestinae praedicavit,[49] non desinit totum genus humanum hortari ut convertatur et

[44] Cfr *Gn* 3, 12 s.; 4. 1-16.

[45] *Eph* 2. 4.

[46] Cfr *Eph* 1, 10.

[47] Cfr *Io* 13, 34.

[48] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes,* de Ecclesia in mundo huius temporis, 38.

[49] Cfr. *Me* 1, 15.

Evangelio credat. Loquitur nomine Christi, verba monitoria Pauli Apostoli, quae iam memoravimus, sibi asciscens: « Pro Christo ... legatione fungimur tamquam Deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo ».[50]

Qui huic monitioni obsequitur, in dispensationem reconciliationis inseritur atque veritatem experitur, quae in alio nuntio sancti Pauli continetur, secundum quem Christus « est pax nostra, qui fecit utraque unum et medium parietem maceriae, solvit, inimicitiam, ... ut... et reconciliet ambos in uno corpore Deo».[51] Quibus verbis, etsi proxime spectant ad religiosam superandam divisionem inter Israel, ut populum electum Antiqui Testamenti, ceterasque gentes, quae cunctae ad Novum Foedus participandum vocantur, tamen nova universalitas spiritualis affirmatur, a Deo instituta et effecta sacrificio Filii eius, Verbi, quod factum est homo, nullis terminis constitutis, nulla exceptione adiecta; quae uni versalitas ad omnes pertinet, qui convertuntur et credunt in Christum. Cuncti ergo nos vocamur ad fructus huiusce reconciliationis percipiendos, quam Deus intendit: quilibet homo, quilibet populus.

11. Munus est Ecclesiae hanc reconciliationem annuntiare eiusque esse sacramentum in mundo. Est autem Ecclesia *sacramentum,* id est signum et instrumentum reconciliationis, pluribus nominibus, quorum vis est quidem diversa, sed quae cuncta eo spectant ut id obtineatur, quod Deus consilio suo miserenti vult praebere hominibus.

Est illa imprimis sacramentum eo quod ut communitas reconciliata exsistit, quae opus Christi in mundo testatur et repraesentat.

Est deinde sacramentum ob ministerium, quod gerit, custodis et interpretis Sacrarum Scripturarum, quae bonus sunt nuntius reconciliationis, quatenus illa per hominum aetates

[50] *2 Cor* 5, 20.
[51] *Eph* 2, 14-16.

consilium divinum, amoris plenum, patefacit et unicuique vias universalis reconciliationis in Christo commonstrat.

Est denique id ipsum ob septem Sacramenta, quorum singula, modo sibi proprio, « Ecclesiam aedificant ».[52] Cum enim iis paschale mysterium Christi commemoretur et renovetur, omnia Sacramenta sunt fons vitae pro Ecclesia atque in eius veluti manibus instrumentum conversionis ad Deum et reconciliationis hominum.

12. Missio reconciliatrix est totius Ecclesiae propria, etiam, ac quidem potissimum, illius Ecclesiae, quae gloriam divinam iam plene participat una cum Beata Virgine Maria, cum Angelis et Beatis comprehensoribus, qui Deum sanctissimum contemplantur atque adorant. Ecclesia caelestis, Ecclesia terrestris, Ecclesia purgatorio addicta, ad hanc cooperationem arcana ratione consociantur cum Christo ut mundum Deo réconcilient.

Prima via salvificae huius actionis est via orationis. Beata Virgo Maria, Mater Christi et Mater Ecclesiae,[51] ac Sancti Caelites, qui, terreno itinere iam confecto, Dei gloria sunt potiti, certe fratres in terra peregrinantes intercessione sua sustinent ad studium ponendum in conversione, in fide, in renovanda vita post unumquemque lapsum, in agendo ut communio et pax in Ecclesia et mundo augeantur. In mysterio communionis Sanctorum reconciliatio universalis ad effectum adducitur ratione altissima maximeque frugifera ad omnium salutem.

Est et altera via: viam dicimus sacrae praedicationis. Ecclesia ipsa, alumna unius Magisterii Christi, ut Mater et Magistra reconciliationem hominibus proponere non desinit nec dubitat pravitatem peccati enuntiare, necessitatem conversionis edicere, homines hortari et obsecrare ut « reconcilientur ».

[52] Cfr. S. AUGUSTINUS, *De Civitate Dei,* XXII, 17: *CCL* 48, 835s.; S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae,* pars III, q. 64, a. 2 ad tertium.

[53] Cfr. PAULUS PP. VI, *Allocutio, qua Pontifex tertiam Sessionem clausit Concilii Oecumenici Vaticani II* (21 Novembris 1964): *AAS* 56 (1964), 1015-1018.

Re quidem vera, hoc est eius munus propheticum in mundo huius temporis, quemadmodum fuit ante acta aetate : est ipsum munus eius Magistri et Capitis, Iesu. Ut hic, Ecclesia, amore miserenti ducta, id munus semper implebit omnibusque nuntiabit veniam eosque ad spem confirmabit, quae quidem e Cruce promanant.

Est etiam via, saepe tam difficilis et aspera, actionis pastoralis ut singuli homines — quicumque sunt et ubicumque degunt — ad iter, interdum longum, reditionis ad Patrem in cunctorum fratrum communione revocentur.

Est denique via testificationis, omni fere tempore silens, quae e gemina ratione oritur, qua Ecclesia est conscia se esse per se « indefectibiliter sanctam » , [54] sed etiam oportere ut « de die in diem mundetur et renovetur, donec Christus eam sibi exhibeat gloriosam, non habentem maculam aut rugam, quoniam propter peccata nostra interdum vultus eius minus refulget » ei qui eam intuetur.[55] Hoc testimonium duas facies primarias necessario praefert: quatenus est signum illius caritatis universalis, quam Christus asseclis suis hereditate reliquit quaque probatur eos ad suum regnum pertinere; et quatenus testimonium in actus transfertur semper novos conversionis et reconciliationis intra Ecclesiam et extra, eo quod contentiones dirimuntur, mutua conceditur venia, spiritus fraternitatis et pacis augetur, qui in mundo universo est propagan dus. Hac via Ecclesia operam dare potest efficaciter ut « civilis cultus amoris », quem Paulus VI, Decessor noster, appellavit, oriatur.

PARS SECUNDA

13. Quemadmodum ait sanctus Ioannes Apostolus, « si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, et veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra,

[54] CONC. OEC. VAT. II, **Const. dogm.** ***Lumen gentium,*** **de Ecclesia, 39.**

[55] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, **Decretum** ***Unitatis redintegratio,*** **de oecumenismo, 4.**

fidelis est et iustus, ut remittat nobis peccata et emundet nos ab omni iniustitia **M** .[56] Haec verba, divino afflatu prima Ecclesiae aetate conscripta, melius quam aliae quaevis voces humanae faciunt ut sermo ille de peccato instituatur, qui arcte cum sermone conectitur, qui de reconciliatione habetur. Verba illa quaestionem peccati in eius veluti prospectu anthropologico tangunt, quatenus pars est veritatis de homine, quam complet; sed statim eam in prospectum divinum inserunt, in quo peccatum componitur veritati de amore divino, aequo, magnanimo, constanti, qui praesertim venia et reconciliatione manifestatur. Quam ob rem sanctus Ioannes scribit paulo infra: « si reprehendent nos cor, maior est Deus corde nostro **H** .[57]

Principium pernecessarium reditus ad Deum in hoc est situm ut *peccatum proprium agnoscatur,* quin immo — si personalitas cuiusque penitius consideratur — ut quis *se peccatorem agnoscat,* capacem peccati et ad peccatum pronum. Haec est singularis experientia Davidis, qui, postquam « fecit malum in conspectu Domini » et a Nathan propheta est reprehensus,[58] exclamavit: « Iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum meum contra me est semper. Tibi, tibi soli peccavi et malum coram te feci ».[59] Ceterum Iesus in ore et corde filii prodigi haec verba significantia posuit: « Pater, peccavi in caelum et coram te ».[60]

Re vera, ut quis Deo reconcilietur, antea postulatur et infertur amotio, dilucide ac definite facienda, a condicione peccati, quod est admissum. Postulatur ergo et infertur illud *paenitentiam agere,* his verbis sensu pienissimo acceptis: oportet scilicet aliquem paeniteat, is paenitentiam ostendat, verum habitum paenitentis assumat, eius proprium, qui viam reditus ad

[56] *1 Io* 1, 8 s.

[57] *1 Io* 3, 20; cfr. Sermo, a nobis habitus in Admissione Generali die 14 Martii 1984, in quo de hoc loco paucis exposuimus: *Insegnamenti* VII, 1 (1984), 683.

[58] Cfr. *2 Sam* 11-12.

[59] *Ps* 51 [50], 5 s.

« *Lc* 15, 18. 21.

Patrem ingreditur. Haec est lex generalis, quam unusquisque sequi debet in peculiaribus rerum adiunctis, in quibus versatur. Sermonem enim de peccato et conversione non licet institui solis verbis abstractis.

In certa definitaque condicione hominis peccatoris, in qua conversio nequit haberi, nisi peccatum proprium agnoscatur, ministerium reconciliationis, quod Ecclesia obit, interponitur singulis in casibus cum proposito vere paenitentiali, id est eo consilio ut homo reducatur ad cognitionem sui (quam sancta Catharina Senensis « cognoscimento di sé » appellavit),[61] ad disiunctionem a malo, ad restitutionem amicitiae cum Deo, ad renovationem interiorem, ad novam conversionem ecclesialem. Quin immo nuntius et ministerium paenitentiae ultra ambitum Ecclesiae et credentium ad cunctos homines diriguntur, quia omnes conversione indigent ac reconciliatione.[62]

Ut eiusmodi ministerium congruenter impleatur, oportet etiam « illuminatis oculis » *[3] fidei ea aestimentur, quae peccatum consequuntur, id est ea quae causae sunt divisionis atque discidii, non solum intra cuiusque hominis penetralia, sed etiam in variis, in quibus vivit, consortiis: cuius generis est familia, ambitus, muneris exercitatio, societas, quemadmodum experiundo toties potest cognosci quibusque rebus et narratio biblica de civitate Babel eiusque turri confirmatur.[64] Homines enim illi, operi intenti, quod esset signum ac domicilium unitatis, magis quam antea sunt dispersi, confusi quoad linguam, inter se divisi, non idonei ad consensionem et convenientiam.

Cur consilium eorum, ambitionis plenum, male cessit? Quia « in vanum laboraverunt, qui aedificaverunt » ;[65] quia homines signum et praesidium unitatis exoptatae fecerunt solummodo

[61] S. CATHARINA SENENSIS, *Lettere,* Firenze 1970, I, pp. 3 s. ; *Il Dialogo delia Divina Provvidenza,* Roma 1980, *passim.*

° Cfr. *Rom* 3, 23-26.

° Cfr. *Eph* 1, 18.

** Cfr. *Gn* 11, 1-9.

[M] Cfr. *Ps* 127 [126], 1.

opus manuum suarum, actionis Domini obliti. Nisi sunt in sola ratione « horizontali » operis sui vitaeque socialis, rationem « verticalem » neglegentes, cuius virtute in Deo, Creatore suo ac Domino, fundarentur et ad eum ut finem ultimum itineris vitae contenderent.

Affirmari profecto licet gravem casum hominum, qui nunc sunt, quemadmodum quadamtenus hominum cuiusvis temporis, in ipsa eorum indole babelica contineri.

I

14. Si, evangelicae novitatis luce illuminati, biblicam narrationem de civitate Babel eiusque turri legimus eamque cum alio loco comparamus, quo progenitorum lapsus describitur, quaedam inde percipere possumus, quae multum valent ad *mysterium peccati* cognoscendum. Haec verba, in quibus id resonat, quod sanctus Paulus scripsit de *mysterio iniquitatis,*[66] eo pertinent ut quaecumque obscura et incomprehensibilia latent in peccato, perspiciamus. Hoc sine dubitatione opus est libertatis hominis, verumtamen in toto, quod in eo est humanum, causae agunt, unde illud ultra ipsum humanum collocatur, nempe in eo limite, ubi conscientia, voluntas et sensus hominis obscuras eas vires contingunt quae secundum sanctum Paulum adeo mundum movent, ut quasi in eum dominentur.[67]

Ex biblica narratione, ad exstructionem turris Babel pertinente, primo res manifesta apparet, utilis nobis ad peccatum intellegendum : homines nimirum voluisse urbem aedificare, se in societatem congregare, fortes esse et potentes *sine Deo,* ne dicamus *contra Deum.*[68] Ex hac parte, narratio primi peccati, in

[66] Cfr. *2 Thess* 2, 7.

[67] Cfr. *Rom* 7, 7-25; *Eph* 2, 2; 6, 12.

[68] Significantia sunt verba quae in versione Graeca LXX Interpretum et in Novo Testamento, ad peccatum quod attinet, adhibentur. Vox usitatissima est *hamartia,* cui vocabula iunguntur eiusdem originis. Haec significat aliquem plus minusve graviter

paradiso Eden admissi, et de Babel narratio, quamvis inter se re et forma non mediocriter differant, in hoc tamen congruunt quod utraque *Deus excluditur,* quoniam contra eius praeceptum, actu aemulae contentionis in eum, homines acriter repugnant sibique fallaciter arrogant se esse « sicut eum ».[69] In narratione de civitate Babel *exclusio Dei* non apparet uti simultas in eum, sed potius uti eius oblivio et neglegentia, quasi de Deo nihil sit curandum, quod attinet ad consilium, quo homo agere et se consociare constituit. Sed in utroque casu violenter *abrumpitur necessitudo cum Deo.* In paradisi Eden eventu apparet sane quam grave sit et calamitosum id quod intimam et obscurissimam peccati naturam efficit: hoc est inoboedientia contra Deum, eius legem, normam moralem, quam is homini dedit, eam in corde eius scribens et revelatione confirmans atque perficiens.

Exclusio Dei, abrupta cum Deo necessitudo, inoboedientia contra Deum : hoc fuit et est per totum humanarum rerum cursum, varias quidem induens formas, peccatum, quod eo progredi potest ut Deus *negetur* eiusque exsistentia, quod *atheismus* appellatur.

Inoboedientia haec est hominis, qui — libertate sua agens — non agnoscit dominationem Dei in vitam suam, saltem eo puncto temporis, quo violat legem.

15. In narrationibus biblicis, quas supra memoravimus, discessus a Deo miserandum in modum ducit ad divisiones inter fratres.

In descriptione « primi peccati » alienatio a Iah ve simul amicitiae vinculum infringi t, quod humanam familiam iungebát; unde insequentes paginae Genesis ostendunt virum et mu-

delinquere aut contra normam vel legem aut contra personam quandam, immo verum etiam contra aliquod numen. Appellatur autem peccatum etiam *adikia,* cuius notio hic complectitur *usum iniustitiae.* Invenitur quoque *paràbasis,* Id est transgressio, et *asèbeia,* impletas aliaeque notiones. Quae simul imaginem praebent peccati.

[69] *On* 3, 5: « . . . eritis sicut Deus scientes bonum et malum»; cfr. etiam v. 22.

lierem alterum contra alteram veluti intendentem digitum accusatorium;[70] deinde frater fratrem, cui est infensus, ad ultimum occidit.[71]

In rerum civitatis Babel narratione effectus peccati est diruptio humanae familiae, quae ex primo iam orta peccato, nunc autem ad extrema pervenit in forma sua sociali.

Qui peccati mysterium vult vestigare, non considerare non potest hanc causae et effectus copulationem. Ut separatio a Deo peccatum est actus inoboedientiae hominis, qui, saltem implicite, eum reicit, a quo ortum ducit et a quo in vita servatur; est ergo actus mortis voluntariae. Quoniam homo peccando se Deo subicere renuit, etiam interior eius aequabilitas perfringitur et in ipso eius animo contradictiones et conflictationes excitantur. Hoc modo laceratus, homo paene necessario rationes cum ceteris hominibus et creatura scindit. Haec est lex et res ab opinionis arbitrio seiuncta, quae in tot momentis psychologiae humanae vitaeque spiritualis inveniuntur necnon in ipsis vitae socialis eventibus, in qua est facile animadvertere repercussus quosdam et signa interioris deordinationis.

Peccati mysterium ex his duobus vulneribus constat, quae peccator sibimet ipsi et consuetudini cum proximo infligit. Quam ob rem loqui licet de peccato *personali* et *sociali:* quodvis peccatum est altera ratione *personale,* altera ratione *sociale,* quia et quatenus etiam in societatem redundat.

16. Peccatum, vere proprieque acceptum, est semper *actus personae,* quoniam actus est liber unius cuiusvis hominis neque proprie alicuius coetus vel communitatis. Qui quidem homo condicionibus potest astringi, premi, impelli causis externis, nec levibus nec paucis, vel etiam propensionibus, vitiis, consuetudinibus moveri, cum condicione sua sociali coniunctis. In casibus non paucis eiusmodi causae, internae et externae, eius

[74] **Cfr. *Gn* 3, 12.**

[71] **Cfr. *Gn* 4, 2-16.**

libertatem ideoque conscientiae onus et culpam plus vel minus possunt minuere. Sed est veritas fidei, etiam experientia nostra et ratione confirmata, qua asseritur humanam personam liberam esse. Non igitur licet hanc veritatem ignorari ea mente ut peccatum singulorum in causas externas — humanae consortionis « structuras », systemata et alios — transferatur. Ceteroquin, hoc modo dignitas et libertas personae auferrentur, quae — etsi male et calamitose — etiam in hac peccati commissi responsali ratione manifestantur. Quapropter in unoquoque homine nihil est tam personale eiusque tam proprium ut alio nequeat transferri, quam meritum virtutis aut responsalis ratio circa culpam.

Ut actus *personae,* peccatum habet effectus primos et gravissimus *in ipso peccatore:* id est in ratione, quae huic cum Deo intercedit quaeque vitae humanae ipsum est fundamentum, in eius spiritu voluntatem infirmando et intellectum obcaecando.

Quaerendum est nunc quaenam respexerint qui, in Synodo praeparanda et per eius operis cursum, frequentius de *peccato sociali* mentionem fecerunt. Haec vox et notio, quae ei subiacet, sane varias habent significationes.

Loqui de *peccato sociali* idem est ante omnia ac fateri peccatum cuiusque, ob solidam necessitudinem hominum inter se, tam arcanam et obscuram quam veram et certam, ad ceteros quodammodo redundare. Haec altera facies illius necessitudinis in campo religionis, efficitur in alto et miro mysterio *communionis Sanctorum,* propter quam affirmatum est « omnem animam, quae assurga! mundum extollere » . [72] Huic *legi ascensus* opponitur, pro dolor, *lex descensus,* adeo ut loqui fas sit de *communione peccati,* ob quam anima, quae peccando se submittit, Ecclesiam secum et quodammodo totum mundum

[72] **Locutio est** ELISABETHAE LESEUR, **scriptricis Gallicae:** ***Journal et pensées de chaque jour,*** **Paris 1918, p. 31.**

demittit. Aliis verbis, nullum est peccatum, ne intimum quidem et occultissimum et unius cuiusvis maxime proprium, quod ad eum solummodo pertineat, qui illud commisit. Quodlibet peccatum maiore vel minore cum vehementia, maiore vel minore cum detrimento, ad totam compagem ecclesialem et ad totam humanam familiam redit. Iuxta hanc primam significationem cuilibet peccato, sine controversia, potest attribui nota *peccati socialis.*

Quaedam tamen peccata propter ipsum obiectum suum directo proximum — vel, quo rectius dicatur secundum evangelicum loquendi genus — fratrem veluti adoriuntur. Ea sunt offensio Deo illata, quia proximum offendunt. Haec peccata solent vocari *socialia,* quae est secunda vocis significatio. Sic acceptum, *sociale* est quodlibet peccatum contra amorem proximi, eo maius • in Lege Christi, quod obest alteri mandato, simili primi.[73] Item *sociale* est quodvis peccatum patratum contra iustitiam in rationibus intercedentibus tum inter personas, tum inter personam et societatem, tum inter societatem et personam. *Sociale* est quodlibet peccatum adversus iura humanae personae, imprimis contra ius vitae, non excepta vita nascituri, aut adversus integritatem corporis cuiusque; quodlibet peccatum contra aliorum libertatem, ante omnia contra summam libertatem credendi in Deum eumque adorandi; quodvis peccatum in dignitatem et honorem proximi. *Sociale* pariter est omne peccatum contra bonum commune eiusque postulata in tota ampla provincia iurium et officiorum civium. *Sociale* potest esse peccatum commissionis aut omissionis, quod moderatores politici, oeconomici, opificum collegia faciunt, cum, quamvis possint, non curant prudenter ut societatem meliorem efficiant vel in melius mutent secundum necessitates et opportunitates temporum; illud quoque, quod patrant operarii, qui officiis praesentiae operisque sociandi desunt,

[73] **Cfr. *Mt* 22, 39; *Me* 12, 31; *Lc* 10, 27 s.**

quibus officinae possint iis ipsis, eorum familiis et universae societati prosperitatem pergere comparare.

Tertia significatio *peccati socialis* ad necessitudines attinet inter varias communitates humanas. Haec commercia non semper cum Dei consilio congruunt, qui vult in mundo esse iustitiam, libertatem, pacem inter homines singulos, coetus, populos. Hinc « classium contentio », quicumque auctor eius est et quicumque eius, interdum, statuit normas, est *malum sociale.* Similiter obstinata adversitas Nationum consociatarum et alterius Nationis contra alteram, coetuum contra coetus in eadem Natione item est *malum sociale.* In utroque casu quaeri potest num alicui morale conscientiae onus ideoque peccatum sit attribuendum. Sane profitendum est facta et condiciones, qualia memoravimus, cum latius manant, quin immo vehementer ingravescunt ut facta socialia, fere semper sine nomine fieri auctorum, sicut perplexae earum causae sunt nec semper possunt cognosci. Itaque, si sermo de *peccato sociali* instituitur, haec verba significationem hic habent aperte analogicam. Si utcumque de *peccatis* loquimur *socialibus,* licet sensu analogico acceptis, nemo inducatur ut singulorum responsale officium et onus aestimet minoris, sed omnium conscientiae incitentur ut serio et animose nefastas illas res rerumque mutent condiciones, quae tolerari minime possunt.

His modo apertissimo minimeque ambiguo positis, ilico addendum est non legitimam esse nec probari posse *peccati socialis* significationem, saepe temporibus nostris in quibusdam ambitibus assertam,[74] quae opponens non sine ambiguitate *peccatum sociale peccato personali,* scienter aut inscienter efficiat ut illud *personale* attenuetur et paene auferatur, ita ut solae culpae et rationes responsales *sociales* agnoscantur. Secundum hanc significationem, quae facile videtur orta esse ex ideologiis et systematibus non christianis — fortasse hodie ab iis

[74] Cfr. S. CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI, Instructio *Libertatis nuntius,* de quibusdam rationibus «Theologiae Liberationis» (6 Augusti 1984), IV, 14-15: *AAS* 76 (1984), 885 s.

ipsis, qui publice ea propugnaverant, reiectis — reapse quodlibet peccatum esset sociale, quatenus tribuendum esset non tam conscientiae morali hominis, quam potius incerto cuidam enti et sine nomine consortioni, cuius generis condicio, systema, hominum societas, compages, instituta esse possunt.

Atqui Ecclesia, cum de *condicionibus* peccati loquitur aut ut *peccata socialia* quasdam condiciones indicat aut mores communes coetuum socialium, ampliorum vel minorum, aut etiam totas Nationes et Nationes consociatas, novit et edicit eiusmodi *peccata socialia* esse simul effectum, acervationem et coniunctionem multorum *peccatorum personalium.* Agitur de peccatis maxime personalibus tum eius qui iniquitatem gignit et fovet vel ea abutitur; tum eius qui, cum aliquo modo agere possit ad vitanda vel removenda aut saltem finibus circumscribenda quaedam mala socialia, id facere omittit desidia, metu et probroso consciorum silentio, dissimulata facinoris societate aut indifferentis animi neglegentia; tum eius, qui se excusat causam interponens mundum mutari non posse; tum eius etiam, qui laborem et incommoda intendit effugere, praetexens fucosas rationes superioris momenti. In personarum ergo capita verae recidunt culpae.

Nulla condicio — sicut nullum institutum, nulla compages, nulla societas — ipsa per se est actuum moralium subiectum; quam ob rem ea potest per se nec bona esse nec mala.

In omni ergo *condicione peccati* semper homines insunt peccatores. Hoc quidem tam verum est ut, si talis condicio mutari potest quoad « structurarum » et institutorum formas vi legis aut — uti saepius, pro dolor, evenit — lege potentiae, immutatio reapse imperfecta esse appareat, brevis et ad summam vana atque inanis — ne dicamus eam in contrarium agere — nisi homines convertuntur, qui directo aut oblique condicionis eiusmodi rationem reddere debent.

17. At, ecce, in peccati mysterio nova ratio exsistit, quam mens humana considerare numquam desiit : ratio ad eius spectans gravitatem. Haec quaestio est prorsus necessaria, cui christiana conscientia numquam omisit respondere: *cur* et *quatenus* peccatum est grave in offensione Deo illata suisque in effectibus in homine ? De hac re Ecclesia habet suam doctrinam, quam quoad praecipuas eius partes confirmat, quamquam scit haud semper facile esse, in definitis condicionibus, certos ei constituere fines.

Iam in Vetere Testamento de non paucis peccatis, scienter quidem commissis,[75] de variis modis impudicitiae,[76] idololatriae,[77] cultus falsorum deorum,[78] ita decernebatur ut reus « periret de populo suo », quod etiam significare poterat eum capite damnari.[79] Iis alia peccata opponebantur, ea praesertim, quae per ignorantiam erant commissa quaeque sacrificio dimittebantur.[80]

Ecclesia, ratione quoque habita textuum illorum, a saeculis constanter loquitur de peccato *mortali* atque de peccato *veniali*. Haec autem distinctio et haec verba praesertim Novo Testamento illustrantur, in quo multi reperiuntur textus, qui enumerant vehementerque arguunt peccata, quae peculiariter poenam merentur,[81] praeter comprobationem, ab ipso Iesu factam, Decalogi.[82] Hic exponere volumus potissimum duos locos, significantes animumque commoventes.

In quodam textu *primae Epistulae suae,* sanctus Ioannes de peccato tractat, *quod ducit ad mortem* (pros thánaton), opponens peccatum, *quod non ducit ad mortem* (me pròs thána-

[75] Cfr. *Nm* 15, 30.
[76] Cfr. *Lv* 18, 26-30.
[77] Cfr. *Lv* 19, 4.
[78] Cfr. *Lv* 20, 1-7.
[79] Cfr. *Ex* 21, 17.
[80] Cfr. *Lv* 4, 2 ss. ; 5, 1 ss. ; *Nm* 15, 22-29.
[81] Cfr. *Mt* 5, 28; 6, 23; 12, 31 s. ; 15, 19; *Me* 3, 28-30; *Rom* 1, 29-31; 13, 13; *Iac* 4.
[82] Cfr. *Mt* 5, 17; 15, 1-10; *Me* 10, 19; *Lc* 18, 20.

ton).[83] Hic, ut patet, notio mortis est spiritualis: agitur de amissione verae vitae vel « vitae aeternae », quae secundum Ioannem est agnitio Patris et Filii, communio et necessitudo cum iis.[84] Peccatum, *quod ducit ad mortem,* esse videtur illo in loco negatio Filii[85] aut cultus falsorum deorum.[86] Hoc autem modo notiones distinguens, Ioannes in luce collocare videtur inaestimabilem gravitatem eius quod est peccati essentia, reiectio Dei, quae praesertim apostasia fit et idololatria, id est eo quod fides veritatis revelatae repudiatur ac Deus exaequatur cum quibusdam creaturis, quae idola falsique dei constituuntur.[87] Sed Apostolus illo in loco etiam certitudinem in lumine ponit, quae in christianum ex eo promanat quod est « genitus ex Deo » per adventum Filii : est enim robur in eo, quo prohibetur ne peccatum admittat; Deus conservat eum, « Malignus non tangit eum ». Quodsi ex infirmitate peccat aut ex ignorantia, spes remissionis inest in eo, etiam ob adiutorium, quod ei sociata fratrum oratione praebetur.

In altero loco Novi Testamenti, ac quidem in Evangelio secundum Matthaeum,[88] Iesus ipse de « blasphemia contra Spiritum Sanctum » loquitur, quae « non remittetur », quoniam per eam, quae variis modis manifestatur, conversio ad amorem Patris misericordiarum mente obstinata respuitur.

Agitur profecto de verbis prorsus singularibus atque gravissimis, quoniam Deus reicitur, eius gratia repudiatur ideoque aliquis ipsi principio salutis obsistit,[89] ita ut homo sibi sponte viam remissionis praecludere videatur. Sperandum est paucos in hoc animo Deo repugnante vel etiam eum provocante perstare usque ad finem; qui quidem Deus, ceterum,

[83] Cfr. *1 Io* 5, 16 s.
[84] Cfr. *Io* 17, 3.
[85] Cfr. *1 Io* 2, 22.
[86] Cfr. *1 Io* 5, 21.
[87] Cfr. *1 Io* 5, 16-21.
[88] *Mt* 12, 31 s.
[89] Cfr. S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae,* IP-II[ae], q. 14, aa. 1-3.

pro amore suo, misericordiae pleno, corde nostro est maior — ut item nos docet sanctus Ioannes —[90] et omnes renisus nostros psychologicos et spirituales vincere potest, quare — ut scribit sanctus Thomas Aquinas — « de nemine desperandum est in hac vita, considerata omnipotentia et misericordia Dei ».[91]

Posita tamen quaestione de concursu voluntatis repugnantis cum Deo infinite iusto, haud possumus non alere sensus salutaris « metus et tremoris », ut sanctus Paulus suggerit nobis;[92] monitum autem Iesus de peccato, quod « non remittetur », comprobat esse culpas, quae peccatori, ut poenam, « mortem aeternam)) possunt afferre.

Horum aliorumque textuum Sacrae Scripturae habita ratione, doctores, theologi, magistri disciplinae spiritualis et pastores peccata in *mortalia* et *venialia* diviserunt. Sanctus Augustinus, praeter alios, *letalia* vel *mortifera crimina* memorat, quibus opponit *venialia, levia* vel *quotidiana*.[93] Significatio, quam his verbis tribuit declarati vis, momentum habuit ad subsequens Magisterium Ecclesiae. Post eum sanctus Thomas Aquinas verbis clarissimis doctrinam, quae firma evasit, enuntiavit.

In definiendis describendisque peccatis *mortalibus* et *venialibus* apud sanctum Thomam et in theologia, quae ad eum refertur, necessitudo cum Sacris Bibliis deesse non potuit, ideoque nec notio mortis spiritualis. Homo, ut spiritualiter vivat, secundum Doctorem Angelicum perstare debet in communione cum supremo vitae principio, quod est Deus ut finis ultimus totius vitae illius atque actionis. Peccatum autem est deordinatio ab homine adversus illud principium perpetrata. « Quan-

" **Cfr.** *1 Io* 3, **20.**

" S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae,* **II-II", q. 14, a. 3, ad primum.**

[92] **Cfr.** *Philp* **2, 12.**

[93] S. AUGUSTINUS, *De Spiritu et littera,* **XXVIII:** *CSEL* **60, 202s.;** *Enarrat, in ps.* **39, 22:** *CCL* **38, 441;** *Enchiridion ad Laurentium de fide et spe et caritate,* **XIX, 71:** *CCL* **46, 88;** *In Iohannis Evangelium tractatus,* **12, 3, 14:** *CCL* **36, 129.**

do anima deordinatis per peccatum usque ad aversionem ab ultimo fine, scilicet Deo, cui unitur per charitatem, tunc est peccatum mortale; quando vero fit deordinatio citra aversionem a Deo, tunc est peccatum veniale ».[94] Hac de causa peccatum veniale non privat gratia sanctificante, amicitia cum Deo, caritate neque aeterna beatitudine, siquidem huiusmodi privatio ex peccato oritur mortali.

Praeterea peccatum considerans, *ratione habita poenae*, quam infert, sanctus Thomas cum aliis doctoribus *mortale* appellat peccatum, quod, nisi remissum est, efficit ut poena contrahatur aeterna; *veniale* autem peccatum, quod temporalem solum poenam meretur (videlicet partialem et expiabilem in terra vel in purgatorio).

Si autem *materiam peccati* respicimus, notiones mortis, absolutae alienationis a Deo, summo bono, declinationis ab itinere, quod ducit ad Deum, vel intermissionis itineris ad eum (hi omnes sunt modi, quibus peccatum mortale definitur), copulantur cum notione gravitatis eius quod obiective ibi continetur : peccatum *grave* practice idem est in doctrina et actione pastorali Ecclesiae, ac peccatum *mortale*.

Hic contingimus nucleum doctrinae translaticiae Ecclesiae, saepe et acriter in recenti Synodo assertae, quae non solum confirmavit, quod a Concilio Tridentino decretum est de exsistentia et natura peccatorum *mortalium* et *venialium*,[95] sed etiam memoravit *peccatum mortale* esse peccatum, cuius obiectum est materia gravis et, insuper, quod plena conscientia et deliberato consensu admittitur. Addatur oportet — quemadmodum factum est in Synodo — quaedam peccata, quod ad eorum materiam attinet, esse *intrinsecus* gravia et mortalia. Sunt enim actus, qui per se ipsos et in se ipsis, extra adiuncta, propter obiectum suum semper sunt graviter illiciti. Hi actus, si suf-

[94] S. THOMAS AQUINAS, *Summa Theologiae*, I*-II^{ae}, q. 72, a. 5.

[95] Cfr. CONC. OEC. TRIDENTINUM, Sessio VI, *De iustificatione*, cap. II et cann. 23, 25, 27: *Conciliorum Oecumenicorum Decreta*, Bologna 1973^{3}, pp. 671, 680 s. (*DS* 1573. 1575. 1577).

ficienti cum conscientia ac libertate ponuntur, semper gravem inferunt culpam.[96]

Haec doctrina, in Decalogo et praedicatione Veteris Testamenti innixa, in Apostolorum *kerygmate* resumpta, propria antiquissimae institutionis Ecclesiae, quae usque adhuc repetit eam, experientia hominum cuiusvis aetatis plane comprobatur. Homo enim affatim novit experiundo se in via fidei et iustitiae, quae ipsum ad cognitionem amoremque Dei perducat in hac vita et ad perfectam cum eo coniunctionem in aeternitate, ibi consistere posse et inde aberrare, sed simul viam Dei non dimittere : tunc *peccatum veniale* habetur, quod tamen ita non licet attenuari ut sit per se quiddam neglegendum vel «(peccatum parvi ponderis ».

Homo tamen etiam scit, tristi experientia edoctus, se conscio liberoque actu voluntatis suae, mutato itinere, in partem Dei voluntati contrariam posse abire et sic digredi ab eo *(aversio a Deo* id appellatur), communionem cum eo, in amore fundatam, respuendo, a principio vitae, quod est ille, se amovendo et sic *mortem* eligendo.

Cum tota Ecclesiae traditione *peccatum mortale* eum dicimus actum, quo homo libere scienterque repudiat Deum, eius legem, foedus caritatis, a Deo sibi propositum, praeoptans se ad se ipsum, ad aliquid divinae voluntati contrarium convertere (id *conversio ad creaturam* vocatur). Quod quidem fieri potest modo directo atque formali, veluti per peccata idololatriae, apostasiae, atheismi; aut aequali, ut cum mandatis divinis in materia gravi non obtempera tur. Homo sentit eo quod Deo non oboediat, coniunctionem cum principio suo vitali disrumpi : est *peccatum mortale,* actus, quo Deus graviter offenditur quique in ipsum hominem ad extremum convertitur obscura quadam potentique vi destructiva.

[96] Cfr. CONC. OEC. TBIDENTINTJM, Sessio VI, *De iustificatione,* cap. XV: *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* ed. mem., 677 *(DS* 1544).

In Synodi Coetu tripertita distinctio peccatorum est proposita ita ut haec in tria genera essent dividenda : in peccata *venialia, gravia, mortalia.* Quae tripertita divisio ostendere possit in peccatis gravibus quandam haberi gradationem. Attamen verum exstat distinctionem essentialem certamque esse inter peccatum, quod deleat caritatem, et peccatum, quod vitam supernaturalem non auferat: non est quidquam medii inter vitam et mortem.

Pariter cavendum est ne peccatum mortale ad « *actum optionis fundamentalis* » — ut nunc aiunt — contra Deum redigatur, qua optione contemptio Dei aut proximi, explicita atque formalis, significetur. Homo enim peccatum mortale committit, etiam cum sciens ac volens, quavis de causa, aliquid eligit, quod gravis est deordinatio. Re quidem vera, in eiusmodi optione iam continetur contemptio praecepti divini, repudiatio amoris Dei erga genus humanum omnemque creaturam : homo se ipsum a Deo amovet et caritatem amittit. Primaria ergo hominis propensio actibus particularibus funditus potest mu tari. Sine dubio condiciones esse possunt admodum implicatae et obscurae, quod ad rem psychologicam attinet, quae ad « imputabilitatem » subiectivam peccantis habent momentum. Sed non licet a consideranda regione psychologica transire ad constituendam categoriam theologicam, cuius modi est ipsa « optio fundamentalis », quae ita intellegatur ut notio, traditione accepta, peccati mortalis in prospectu obiectivo mutetur aut in dubitationem vocetur.

Quamquam quivis conatus, sincerus ac prudens, explanandi mysterium psychologicum et theologicum peccati est probandus, tamen Ecclesia omnes huius materiae studiosos debet pro officio suo monere sive de necessitate, ex qua fideles eos esse oporteat erga verbum Dei, quod etiam de peccato nos erudit, sive de periculo ne, eorum opera, sensus peccati in mundo huius temporis etiam magis minuatur.

18. Ex Evangelio, in communione lecto ecclesiali, conscientia christiana per cursum aetatum subtilem sentiendi vim et acutam perceptionem illorum veluti *fermentorum mortis* est adepta, quae insunt in peccato. Quae sentiendi vis et percipiendi facultas eo etiam pertinent ut huiusmodi fermenta dignoscantur in plurimis formis, quas induit peccatum, et in plurimis, quas prae se fert, speciebus : hic est, quem appellare solemus, *sensus peccati.*

Qui sensus in hominis conscientia morali penitus haeret estque eius veluti mensura. Conectitur quidem cum *sensu Dei,* quia e necessitudine manat, quam homo conscie habet cum Deo ut Creatore suo, Domino ac Patre. Quapropter, ut sensus Dei omnino deleri non potest neque conscientia exstingui, ita sensus peccati numquam potest plane auferri.

Verumtamen haud raro in rerum cursu, per temporis spatia plus minusve longa, et variis de causis, accidit ut conscientia moralis hominum multorum obscuretur. « Habemusne recte cognitam conscientiam? » — ita abhinc duos annos interrogavimus, cum fidelibus colloquentes —. « Nonne homo huius temporis vitam degit impendente periculo ne conscientia deficiat? ne conscientia corrumpatur? ne torpescat vel conscientiae quasi "anaesthesia" afficiantur? » .[97] Nimiis signis ostenditur aetate nostra hanc veluti eclipsin haberi, quae etiam maior est sollicitudinis causa, quod conscientia, a Concilio « nucleus secretissimus atque sacrarium hominis » [98] definita, « cum *libertate* hominis arctissime coniungitur (...). Quam ob rem conscientia potissimum est fundamentum dignitatis interioris, quae propria est hominis, simulque necessitudinis eius cum Deo».[99] Necessario ergo consequitur ut in eiusmodi rerum statu etiam

[97] IOANNES PAULUS PP. II, ad orationem *Angelus* diei 14 Martii 1982: *Insegnamenti,* V, 1 (1982), 861.

[98] Const. past. *Gaudium et spes,* de Ecclesia in mundo huius temporis, 16.

[99] IOANNES PAULUS PP. II, ad orationem *Angelus* diei 14 Martii 1982: *Insegnamenti,* V, 1 (1982), 860.

sensus Dei obscuretur, qui cum conscientia morali, cum vestigatione veritatis, cum voluntate utendi responsali modo libertate arcto coniungitur vinculo. Una cum conscientia, etiam *sensus Dei* obcaecatur, unde fit ut, amissa hac maximi momenti re, ad quam homo interius referatur, sensus peccati amittatur. Haec est causa cur Pius XII, Decessor noster, verbis, quae paene in proverbium venerunt, quondam declaraverit: «Peccatum huius saeculi est amissio sensus peccati».[100]

Cur id temporibus evenit nostris? Si nonnulla elementa cultus humani aetatis nostrae respicimus, adiuvari possumus ad intellegendam progredientem sensus peccati deminutionem, quam eo proprie fieri contingat quod conscientia sensusque Dei in discrimine versentur, ut est supra expositum.

« Saecularismus », qui dicitur et sua ipsius natura ac definitione motus est opinionum morumque « humanismum » propugnans, qui Deum omnino praetermittit, cum totus in cultum operandi bonaque gignendi intendat atque ardore opum consumendarum et voluptatum rapiatur, neque de periculo cogitet « perdendi animam », necessario sensum peccati obtundit. Qui sensus cum plurimum ad id redigitur, quod hominem offendit. Sed hic sane acerba invalescit experientia, cuius mentionem in primis Litteris Encyclicis nostris fecimus: « Homo potest aedificare mundum sine Deo, sed hic mundus postremo convertetur adversus hominem ».[101] Re quidem vera, Deus est radix et finis ultimus hominis, qui semen divinum habet in se manens.[102] Quapropter Deus reapse hominis mysterium revelat atque illuminat. Vanum est ergo sperare fore ut sensus peccati vigescat, respectu habito hominis valorumque huma-

[100] Pius PP. XII, Radiophonicus nuntius ad Catecheticum Conventum Bostoniae habitum (26 Octobris 1946) ex omnibus Civitatibus Foederatis Americae Septentrionalis: *Discorsi e Radiomessaggi,* VIII (1946), 288.

[101] Cfr. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc. *Redemptor hominis,* 15: *AAS* 71 (1979), 286-289.

[102] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Const. past. *Gaudium et spes,* de Ecclesia in mundo huius temporis, 3; cfr. *1 Io* 3, 9.

norum, si sensus deest offensionis Deo illatae, id est verus sensus peccati.

Qui sensus peccati in societate hominum huius temporis etiam propter errores evanescit, in quos aliquis inducitur, effectus quosdam cognoscens scientiarum humanarum. Ob quasdam ergo sententias psychologiae, aliquis studiose curans ne culpas in alios conferat neque libertati modum imponat, eo pervenit ut defectus aliquis numquam agnoscatur. Si criteria disciplinae sociologicae ultra fines suos iniuste extenduntur, omnes culpae — ut iam memoravimus — transferuntur in societatem, singuli autem homines earum culparum insontes esse declarantur. Etiam anthropologia quaedam « culturalis », eo quod continenter amplificat ea quae, propter ambitum et historiam hominem condicionibus astringenda momentumque habentia, — haec non quidem possunt negari — eum afficiunt, eius responsale officium tam arctis finibus circumscribit ut capacitas veros actus humanos ponendi ideoque facultas peccandi ei non tribuatur.

Sensus peccati facile dilabitur etiam propter ethicam quandam, e ((relativismo », quem « historicisticum » appellant, manantem. Ea esse potest ethica, quae normam moralem statuit esse relativam quaeque negat huius vim absolutam et condicionibus vacuam et consequenter actus intrinsecus illicitos posse exsistere, extra adiuncta, in quibus subiectum eos ponat. Hoc modo valores morales reapse « evertuntur » ac dilabuntur, et « quaestio minus ad ignorationem ethicae christiane pertinet » quam « potius ad ignorationem sensus, fundamentorum criteriorumque habitus moralis ».[103] Talis eversio id etiam semper efficit ut notio peccati sic imminuatur ut paene affirmetur peccatum quidem esse, sed nesciri quis id commiserit.

Evanescit demum sensus peccati, si — ut contingere potest in institutione, quae iuvenibus traditur, in communicationis

[103] IOANNES PAULUS PP. II, Allocutio habita ad Episcopos Regionis Orientalis Galliae (1 Aprilis 1982), 2: *Insegnamenti*, V, 1 (1982), 1081.

socialis instrumentis, in ipsa educatione domestica — per errorem idem esse putatur ac insanus quidam sensus culpae aut simpliciter idem ac transgressio legis normarum ac praeceptorum !

Amissio ergo sensus peccati est *negationis Dei* quaedam forma aut effectus: non solum negationis, propriae atheismi, sed etiam « saecularismi ». Quodsi peccatum est intermissio necessitudinis, qua Deo ut filii iungimur, ea mente patrata ut vita ab oboedientia ei debita seiungatur, ipsum peccare non solum idem valet ac Deum negare; peccare est etiam idem ac vivere quasi Deus non sit, est idem ac expungere eum e vita cotidiana. Exemplar societatis utrovis sensu mutuum ac perturbatum, quale instrumentis communicationis socialis saepe studiose proponitur, non paulum valet ad progredientem sensus peccati amissionem. In eiusmodi condicione obscuratio aut deminutio sensus peccati efficiuntur sive eo quod quaevis relatio cum iis quae naturam nostram transcendunt, respuitur, cum autonomia personalis, quam dicunt, expetatur; sive eo quod exemplis ethicis obsecundatur, quae communi assensu moribusque temporum iniunguntur, licet cuiusque conscientia reprobentur; sive propter gravissimas condiciones sociales-oeconomicas, quibus tot homines premuntur, ita ut eorum animi inclinentur ad errores culpasque solum intra fines rei socialis statuendos; sive, ac quidem potissimum, eo quod notio paternitatis Dei eiusque dominii vitae hominis obscuratur.

Quin immo quaedam mentium inclinationes, in cogitandi ratione vitaque ecclesiali exsistentes, deminutioni sensus peccati necessario favent. Quidam enim, ut exempla afferamus, pro intemperato modo se gerendi, qui praeteritis temporibus obtinebat, substituere student novas enormitates; qui quidem a iudicio, ex quo ubique peccatum animadvertebant, transgredimur ad sententiam, ex qua id nullibi esse affirmant; a nimio momento, timori poenarum aeternarum tributo, ad talem amorem Dei praedicandum, quo omnis poena negetur, quam quis

pro peccato mereatur; a severitate, in corrigendis conscientiis erroneis posita, ad reverentiam, quam sibi asserunt, erga conscientiam adeo ut officium tollant veritatis dicendae. Cur non addamus *confusionem,* in conscientia plurium fidelium ortam e discrepantiis opinionum ac doctrinarum in theologia, praedicatione, catechesi, moderatione spirituali circa *quaestiones, graves multaeque prudentiae, rei moralis christianae* tandem efficere ut verus sensus peccati minuatur ita ut paene exstinguatur? Neque silentio praeteriri licet quosdam defectus in praxi Paenitentiae sacramentalis: cuius modi est illa mentis inclinatio, ex qua ecclesialis significatio peccati et conversionis obscuratur, eo quod ad actum solum unius cuiusvis redigitur, aut, ex contrario, personalis vis boni et mali aufertur, ratione tantum communitaria prae oculis habita. Ex hoc genere est etiam periculum, numquam plane propulsum, « ritualismi consuetudinarii », qui Sacramento plenam adimit significationem et efficacitatem institutoriam.

Prima ratio, qua gravi discrimini spirituali, homini temporis nostri impendenti, occurratur, in eo est posita ut *aequus sensus peccati restituatur.* Restituitur tamen sensus peccati solummodo, si idem homo ad *principia rationis et fidei, quibus nequit derogari,* revocetur, quae tenuit semper doctrina moralis Ecclesiae.

Licet sperare fore ut praesertim in consortione christiana et ecclesiali salutaris sensus peccati iterum vigescat. Ad hoc consequendum valebunt apta catechesis, quae theologia biblica circa Foedus collustretur, diligens auditio et acceptio, cum fiducia coniuncta, Magisterii Ecclesiae, quod conscientias illuminare non desinit, necnon praxis Sacramenti Paenitentiae in dies accuratior.

II

19. Ut peccatum cognosceremus, opus erat ut eius naturam, quae revelatione dispensationis salutis est patefacta, inspiceremus : peccatum est *mysterium iniquitatis*. In ea autem dispensatione peccatum non obtinet principatum, multo minus est victor. Renititur enim, quasi partes competitoris agens, alteri principio efficienti, quod, verbis egregiis et suavibus sancti Pauli usi, appellare possumus *mysterium* vel *sacramentum pietatis*. Peccatum hominis vincerei et ad extremum vim haberet delendi, consilium salvificum Dei esset mancum vel prorsus everteretur, nisi hoc *mysterium pietatis* insereretur virtuti dynamicae historiae ad superandum hominis peccatum.

Haec verba in una ex *Epistulis Pastoralibus* sancti Pauli, id est in prima ad Timotheum, legimus scripta. Ea subito eminent, quasi divino instinctu mentem impellente. Apostolus enim antea longas partes nuntii sui discípulo dilectissimo destinavit ut significationem explanaret ordinationis communitatis (liturgicae et, cum ea coniunctae, hierarchicae), deinde de principum communitatis munere disseruit, praesertim de officio diaconorum, denique ad gerendi modum Timothei « in ecclesia Dei vivi, columna et firmamento veritatis », est conversus. In postremo loco, quasi *ex abrupto*, ut aiunt, sed alto ductus consilio, id commemorat, quod rebus cunctis, quas scripsit, tribuit significationem : « omnium confessione magnum est pietatis sacramentum ».[104]

De quorum verborum nihil omnino detrahentes, hanc praeclaram perspicientiam theologicam Apostoli extendere possumus ad pleniorem considerationem muneris, quod veritas ab ea annuntiata gerit in dispensatione salutis. Profecto « magnum est» — has cum eo voces iteramus — mysterium pietatis».

Sed quid sibi vult secundum sancti Pauli sententiam pietas?

[104] *1 Tim* 3, 15 s.

20. Magni momenti est quod Paulus, ut hoc « mysterium pietatis » proponat, nullum nexum grammaticum cum iis quae praecedunt,[105] statuens, tres lineas *Hymni christologica* exscribit, qui — secundum opinionem studiosorum auctoritate gravium — in communitatibus Graecis-christianis adhibebatur.

Credentes, qui primo saeculo fuerunt, verbis eius Hymni, quae densa sunt sententiis theologicis ac nobili pulchritudine nitent, mysterium Christi profitebantur, unde is:

— manifestatus est in humanae carnis veritate et a Spiritu Sancto constitutus Iustus, qui pro iniustis se offert;

— Angelis apparuit, maior factus illis et praedicatus est in gentibus, afferens salutem;

— creditus est in mundo ut missus a Patres et ab eodem Patre ut Dominus in caelum assumptus.[106]

Quocirca mysterium pietatis est ipsum mysterium Christi. Est, in breve sententiose coactum, mysterium Incarnationis et Redemptionis, pieni Paschatis Iesu, Filii Dei et Filii Mariae: mysterium eius passionis et mortis, eius resurrectionis et glorificationis. Sanctus Paulus, Hymni repetens verba continuata, confirmare intendit *hoc mysterium esse arcanum principium vitale,* quo Ecclesia domus Dei efficiatur, columna et firmamentum veritatis. Doctrinam sancti Pauli secuti, possumus affirmare hoc *mysterium infinitae pietatis Dei erga nos* valere pertingere ad occultas radices iniquitatis nostrae ut in anima motum excitet ad conversionem, ut eam redimat ac vela det reconciliationi.

105 Hic igitur locus quandam secum infert lectionis difficultatem, quoniam relativum pronomen, quod locum ipsum inducit, non convenit cum nomine neutri generis, quod est « mysterion ». Quidam seriores codices locum aptaverunt ut grammatica ratione retractaretur. Paulus autem tantummodo iuxta verba sua textum venerandum posuit, quo eius iudicio res prorsus illustrabantur.

106 Pristina communitas christiana fidem in Iesum Christum crucifixum et glorificatum profitetur, quem angeli adorant quique est Dominus. At pars huius nuntii, qui animum commovet, est hoc « manifestatum in carne » : quod aeternus Dei Filius homo est factus, hoc « magnum mysterium » est.

Sanctus Ioannes quoque, ad hoc mysterium sine dubitatione se revocans, — etsi sermone utitur sibi proprio et peculiari, ab oratione sancti Pauli distincto — scripsit: « omnis, qui natus est ex Deo, non peccat, sed ille, qui genitus est ex Deo, conservat eum, et Malignus non tangit eum ».[107] Quibus sancti Ioannis verbis spei indicium continetur, quae in divinis nititur promissis: christianus enim praesidium accepit et robur necessarium ne peccatum admitteret. Non agitur ergo de impeccabilitate, per propriam virtutem comparata vel etiam in homine insita, quemadmodum gnostici opinabantur; manat enim ex Dei actione. Christiano, ne peccet, Dei cognitio suppetit, ut sanctus Ioannes hoc eodem memorat loco. Sed paulo ante scripsit: « Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet ».[108] Si hoc « semen Dei » intellegimus — quemadmodum nonnulli interpretes exponunt — Iesum, Filium Dei, dicere possumus christianum, ne peccet, habere praesentem in se Christum ac mysterium Christi, quod est mysterium pietatis.

21. Sed est et alia facies *mysterii pietatis: pietati Dei* erga christianum congruat oportet *pietas cHristiani* erga Deum. Hoc altero sensu accepta, pietas (eusébeia) ipsum agendi modum christiani significat, qui pietati paternae Dei pietate, filii propria, respondet.

Etiam secundum hunc sensum una cum sancto Paulo asserere possumus: « magnum est pietatis sacramentum ». Secundum hanc quoque significationem *pietas,* efficax ad conversionem et reconciliationem, iniquitati et peccato occurrit. Quo in casu rationes essentiales mysterii Christi argumentum sunt pietatis, prout christianus mysterium accipit, contemplatur, vires inde haurit spirituales, necessarias ad vitam secundum Evangelium ducendam. Hoc etiam loco dicendum est: «qui natus

[107] *t Io* 5, 18 s.
[108] *1 Io* 3, 9.

est ex Deo, non peccat » ; sed his verbis vis est subiecta imperativa: christianus, mysterio Christi suffultus et quasi fonte interiore roboris spiritualis confirmatus, admonetur ne peccet, immo iubetur non peccare, digne se gerere « in domo Dei, quae est ecclesia Dei vivi », [109] quoniam est filius Dei.

22. Itaque verba divinarum Litterarum, *mysterium pietatis* nobis revelando, faciunt ut intellectus humanus patescat conversioni et reconciliationi, quae non accipiuntur ut aliae notiones admodum abstractae, sed ut concreta bona praecellentia christiana, in vitae nostrae cotidianae usu consequenda.

Etiam homines huius aetatis, periculo obiecti amittendi sensum peccati, interdum falsa imagine, paulum christiana, impeccantiae tentati, opus habent ut iterum audiant admonitionem sancti Ioannis, quasi unicuique singillatim adhibitam: « Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nosmet ipsos seducimus, et veritas in nobis non est », [110] immo « mundus totus in Maligno positus est ». [111] Unusquisque ergo voce Veritatis divinae monetur ut conscientiam suam ex rerum momentis perscrutetur et confiteatur se in iniquitate generatum esse, quemadmodum in psalmo *Miserere* dicimus.[112]

Verumtamen homines, qui nunc sunt quique timore ac desperatione sollicitantur, levari possunt divino promisso, quod iis spem affert plenae reconciliationis.

Mysterium pietatis, quod ad Deum attinet, illa est misericordia, in qua Dominus ac Pater noster — hoc etiam repetimus — est infinite dives.[113] Ut in Encyclicis Litteris de divinae misericordiae argumento [114] diximus, ea est *amor potentior peccato et morte.* Cum animadvertimus amorem, quo Deus nos

[109] *1 Tim* 3, 15.
[110] *1 Io* 1, 8.
[111] *1 Io* 5, 19.
[112] Cfr. *Ps* 51 [50], 7.
[113] Cfr. *Eph* 2, 4.
[114] Cfr. IOANNES PAULUS PP. II, Litt. Enc. *Dives in misericordia,* 8, 15: *AAS* 72 (1980), 1203-1207; 1231.

prosequitur, non velut consistere ante peccatum nostrum, non removeri ab offensionibus nostris, sed eius sollicitudinem et magnanimitatem etiam augeri; cum perspicimus hunc amorem eo esse progressum ut causa esset passionis et mortis Verbi, quod factum est caro quodque nos redimere annuit, suo Sanguine debitum solvendo, haec verba effundimus profitendo: ((Ita est; Deus est dives in misericordia », quin immo affirmamus: « Dominus est misericordia ».

Mysterium pietatis est via, quam divina misericordia vitae reconciliatae aperuit.

PARS TERTIA

23. Munus connaturale Ecclesiae, prout ea Conditoris sui divini opus Redemptionis peragendae continuat, in eo est positum ut in corde hominis conversionem et paenitentiam excitet atque ei donum praebeat reconciliationis. Hoc munus non continetur totum in aliquibus affirmationibus theoreticis nec quadam expleta, ut videtur, forma ethica, quae proponitur quidem, cui vero vires ad operandum non accedunt, sed contendit ut definitis perfunctionibus ministerialibus exprimatur eo pertinentia ut paenitentia et reconciliatio reapse exerceantur.

Hoc ministerium, in principiis fidei innixum, quae exposuimus, et ad proposita definita destinatum, quae instrumentis congruentibus fulciantur, appellare possumus *disciplinam pastoralem paenitentiae et reconciliationis.* Haec ab eo proficiscitur quod Ecclesiae est persuasum hominem, ad quem quaevis ratio rei pastoralis dirigatur, praecipue vero disciplina pastoralis paenitentiae et reconciliationis, esse hominem peccato notatum, cuius imago significantissima in rege David inveniatur. A Nathan propheta reprehensus, non renuit sua recognoscere facinora, quapropter confitetur : « Peccavi Domino »[115] et has edit voces : « Iniquitatem meam ego cognosco, et peccatum

«" *2 Sam* **12, 13.**

meum contra me est semper »,[116] verum rogat etiam: « Asperges me hyssopo, et mundabor, lavabis me, et super nivem dealbabor »;[117] ac divinae misericordiae accipit responsum: « Dominus ... transtulit peccatum tuum; non morieris ».[118]

Itaque in conspectu Ecclesiae constitutus est homo — immo tota hominum consortio — peccato vulneratus atque per hoc in eo affectus, quod est ei intimum, si ipsum eius « esse » respicitur, simul tamen propensus ad irrefrenabile desiderium liberationis a peccato et, maxime si est christianus, conscius *mysterium pietatis,* Christum Dominum, in se ipso et in mundo virtute Redemptionis iam operari.

Perfunctio ergo reconciliatrix implenda est Ecclesiae secundum arctissimum illum nexum, quo venia et remissio peccati cuiusque hominis plenae ac primariae generis humani reconciliationi iunguntur, quae Redemptione est peracta. Hic nexus nobis ostendit solam conversionem a peccato valere ad reconciliationem, intimam atque constantem, efficiendam, quocumque divisio pervasit, siquidem peccatum est principium efficax divisionis — ac quidem disiunctionis inter hominem et Creatorem, in corde et in eo, quod est ipsum hominis « esse », inter singulos quosque et coetus, inter hominem et naturam, a Deo creatam.

Non opus est ea repetere, quae de momento huius « ministerii reconciliationis »[119] iam exposuimus ac de eo pertinente disciplina pastorali, qua id in conscientiis vitaque Ecclesiae reapse obitur. Haec autem in parte praecipua eius quod est ipsa, laberetur atque muneri suo pernecessario deesset, nisi dilucide et firmiter, opportune, importune « verbum reconciliationis »[120] pronuntiaret et mundo donum reconciliationis offerret. Expedit autem confirmare eiusmodi momentum eccle-

[116] *Ps* 51 [50], 5.
[117] *Ps* 51 [50], 9.
[118] *2 Sam* 12, 13.
[119] Cfr. *2 Cor* 5, 18.
[120] Cfr. *2 Cor* 5, 19.

sialis ministerii reconciliationis ultra Ecclesiae fines ad totum mundum extendi.

Sermo ergo, qui fit de *disciplina pastorali paenitentiae et reconciliationis* significat nos referri ad summam munerum, Ecclesiae in omni gradu implendorum, ut eae promoveantur. Quo magis definite rem dicamus, de hac disciplina pastorali loqui idem valet ac navitates omnes commemorare, per quas Ecclesia membris suis, singulis universis — Pastoribus et fidelibus, in quovis ordine et ambitu constitutis — omnibus quidem, quae ei praesto sunt, instrumentis adhibitis — verbo et actione, institutione et precibus — homines singulos aut in corpus congregatos ad veram paenitentiam adducit eosque sic plenae reconciliationis viae committit.

Synodi Patres, ut viri repraesentantes suos in Episcopatu Fratres et ut rectores populorum sibi creditorum, de hac disciplina pastorali egerunt, quod attinet ad eius elementa maxime practica et concreta. Nos vero libenter eos sequimur iisque assentimur, sollicitudinem eorum et spem participantes, fructus inquisitionum et experimentorum, quae fecerunt, recipientes eorumque animos confirmantes, dum consilia ineunt et opera patrant. Inveniant ii in hac parte Adhortationis Apostolicae ea quae ipsi ad Synodum contulerunt quorumque utilitates hoc scripto cum universa Ecclesia communicare intendimus.

Quapropter in lumine arbitramur esse ponendam summam *rei pastoralis ad paenitentiam et reconciliationem* pertinentis, haec duo, una cum Synodi Coetu, illustrando:

1. Instrumenta et vias, quibus Ecclesia ad paenitentiam et reconciliationem utitur promovendam.

2. Sacramentum, quod per excellentiam dicitur, paenitentiae et reconciliationis.

I

24. Ut paenitentiam provehat et reconciliationem, praesto sunt Ecclesiae duo potissimum instrumenta, quae ab ipso Con-

ditore sunt illi tradita: catechesis ac Sacramenta. Quorum quidem usus, ab Ecclesia semper existimatus plane congruens necessitatibus salvifici eius muneris respondensque simul postulatis et necessitatibus spiritualibus hominum cuiusque aetatis, contingere potest formis ac rationibus tum antiquis tum novis, inter quas meminisse expedit illam potissimum viam, quam, Decessorem nostrum Paulum VI sectantes, appellare possumus *methodum « dialogi ».*

25. Ecclesiae ipsi dialogus aliquo modo instrumentum est ac via, imprimis vero ratio peragendae actionis eius in mundo huius temporis.

Etenim Concilium Vaticanum II, postquam docuit: « Ecclesia, vi suae missionis universum orbem nuntio evangelico illuminandi et omnes ... in unum Spiritum coadunandi, signum evadit illius fraternitatis, quae sincerum dialogum permittit atque roborat », addit continuo eam paratam esse oportere « ad fructuosius semper colloquium inter omnes instituendum, qui unum Populum Dei constituunt »,[121] et pariter ut ipsa possit «cum humana societate ... ad colloquium venire».[122]

Decessor noster Paulus VI huic dialogo partes praecipuas tribuit in primis Litteris suis Encyclicis, a verbis *Ecclesiam suam* incipientibus, ubi describit significanterque definit « salutis colloquium ».[123]

Methodo enim dialogi utitur Ecclesia, quo efficacius perducat homines — eos quidem tam qui per baptismum fideique professionem sese membra agnoscunt christianae communitatis quam qui ab ea sunt alieni — ad conversionem ac paenitentiam, per altam quandam renovationem in propria conscientia ac vita, ratione ducta mysterii redemptionis salutisque,

[121] **Const. past.** *Gaudium et spes,* **de Ecclesia in mundo huius temporis, 92.**

[122] **Decretum** *Christum Dominus,* **de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, 13; cfr. Declaratio** *Gravissimum educationis,* **de educatione christiana, 8; Decretum** *Ad Gentes,* **de activitate missionali Ecclesiae, 11-12.**

[123] **Cfr. PAULUS PP. VI, Litt. Enc.** *Ecclesiam suam,* **III:** *AAS* **56 (1964), 639-659.**

quam Christus est operatus quaeque ipsius ministerio Ecclesiae est commendata. Verus itaque dialogus ante omnia dirigitur in cuiusque hominis regenerationem per interiorem conversionem ac paenitentiam, qua in re semper conscientiae singulorum religiose observantur ac patienter proceditur sensimque, ut omnino necesse est, pro hominum condicionibus temporis nostri.

Pastoralis ille dialogus pro reconciliatione etiam hodie esse pergit praecipuum quoddam Ecclesiae officium variis in ambitibus et gradibus diversis.

Imprimis *dialogum oecumenicum* fovet illa, id est dialogum inter Ecclesias et Communitates ecclesiales, quae ad fidem in Christum, Filium Dei et unicum Salvatorem, revocantur, ac dialogum cum ceteris hominum communitatibus, quae Deum conquirunt cupiuntque cum eo communionis habere commercium.

Huiusmodi autem dialogo aliis cum Ecclesiis subiacere debet, veluti condicio eius credibilitatis et efficacitatis, sincerus conatus dialogi constantis ac renovati intra ipsam Ecclesiam catholicam. Haec Ecclesia conscia sibi est suapte natura se esse *sacramentum universalis communionis caritatis;*[124] cognoscit tamen etiam contentiones intra se vigentes, quae periculum est ne causae fiant divisionis.

Invitatio anxia et firma, quam Decessor noster, iamiam appropinquante Anno Sacro MCMLXXV,[125] protulit, hoc etiam tempore vim obtinet suam. Ut vero superentur dissensiones atque efficiatur ne communes repugnantias Ecclesiae noceant unitati, necesse est omnes nos cum verbo Dei conveniamus abiectisque propriis cuiusque subiectivis opinationibus, ibi veritatem requiramus, ubi reperitur, in ipso videlicet verbo divino inque vera eius interpretatione, quam Ecclesiae Magisterium praebet. Hoc quidem pacto mutua audientia, observantia et repudiatio cuiusvis iudicii raptim facti, patientia, facultas impediendi

[124] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Const. dogm. *Lumen gentium,* de Ecclesia, 1. 9. 13.

[125] PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Paterna cum benevolentia: AAS* 67 (1975), 5-23.

quominus fides, quae coniungit, subiciatur opinionibus, moribus recens inductis, placitis ideologicis, quae disiungunt, sunt omnes proprietates dialogi, qui intra Ecclesiam assiduus sit oportet, alacer, sincerus. Patet neque talem illum esse futurum neque evasurum reconciliationis instrumentum, nisi ad Magisterium attendatur idque accipiatur.

Efficaciter ita elaborans in interiore sua quaerenda communione, Ecclesia catholica invitamentum reconciliationis adhibere potest — quemadmodum iam pridem fecit — reliquis Ecclesiis christianis, quibuscum haud plena est communio, necnon et aliis religionibus non christianis, immo vero iis quoque, qui Deum animo sincero conquirunt.

Luce Concilii nostrorumque Decessorum Magisterii affulgente, cuius hereditatem magni pretii accepimus studemusque asservare atque implere, affirmare possumus catholicam Ecclesiam omnibus in suis partibus operam cum fidelitate tribuere colloquio oecumenico sine nimis facili rerum optimarum exspectatione, verum etiam sine diffidentia, sine dubitatione aut mora. Leges autem praecipuae, quas in huiusmodi dialogo ea nititur custodire, sunt, ex altera parte, persuasio ipsa solum spiritualem oecumenismum — innixum nempe communi precationi communique obtemperationi uni Domino — facere ut sincero ac serio animo respondeatur ceteris oecumenicae actionis postulationibus;[126] ex altera quidem parte, persuasio certum quendam facilem irenismum in rebus doctrinalibus et ante omnia dogmaticis importare forsitan posse formam consortionis omnino levis nec diu mansurae, at non altam permanentemque illam communionem, quam omnes exoptamus. Ad hanc communionem tum denique pervenietur, cum Providentia voluerit divina; sed ut id consequatur, Ecclesia catholica, quantum quidem ad ipsam attinet, novit se animo aperto et studioso debere secundare cuncta « bona vere christiana, a communi patrimonio promanantia, quae apud fratres a nobis

Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Unitatis redintegratio,* de oecumenismo, 7-8.

seiunctos inveniuntur »,[127] verum pariter ut principium dialogi sinceri et efficacis ponere claritatem lineamentorum, fidelitatem et congruentiam cum fide tradita ac definita secundum perennem traditionem Magisterii sui. Quamvis sollicitudinem afferat instigatoria quaedam diffidentia atque adsint inevitabiles tarditates, quas temeritas non poterit corrigere umquam, pergit tamen catholica Ecclesia, una cum ceteris Fratribus christianis, vias exquirere unitatis et cum aliarum religionum sectatoribus colloquium sincerum. Utinam hic dialogus inter religiones eo perducat ut quaevis affectio simultatis, diffidentiae, mutuae improbationis atque etiam obiurgationis evincatur, qua solum posita condicione conveniet saltem de fide in unicum Deum ac de certitudine vitae aeternae animae immortalis. Det Deus praesertim ut dialogus oecumenicus perducat ad reconciliationem circa ea omnia, quae cum aliis Ecclesiis christianis communia habemus : fidem in Iesum Christum, Dei Filium, qui factus est homo, Salvatorem ac Dominum, auditionem verbi Dei, studium Revelationis, Sacramentum Baptismi.

Ecclesia, quatenus actuosam valet gignere concordiam — unitatem in varietate — intra se ipsam ac sese praebere testem humilemque effectricem reconciliationis pro aliis Ecclesiis et Communionibus ecclesialibus, necnon aliis religionibus, eatenus fit ipsa, secundum sancti Augustini significantem quidem definitionem, « *mundus reconciliatus* ».[128] Tunc enim in mundo ac pro mundo signum esse poterit reconciliationis.

Conscia sibi summae gravitatis illius status rerum, quem vires divisionis ac belli pepererunt quique periculum magnum intendit his diebus non modo ne turbetur aequabilitas et consensio Nationum, verum etiam ne ipsum hominum genus diutius vivere queat, Ecclesia se debere sentit propriam adiutricem operam praestare ad dimicationes supervadendas conglutinandamque concordiam.

[127] *Ibidem*, 4.

[128] S. AUGUSTINUS, *Sermo* 96, VII, 8: *PL* 38, 588.

Est hoc implicatum magnaeque prudentiae colloquium de reconciliatione, quo Ecclesia sese obstringit praesertim per *Apostolicae Sedis* industriam eiusque variorum *Ministeriorum.* Apostolica Sedes nititur sive suam interponere auctoritatem apud rectores Nationum atque curatores variorum institutorum internationalium sive consociare se cum illis, colloquens cum iis vel ad colloquendum eos exstimulans inter se, in commodum ipsius reconciliationis, dum complures exercentur conflictationes. Hoc quidem facit Ecclesia non consiliis ducta, quae praeterea sequitur, vel ob absconditas commoditates — quippe quae non habeat ullas — sed « ob sollicitudinem, qua humanitatis causa afficitur »,[129] dum suorum institutorum compagem necnon moralem auctoritatem, omnino singulares, concordiae ac pacis ministerio destinat. Hoc ideo facit quia persuasum sibi habet, sicut « in bello duae partes altera alteri adversentur », ita « in ipsa pacis quaestione semper necessarioque binas esse partes, quae vicissim se debeant obligare, et in hoc verum dialogi pro pace sensum contineri ».[130]

In dialogo pro reconciliatione Ecclesia etiam per Episcopos secundum auctoritatem et officium eorum proprium operatur, tum pro potestate et officii onere iis propriis in Ecclesiis particularibus regendis, tum coniunctim in Conferentiis Episcopalibus, cum adiumento Presbyterorum omniumque membrorum christianarum Communitatum. Qui munera sua implent diligenter, quotiescumque necessarium illum dialogum promovent atque humana et christiana reconciliationis et pacis postulata enuntiant. Pastoribus suis iuncti, laici, quorum « campus ... evangelizantis navitatis proprius est latissima eaque implicata provincia rei politicae, socialis atque oeconomicae ... mutuarum inter Nationes necessitudinum »,[131] monentur ut recta

[129] Cfr. IOANNES PAULUS PP. II, Allocutio habita ad Exc.mos Viros nationum Legatos apud Apostolicam Sedem (15 Ianuarii 1983), 4. 6. 11: *AAS* 75 (1983), 376. 378 s. 381.

[130] IOANNES PAULUS PP. II, Homilia habita inter Missarum sollemnia ob xvi diem ad pacem fovendam in toto orbe terrarum (1 Ianuarii 1983), 6: *Insegnamenti,* VI, 1 (1983), 7.

[131] PAULUS PP. VI, Adhort. Apost. *Evangelii nuntiandi,* 70: *AAS* 68 (1976), 59 s.

via se dedant dialogo aut eum provehant pro reconciliatione. Etiam per eos suam Ecclesia operam implet reconciliatricem.

Itaque regeneratio cordium, per conversionem et paenitentiam effecta, primaria ratione requiritur ponitur que ut certum fundamentum ut quaevis renovatio socialis et pax inter Nationes possint obtineri.

Restat ut asseveretur, quod ad Ecclesiam spectat eiusque membra, dialogum, quacumque ratione peragatur — sunt enim et esse possunt modi valde diversi, quoniam idem dialogi conceptus vim prae se fert analogicam — non posse umquam proficisci ab indifferenti quodam animo circa veritatem, sed potius illius veritatis esse demonstrationem animo sereno effectam, qui reverenter rationem habeat sapientiae et conscientiae aliorum. Colloquium autem reconciliationis non poterit umquam pro annuntiatione ipsius veritatis evangelicae substitui eamve imminuere, cuius proprium ipsum propositum est conversio peccatoris atque communio cum Christo et Ecclesia, sed prosit oportet ad illam transmittendam et in vitae usum traducendam ope subsidiorum, quae Christus Ecclesiae tradidit ad operam pastoralem reconciliationis exsequendam, quae catechesis sunt ac paenitentia.

26. Latissimo in campo, ubi oportet Ecclesiam pro munere suo operari ope dialogi, *disciplina pastoralis paenitentiae et reconciliationis* ad corporis Ecclesiae membra dirigitur, potissimum per consentaneam *catechesim* de duabus rebus distinctis et inter sese complentibus, quibus Synodi Patres peculiare tribuerunt momentum quasque in nonnullis *Propositionibus* postremis extulerunt: hae nominatim sunt paenitentia et reconciliatio. Catechesis igitur ut primum est usurpandum instrumentum.

Subiacet huic tam opportunae commendationi Synodi principium quoddam fundamentale: *pastoralis* actio non opponitur industriae *doctrinali,* neque pastoralis opera praeterire potest

argumenta doctrinae, unde etiam vitam suam essentialem haurit veramque suam vim. Si vero Ecclesia est « columna et firmamentum veritatis »[132] exstatque in mundo velut Mater et Magistra, quomodo officium omittere possit veritatis docendae, quae viam efficit vitae?

Ab Ecclesiae Pastoribus imprimis *catechesis reconciliationis* exspectatur. Haec vero fieri non potest quin institutioni biblicae innitatur, praesertim Novi Testamenti, de necessitate foederis renovandi cum Deo in Christo, redemptore ac reconciliatore, atque, nova hac communione et amicitia animum illuminantibus ac veluti latius manantibus, de necessitate sese conciliandi cum fratre, etiamsi opus forte sit sacrificii intermittere oblationem.[133] Huic fraternae reconciliationis argumento Iesus plurimum instat: verbi causa, cum incitat ad alteram praebendam maxillam ei qui nos percussit, et ad remittendum ei pallium, qui nobis tunicam sustulit;[134] vel cum legem inculcat indulgentiae: quam indulgentiam quisque recipit, quatenus ipse indulget,[135] cum veniam etiam inimicis iubet concedi,[136] vel septuagies septies dandam,[137] id est, reapse, sine ullo termino. His impletis condicionibus, quae quidem tantummodo in adiunctis vere evangelicis impleri possunt, perfici valet germana reconciliatio tum inter singulos homines tum inter familias, communitates, Nationes et populos. Quibus ex sacrorum Bibliorum elementis ad reconciliationem pertinentibus suapte natura *catechesis theologica* ducitur, quae in summam suam praecepta etiam psychologiae suscipit et sociologiae necnon aliarum disciplinarum humanarum, quae proficere possunt ad res illuminandas, ad recte ponendas quaestiones, ad persuadendum auditoribus lectoribusve ut solida capiant consilia.

[132] *1 Tim* 3, 15.
[133] Cfr. *Mt* 5, 23 s.
[134] Cfr. *Mt* 5, 38-40.
[135] Cfr. *Mt* 6, 12.
[134] Cfr. *Mt* 5, 43 ss.
[137] Cfr. *Mt* 18, 21 s.

Praeterea ab Ecclesiae Pastoribus exspectatur *catechesis paenitentiae.* Hic pariter nuntii biblici ubertas eius fons sit oportet. Effert hic nuntius in paenitentia potissimum virtutem eius uti *conversionis;* qua voce reddere conantur textus Graeci vocabulum *metanoia,*[138] quod sua vi significat facere ut animus *evertatur,* ut ad Deum *convertatur.* Ceterum hae binae rationes principales ex parabola eminent de filio amisso et invento : illud « in se reverti »[139] atque consilium ad patrem redeundi. Nulla est reconciliatio sine his primariis conversionis affectibus, quos catechesis explicare debet notionibus concretis aptisque verbis ad diversas aetates variasque condiciones « culturales », morales, sociales.

Hoc primum bonum paenitentiae est, quod in secundum profertur: paenitentia enim etiam idem valet atque *aliquem paenitere.* Duplex hic sensus verbi *metanoia* e significanti illo mandato Iesu elucet : « Si... frater tuus .. paenitentiam egerit (= ad te redierit), dimitte illi; et si septies in die peccaverit in te et septies conversus fuerit ad te, dicens : paenitet me, dimittes illi » .[140] Bona autem catechesis demonstrabit paenitentiam, perinde ac conversionem ipsam, nedum levis quidam sit animi affectus, veram esse animi eversionem.[141]

Tertium quoddam bonum in paenitentia continetur, quod est motus, quo memorati affectus conversionis et paenitendi ad exteriorem partem produntur : hoc est *paenitentiam, agere.* Significatio illa affatim percipi potest in nomine ipso *metanoia,* quemadmodum id a Praecursore secundum textum Synopticorum adhibetur. *Paenitentiam agere* significat, praeter omnia, restituere aequilibrium et concordiam, peccato turbata, iter in vertere etiam cum sese abnegandi studio.

[138] **Cfr. *Me* 1, 4. 14; *Mt* 3, 2; 4, 17; *Lc* 3, 8.**

[139] **Cfr. *Lc* 15, 17.**

[140] ***Lc* 17, 3 s.**

[141] **Cfr. *Mt* 3, 2; *Me* 1, 2-6; *Lc* 3, 1-6.**

Catechesis igitur paenitentiae, quam pienissima et aptissima, minime praetermittenda est aetate, qualis est nostra, cum affectiones praecipuae in psychologia et ratione vitae socialis adeo triplici illi bono iam explanato refragantur: homo enim nostri temporis videtur aegrius ac difficilius quam alias agnoscere posse suos errores statuereque retrogradi ut viam repetat, superiore itinere correcto; videtur admodum nolle ipse dicere: ((paenitet me » vel « doleo » ; suapte natura ac saepius inexpugnabili quadam vi repudiare videtur id omne quod est paenitentia, quatenus damnum est aliquod acceptum et toleratum ad peccati emendationem. Quam ob rem asseverare volumus *paenitentialem Ecclesiae disciplinam,* licet ab aliquo tempore sit mitigata, deseri non posse sine gravi detrimento tum vitae interioris christianorum ecclesialisque communitatis, tum eorum facultatis rem missionalem propagandi. Haud enim raro fit ut homines non christiani obstupescant tenui verae paenitentiae testificatione apud Christi discipulos. Patet aliunde germanam esse paenitentiam christianam, si ex amore promanet, non e solo timore, si in serio conatu consistat « veteris hominis » crucifigendi ut « novus » Christi virtute renascatur ; si Christum ut exemplar sequatur, qui, cum innocens esset, viam sibi paupertatis elegit et patientiae, austeritatis et — dici quidem potest — vitae paenitentis.

Ab Ecclesiae Pastoribus exspectatur — prout Synodus monuit — *catechesis de conscientia eiusque formatione.* Hoc quoque argumentum est, ad praesentia maxime pertinens, quandoquidem in perturbationibus illis quibus nostrae aetatis cultus humanus est obnoxius, nimium saepe impugnatur et ten ta tur, conturbatur et obscuratur interius hoc sacellum, videlicet quae intima sunt hominis : conscientiam dicimus. Ad catechesim sapientem de conscientia reperiri possunt magni pretii praecepta simul apud Ecclesiae Doctores, simul in Concilii Vaticani II theologia, praesertim in duobus Documentis: de Ecclesia in

mundo huius temporis[142] ac de libertate religiosa.[143] Eadem vero de re Paulus Pp. VI crebro est locutus ut naturam et officium conscientiae in vita nostra illustraret.[144] Atque nos ipsi, eius ingredientes vestigiis, nullam omittimus opportunitatem quominus hoc praestantissimum elementum excelsitatis ac dignitatis hominis illustremus,[145] hoc « genus *moralis sensus,* qui nos adducit ut, quod *bonum* est, discernamus ab eo quod est malum, ... veluti oculus quidam internus, potentia visiva animi, unde gressus nostri in via boni dirigi possint », necessitatem inculcantes propriae conscientiae christiano more formandae ne fiat « destructiva quaedam vis verae humanitatis (personae), cum eam locum sacrum esse oporteat, ubi Deus ei patefacit verum bonum ipsius ».[146]

Ab Ecclesiae Pastoribus exspectatur catechesis etiam de aliis quaestionibus minoris quidem momenti ad reconciliationem.

— De *sensu peccati,* qui — uti diximus — non paulum apud homines nostros est imminutus.

— De *tentatione et tentationibus:* Dominus ipse Iesus, Filius Dei, « tentatus per omnia secundum similitudinem absque peccato »,[147] a Maligno tentari se voluit[148] ut significaret, perinde ac se, sectatores suos quoque obnoxios fore tentationi utque doceret quomodo in tentatione ipsa esset agendum. Ei

[142] **Cfr. Const. past. *Gaudium et spes,* de Ecclesia in mundo huius temporis, 8. 16. 19. 26. 41. 48.**

[143] **Cfr. Declaratio *Dignitatis humanae,* de libertate religiosa, 2. 3. 4.**

[144] **Cfr. praeter multos alios, sermones habitos in Admissionibus Generalibus die 28 Martii 1973: *Insegnamenti,* XI (1973), 294ss.; 8 Augusti 1973: *Ibidem,* 772ss.; 7 Novembris 1973: *Ibidem,* 1054ss.; 13 Martii 1974: *Insegnamenti,* XII (1974), 230ss.; 8 Maii 1974: *Ibidem,* 402 ss.; 12 Februarii 1975: *Insegnamenti,* XIII (1975), 154 ss.; 9 Aprilis 1975: *Ibidem,* 290 ss.; 13 Iulii 1977: *Insegnamenti,* XV, 710 ss.**

[145] **Cfr. IOANNES PAULUS PP. II, ad orationem *Angelus* diei 17 Martii 1982: *Insegnamenti,* V, 1 (1982), 860 s.**

[146] **Cfr. IOANNES PAULUS PP. II, Sermo habitus in Admissione Generali diei 17 Augusti 1983, 1-3: *Insegnamenti,* VI, 2 (1983), 256 s.**

[147] ***Heb* 4, 15.**

[148] Cfr. ***Mt* 4, 1-11; *Me* 1, 12s.; *Lc* 4, 1-13.**

autem, qui Patrem precatur ne supra id quod possit, tentetur,[149] ne in tentationem inducatur[150] quique occasionibus sese non obicit, illud ipsum subici tentationi non continuo significat se iam peccavisse, sed potius opportunitas est crescendi in fidelitate et consonantia secum per humilitatem ac vigilantiam.

— De *ieiunio* : quod fieri potest rationibus antiquis et novis tamquam signum conversionis, paenitentiae ac mortificationis personalis simulque coniunctionis cum Christo Crucifixo necnon solidae necessitudinis cum famelicis atque dolentibus.

— De *eleemosyna,* quae instrumentum est ad caritatem concretam reddendam, dum ea quae aliquis habet, cum illis communicat, qui effectibus paupertatis vexantur.

— De *arcto vinculo,* quo devictio divisionum in mundo iungitur plenae communioni cum Deo interque homines, quod propositum est eschatologicum Ecclesiae.

— De *concretis condicionibus,* in quibus reconciliatio est efficienda (in familia, in communitate civili, in « structuris » socialibus) ac potissimum de *quattuor reconcïliationïbus,* quae quattuor praecipuis discidiis medentur: id est reconciliatio hominis cum Deo, secum ipso, cum fratribus, cum omni creatura.

Neque licet Ecclesiae, sine magna deformatione proprii nuntii essentialis, omittere continuam catechesim de illis rebus, quas christianus sermo translaticius nominat *quattuor novissima hominis,* scilicet de morte, iudicio (particulari et universali), inferno, paradiso. In cultu humano, qui eo inclinatur ut hominem in terrestri eius condicione plus minus feliciter impleta concludat, ab Ecclesiae Pastoribus flagitatur catechesis, quae certitudine fidei vitam post hanc futuram mentibus aperiat atque illustret: trans arcanas mortis veluti portas dispicitur aevum sempiternum gaudii in coniunctione cum Deo,

[149] Cfr. *I Cor* 10, 13.
[150] Cfr. *Mt* 6, 13; *Lc* 11, 4.

aut poenae longe ab eo. Hoc dumtaxat in rerum prospectu eschatologico modus verus peccati potest aestimari et aliquis se vehementer impelli sentit ad paenitentiam atque reconciliationem.

Pastoribus animarum salutis studiosis et ad res excogitandas idoneis non desunt umquam occasiones amplae huius variaeque impertiendae catechesis, habita ratione discriminis formarum humani cultus necnon religiosae institutionis eorum ad quos se convertunt. Has opportunitates saepius praebent Sacrae Scripturae lectiones, ritus Sacrificii eucharistici ceterorumque Sacramentorum, sicut etiam ipsa adiuncta, in quibus celebrantur. Ad eundem vero finem assequendum suscipi possunt plura incepta, cuius generis sunt sacrae praedicationes, lectiones, disceptationes, congressiones, curricula de animi cultura religiosa, alia, quemadmodum iam multis accidit locis. Hic nominatim denotare cupimus momentum et efficacitatem, quam ad talem catechesim veteres habent *missiones populares.* Si peculiaribus nostri temporis necessitatibus accommodantur, valent hodie esse, haud secus atque antehac, validum subsidium institutionis in fide, quod attinet etiam ad paenitentiae reconciliationisque provinciam.

Propter eximium illud pondus, quod reconciliatio, conversioni innixa, habet in re multae prudentiae, id est in regione necessitudinum humanarum necnon convictus socialis in omnibus gradibus, non excepto gradu internationali, deesse non potest catechesi pretiosum emolumentum *doctrinae socialis Ecclesiae.* Tempestiva quidem accurataque institutio a Decessoribus nostris tradita, iam inde a Leone PP. XIII, ad quam opera, sententiarum copia abundans, collata accessit per Constitutionem pastoralem, a verbis *Gaudium et spes* incipientem, Concilii Vaticani II, necnon a variis Conferentiis Episcopalibus, quae peculiaribus adiunctis in cuiusque regionibus permovebantur, magnum solidumque doctrinae corpus confecit, quod multiplices respicit necessitates pertinentes ad vitam ipsam communitatis hominum, rationes inter homines singulos, fami-

lias, coetus intercedentes, atque constitutionem ipsam societatis, quae cum lege morali, humanitatis cultus fundamento, possit concinere.

Subiacet huic sociali doctrinae Ecclesiae, ut patet, aestimatio rerum, quam ipsa trahit ex verbo Dei quoad iura atque officia singulorum hominum, familiae, communitatis, circa bonum libertatis et rationes iustitiae, circa caritatis veluti primatum, circa dignitatem personae humanae postulataque boni communis, ad quod ars politica ipsaque rerum oeconomicarum administratio debent spectare. In hisce principiis fundamentalibus Magisterii socialis, quae universalia rationis conscientiaeque populorum praecepta confirmant et repetunt, nititur maximam partem spes alicuius pacificae solutionis tot socialium contentionum ac denique ipsius reconciliationis universalis.

27. Alterum institutionis divinae instrumentum, quod ab Ecclesia praebetur pastorali actioni paenitentiae et reconciliationis, continetur in Sacramentis.

In arcana illa dynamica virtute Sacramentorum, quae tum signis tum doctrinis tantopere abundat, conspici potest aliqua ratio, quae non semper ponitur in luce : unumquodque Sacramentum, praeter propriam suam gratiam, signum quoque paenitentiae est atque reconciliationis ideoque in unoquoque eorum fieri potest ut quis hos motus spiritus vivendo iterum experiatur.

Baptismus est quidem salutare lavacrum, quod — ut docet sanctus Petrus — non idem valet ac « carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae rogatio in Deum » .[151] Mors est et sepultura ac resurrectio cum Christo, mortuo, sepulto ac resuscitato.[152] Spiritus Sancti est donum per Christum.[153] At constitutivum hoc et primarium Baptismi christiani elementum, nedum amoveat, locupletat elementum paenitentiae, quod in baptismo iam adest, quem ipse Iesus a Ioanne recepit ut « impleret

[151] *I Pe* 3, 21.

[152] Cfr. *Rm* 6, 3 s. ; *Col* 2, 12.

[153] Cfr. *Mt* 3, 11; *Lc* 3, 16; *Io* 1, 33; *Act* 1, 5; 11, 16.

omnem iustitiam »:[154] actus nempe conversionis restitutionisque iustum in ordinem necessitudinum cum Deo, reconciliationis cum Deo, cum exstinctione originariae labis atque consequenti insertione in magnam familiam reconciliatorum.

Confirmatio pariter, quatenus etiam Baptismi est confirmatio et cum eo Sacramentum initiationis, dum Spiritus Sancti plenitudinem tribuit ad aetatemque adultam perducit vitam christianam, significat et hoc ipso facto efficit maiorem cordis conversionem atque interiorem efficacioremque rationem ad coetum reconciliatorum, qui Christi est Ecclesia, pertinendi.

Quam tradit sanctus Augustinus, Eucharistiae definitio: *sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum caritatis,*[155] ipsa claro quidem in lumine ponit effectus sanctificationis cuiusque hominis *(pietas* dicitur) et reconciliationis communitariae *(unitas* et *caritas* vocantur), quae ex ipsa mysterii eucharistici profluunt essentia, prout est incruenta renovatio sacrificii Crucis, fons salutis et reconciliationis omnibus hominibus. Tamen memorare oportet Ecclesiam, fide in hoc augustum Sacramentum ductam, docere nemini christiano, peccati gravis conscio, licere Eucharistiam sumere, antequam veniam Dei acceperit. Ut in Instructione, a verbis *Eucharisticum mysterium* incipiente et per Paulum VI rite approbatam, scriptum videmus, qua doctrina Concilii Tridentini prorsus confirmatur, « Eucharistia fidelibus proponatur etiam "tamquam antidotum, quo liberemur a culpis cotidianis et a peccatis gravibus praeservemur", eisque apta ratio ostendatur qua partibus essentialibus liturgiae Missae uti valeant. "Communicare volenti revocandum est in memoriam ... praeceptum: 'Probet autem seipsum homo' *(1 Cor* 11, 28). Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, ut nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumvis sibi contritus videatur, absque praemissa sacramentali confessione ad sacram Euchari-

[154] Cfr. *Mt* 3, 15.

[155] S. AUGUSTINUS, *In Iohannis Evangelium tractatus,* 26, 13: *CCL* 36, 266.

stiam accedere debeat". Quod si urgeat necessitas ac copia confessarii illi desit, actum perfectae contritionis prius eliciat».[156]

Ordinis deinde Sacramentum eo spectat ut Pastores Ecclesiae tribuat, qui non modo magistri sint ac ductores, sed etiam vocentur ut testes effectoresque unitatis, aedificatores familiae Dei, defensores et servatores communionis huius familiae adversus divisionis ac dispersionis fermenta exsistant.

Sacramentum vero Matrimonii, elatio amoris hominum sub impulsu gratiae, signum quidem amoris Christi est erga Ecclesiam, sed victoriae etiam, quam eius dono coniuges reportent de viribus, quae amorem déformant ac delent, ita ut ex hoc Sacramento orta familia signum evadat etiam Ecclesiae reconciliatae et reconciliatricis pro mundo in omnibus « structuris » et institutionibus reconciliato.

Unctio denique Infirmorum, in ipsa patientia aegrotationis ac senectutis et praesertim in extrema hora christiani, documentum est terminalis ad Dominum conversionis necnon plenae acceptionis doloris ac mortis tamquam paenitentiae pro peccatis. Qua re postrema cum Patre reconciliatio perficitur.

Attamen invenitur inter Sacramenta unum, quod, licet saepe *confessionis* nominetur propter peccatorum accusationem, quae in eo fit, congruentius tamen haberi potest *Sacramentum Paenitentiae,* per excellentiam dictum, sicut revera nuncupatur, ac proinde est *Sacramentum conversionis et reconciliationis.*

De quo Sacramento praecipue tractavit recens Synodi Coetus ob momentum, quod habet ad reconciliationem.

II

28. Omnibus in temporis spatiis gradibusque progressionis suae Synodus ponderavit intentissimo animo hoc sacramentale signum, quod ostendit simulque efficit paenitentiam ac recon-

[156] S. CONGREGATIO RITUUM, Instructio *Eucharisticum mysterium,* de cultu mysterii Eucharistici (25 Maii 1967), 35: *AAS* 59 (1967), 560 s.

dilationem. Quo in Sacramento minime quidem omnes notiones conversionis et reconciliationis continentur. Etenim a primordiis suis Ecclesia cognoscit et adhibet plures variasque paenitentiae rationes : alias liturgicas vel « paraliturgicas », quae ab actu paenitentiali Missae ad ritus propitiationis et ad peregrinationes extenduntur; alias autem indolis asceticae, cuius generis est ieiunium. Verum ex omnibus actibus illis nullus significantior est, nullus divina ratione efficientior, nullus sublimior simulque in ipso ritu suo magis pervius quam Sacramentum Paenitentiae.

Iam inde a praeparatione ac deinde in pluribus pronuntiationibus factis, progrediente ipsa congressione, tam in operibus circulorum quam in novissimis *Propositionibus,* Synodus rationem habuit illius affirmationis, quae saepius est prolata diversa quidem vi ac sententia quaeque sonat: *Sacramentum Paenitentiae in discrimine versatur,* quod quidem discrimen recognovit. Suasit perdiligentem catechesim, sed non minorem etiam investigationem indolis theologicae, historicae, psychologicae, sociologicae, iuridicae de paenitentia in universum ac nominatim de Sacramento Paenitentiae. Quibus cunctis rebus illustrare voluit causas ipsius discriminis viasque recludere ad solutionem, certam ac definitam, in generis humani emolumentum. A Synodo ergo Ecclesia luculentam fidei suae confirmationem de Sacramento accepit, per quod cuique christiano omnique credentium communitati certitudo veniae datur, virtute redimentis sanguinis Christi operante.

Prodest *renovare denuoque asseverare hanc fidem* tum omnino, cum languescere possit et aliquid amittere integritatis suae vel etiam in regionem quandam umbrae et silentii abduci, quoniam ei discrimen illud iam memoratum impendet in ea parte, quae quiddam secum fert negativi. Insidian tur enim Sacramento Confessionis hinc obscurata conscientia moralis ac religiosa et attenuatus sensus peccati, deformatio conceptus paenitentiae et parvus impulsus ad vitam vere christianam,

illinc vero mentis habitus, qui interdum invaluit, ex quo aestimatur veniam a Deo posse proxime accipi, etiam ordinaria ratione, sine usu Sacramenti reconciliationis, et inveterata consuetudo praxis sacramentalis, quae quandoque ardore caret et vera alacritate, exorta fortasse ex falso ac perverso iudicio de Sacramenti effectibus.

Decet igitur praecipuas rationes huius *magni Sacramenti* meminisse.

29. Primum et principale elementum, quod ad Domini misericordiam eiusque veniam attinet, in Libris Sacris Veteris et Novi Testamenti nobis praebetur. In Psalmis enim et Prophetarum sermone nomen *misericordis,* saepissime fortasse, adiungitur Domino, contra ac dicit tritissima illa sententia, ex qua Deus Veteris Testamenti ante omnia Severus et puniens perhibetur. Ita inter Psalmos longus sermo sapientialis, profectus a traditione Exodi, benevolam Dei operam inter ipsius populum in memoriam revocat. Haec actio, quamvis modo anthropomorphico describatur, una fortassis est ex eloquentissimis enuntiationibus misericordiae divinae in Vetere Testamento. Sufficiat versiculum huc adducere : « Ipse autem est misericors et propitiatur iniquitati et non disperdit. Saepe avertit iram suam et non accendit omnem furorem suum. Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens et non rediens » .[157]

In plenitudine temporum Filius Dei, veniens uti Agnus, qui *tollit* et *in se recipit* peccatum mundi,[158] apparet tamquam ille qui potestatem habet tum iudicandi,[159] tum condonan di peccata[160] quique non venit ad condemnandum sed ad ignoscendum et salvandum.[161]

Hanc vero potestatem peccata remittendi Iesus per Spiritum

[157] ***Ps* 78 [77], 38 s.**

[158] **Cfr. *Io* 1, 29; *Is* 53, 7. 12.**

[159] **Cfr. *Io* 5, 27.**

[160] **Cfr. *Mt* 9, 2-7; *Lc* 5, 18-25; 7, 47-49; *Me* 2, 3-12.**

[161] **Cfr. *Io* 3, 17.**

Sanctum simplicibus hominibus tribuit, qui et ipsi obnoxii erant peccati insidiis, apostolis videlicet suis: « Accipite Spiritum Sanctum. Quorum remiseritis peccata, remissa sunt eis; quorum retinueritis, retenta sunt ».[162] Una autem haec est maxime mirabilium Evangelii novitatum ! Confert ille Apostolis potestatem, quae — uti Ecclesia iam a suis primordiis semper intellexit — potuit etiam eorum successoribus transmitti, qui ab ipsis iisdem apostolis acceperunt munus et officium propagandi eorum operis tamquam nuntiatorum Evangelii ministrorumque actionis redemptricis Christi.

Hic omni in sua granditate commonstratur persona ministri Sacramenti Paenitentiae, qui saepius antiquissima ex consuetudine confessarius appellatur.

Sacerdos, Paenitentiae minister, haud secus atque ad altare, ubi Eucharistiam celebrat, et ceteris in Sacramentis omnibus, agit « in persona Christi ». Christus, quem ipse reddit praesentem quique eius opera mysterium peragit remissionis peccatorum, is est qui comparet veluti *frater* hominis,[163] pontifex misericors et fidelis et compátiens.[164] pastor intentus ad errantem ovem quaerendam,[165] medicus, qui sanat et consolatur,[166] unus magister, qui veritatem docet viasque Dei commonstrat,[167] iudex vivorum et mortuorum,[168] qui secundum rerum veritatem iudicat, non autem speciem solam.[169]

[162] *Io* 20, 22; *Mt* 18, 18; cfr. etiam quod attinet ad Petrum, *Mt* 16, 19. B. Isaac de Stella illustrat in quodam suo sermone plenam communionem Christi cum Ecclesia in peccatorum remissione: «Nihil ergo potest Ecclesia sine Christo dimittere: nihil vult Christus sine Ecclesia dimittere. Nihil potest Ecclesia, nisi poenitenti, id est quem Christus tetigit, dimittere; nihil vult Christus Ecclesiam contemnenti dimissum servare»: *Sermo XI (In dominica III post Epiphaniam,* 1): *PL* 194, 1729.

[163] Cfr. *Mt* 12, 49 s.; *Me* 3, 33 s.; *Lc* 8, 20 s.; *Rom* 8, 29; « ...primogenitus in multis fratribus ».

[164] Cfr. *Heb* 2, 17; 4, 15.

[165] Cfr. *Mt* 18, 12 s. ; *Lc* 15, 4-6.

[166] Cfr. *Lc* 5, 31 s.

[167] Cfr. *Mt* 22, 16.

[168] Cfr. *Act* 10, 42.

[169] Cfr. *Io* 8, 16.

Hoc est sine dubitatione unum e ministeriis sacerdotis, difficillimis maximaeque prudentiae, laboriosissimis et gravissimis, at unum simul e pulcherrimis plenissimisque solacii; qua omnino de causa nos, respicientes etiam vehementem Synodi commendationem, numquam Fratres nostros Episcopos ac Presbyteros ad ipsius fidelem dlligentemque procurationem incitare desinemus.[170] Coram cuiusque Christifidelis conscientia, quae ei se aperit cum trepidatione fiduciae admixta, confessarius ad sublime officium destinatur, quod ministerium est pro paenitentia ac reconciliatione humana : hoc in eo est positum ut infirmitates fidelis ac lapsus cognoscat, voluntatem eius resurgendi atque conatum id faciendi aestimet, Spiritus sanctificantis in corde illius actionem dispiciat, cum eo veniam communicet, quam Deus potest concedere unus, reconciliationem ipsius cum Patre « celebret », in parabola filii prodigi descriptam, peccatorem liberatum in ecclesialem fratrum communionem reducat, paterno animo admoneat paenitentem illum verbis firmis, animum confirmantibus, amicis : « Iam noli peccare ».[171]

Ad efficacem vero exsecutionem eiusmodi ministerii necessariae prorsus confessario sunt *qualitates humanae* prudentiae, discretionis, iudicii et firmitudinis, lenitate bonitateque tempera tae. Habeat pariter oportet seriam et accuratam praeparationem, non mancam sed integram recteque compositam, variis in disciplinis theologiae, in paedagogia et psychologia, in methodologia dialogi et ante omnia in viva et communicatoria verbi Dei cognitione. Sed magis etiam necesse est ducat ipse spiritualem vitam impensam atque sinceram. Ut enim alios in perfectionis christianae via deducat, Paenitentiae minister debet ipse *primus* hanc percurrere viam magisque factis suis

[170] Cfr. Allocutio habita ad paenitentiarios Basilicarum Patriarchalium et ad Sacerdotes confessarios exeunte Anno Iubilaeo Redemptionis (9 Iulii 1984): diarium *L'Osservatore Romano,* 9-10 Iulii 1984.

[171] *Io* 8, 11.

quam pluribus verbis testimonium reddere solidi experimenti orationis vivendo comprobatae, exercitationis virtutum evangelicarum, tum theologalium tum moralium, fidelis obtemperationis Dei voluntati, amoris in Ecclesiam ac docilitatis erga Magisterium eius.

Omnis autem haec supellex dotium humanarum, christianarum virtutum necnon facultatum pastoralium non ex tempore comparatur nec sine magno nisu obtinetur. Ad Paenitentiae sacramentalis ministerium praeparandus est quisque sacerdos iam a Seminarii annis, ubi simul ad studium incumbit theologiae dogmaticae, moralis, spiritualis ac pastoralis (quae omnes unam solam semper efficiunt theologiam), et ad studium disciplinarum ad hominem pertinentium, methodologiae dialogi ac potissimum colloquii pastoralis. Deinde informari oportet ad primas experientias in iisque adiuvari. Iugiter ad perfectionem suam et accommodationem ad tempora per constans studium debet cura adhibita attendere. Qui thesauri gratiae vitaeque verae ac spiritualis irradiationis non obtingerent Ecclesiae, si unusquisque sacerdos sollicitum sese praeberet ne umquam ob neglegentiam aliasque ob causas praetextas deesset congressioni cum fidelibus in sede confessionibus excipiendis, magisque studeret numquam illuc accedere imparatus aut pernecessariis qualitatibus humanis et condicionibus spiritualibus ac pastoralibus carens!

Hac de re facere non possumus quin admiran ti quadam orantique cum pietate exempla commemoremus praeclarissimorum apostolorum, sacro paenitentiae tribunali deditorum, uti fuerunt sanctus Ioannes Nepomucenus, sanctus Ioannes Baptista Maria Vianney, sanctus Iosephus Cafasso, sanctus Leopoldus de Castro Novo, ut de celebrioribus loquamur, quos Ecclesia in Sanctorum suorum rettulit album. At simul cupimus honorem tribuere innumerabilibus turmis confessariorum sanctorum, quorum paene numquam nomina constant quibusque tot animarum salus debetur, quae ab illis adiutae sunt in conver-

sione, in dimicatione contra peccatum ac tentationes, in progressione spirituali demumque in sanctificatione. Neque asseverare dubitamus magnos etiam Sanctos, in fastos Caelitum publice inscriptos, plerumque esse profectos ex illis Paenitentiae Sacramenti tribunalibus atque una cum Sanctis illis spirituale patrimonium Ecclesiae ipsumque florem cultus civilis, spiritu chritiano perfusi, inde manasse! Honor igitur esto silenti huic Fratrum nostrorum agmini, qui per sacramentalis Paenitentiae ministerium reconciliationis causae egregie servierunt ac cotidie serviunt!

30. Ex demonstratione utilitatis huius ministerii potestatisque peccata remittendi, a Christo apostolis concessae eorumque successoribus, exorta est in Ecclesia conscientia *signi veniae,* quod per Sacramentum Paenitentiae traditur. De certitudine enim agitur, qua novimus Christum ipsum Dominum instituisse atque Ecclesiae credidisse — veluti suae benignitatis suaeque humanitatis, seu « philanthropiae »,[172] donum cum omnibus communicandum — peculiare Sacramentum ad peccatorum remissionem necnon reconciliationem.

Huius vero Sacramenti usus — quod ad celebrationem eius quidem spectat et formam — longum progressionis cursum confecit, quemadmodum antiquisisma testantur sacramentaria, Conciliorum et Synodorum episcopalium acta, praedicatio Patrum ac Doctorum Ecclesiae doctrina. Attamen *de Sacramenti substantia* perstitit semper in conscientia Ecclesiae *certitudo* solida neque umquam mutata: ex Christi voluntate veniam offerri cuique per sacramentalem absolutionem, a ministro Paenitentiae impertitam; quae quidem certitudo corroboratur insigni vi tam a Concilio Tridentino[173] quam a Concilio Vaticano II: « Qui vero ad sacramentum paenitentiae acce-

[172] Cfr. *Tit* 3, 4.

[173] Cfr. CONC. OEC. TRIDENTINUM, Sessio XIV *De sacramento Poenitentiae,* cap. I et can. I: *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* ed. mem., 703 s., 711 (*DS* 1668-1670. 1701).

dunt, veniam offensionis Deo illatae ab Eius misericordia obtinent et simul reconciliantur cum Ecclesia, quam peccando vulneraverunt, et quae eorum conversioni caritate, exemplo, precibus adlaborat ».[174] Ut *essentiale elementum fidei* circa virtutem finemque Paenitentiae iterum hoc affirmari oportet: Salvator noster Iesus Christus Sacramentum Paenitentiae in Ecclesia sua instituit ut fideles post Baptismum lapsi gratiam reciperent ac Deo reconciliarentur.[175]

Ecclesiae fides de hoc Sacramento alias secum quasdam veritates infert principales, quae praeteriri non possunt. Sacramentalis ritus Paenitentiae in progressione sua ac mutatione formarum practicarum hasce veritates semper servavit et in lumine posuit. Concilium Vaticanum II, cum huius ritus praeciperet reformationem, efficere intendit ut etiam clarius easdem veritates ipse exprimeret;[176] id quod novo *Ordine Paenitentiae* evenit.[177] Eo enim integra doctrina ex traditione, quam Concilium Tridentinum collegerat, est congesta, cum eam ex peculiaribus ipsius adiunctis historicis (in quibus videlicet acriter est actum ut doctrina adversus graves errores circa germanum magisterium Ecclesiae explanaretur) transferret fideliter in enuntiationes magis congruentes cum condicionibus temporis nostri.

31. Commemoratae supra veritates, vehementer luculenterque a Synodo rursus inculcatae atque in *Propositionibus* prolatae, perstringi possunt his in sequentibus fidei persuasionibus, circa quas ceterae omnes affirmationes doctrinae catholicae de Paenitentiae Sacramento conglobantur.

[174] **Const. dogm.** *Lumen gentium* **de Ecclesia, 11.**

[175] CONC. OEC. TRIDENTINUM, **Sessio XIV** *De sacramento Poenitentiae,* **cap. I et can. I:** *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* **ed. mem., 703s., 711** *(DS* **1668-1670. 1701).**

[176] **Cfr. Const.** *Sacrosanctum Concilium,* **de Sacra Liturgia, 72.**

[177] **Cfr.** *Rituale Romanum ex Decreto Sacrosancti Concilii Oecumenici Vaticani II instauratum, auctoritate Pauli VI promulgatum. Ordo Paenitentiae,* **Typis Polyglottis Vaticanis, 1974.**

I. Prima persuasio est: Sacramentum Paenitentiae Christifideli via est communis, qua veniam consequatur ac remissionem gravium, quae post Baptismum commisit, peccatorum. Salvator ipse eiusque actio salvifica nullo quidem sacramentali signo obstringuntur, quasi in quovis tempore et parte dispensationis salutis operari non valeant extra et supra Sacramenta. At in schola fidei discimus eundem Salvatorem voluisse statuisseque ut humilia ac pretiosa fidei Sacramenta ordinaria ratione essent efficacia instrumenta, per quae virtus eius redemptrix transiret et operaretur. Insipienter igitur, immo insolenter aliquis ageret, si suo arbitratu instrumenta gratiae ac salutis omitteret, quae Dominus proposuerit, et hoc in casu singulari putaret veniam obtineri, neglecto ipso Sacramento, a Christo ad veniam ipsam praebendam instituto. Rituum renovatio, post Concilium effecta, nullatenus permittit ut quis hac in re decipiatur eoque mutationem inducat. Ad Ecclesiae mentem debuit ea ac debet adiuvare ut in unoquoque nostrum exsuscitetur studium, novum et vehemens, renovandi interioris nostri affectus, ad altiorem scilicet contendendi intellegentiam naturae Sacramenti Paenitentiae; ad eius receptionem, quae fide magis sustentetur, non vero ea anxia sed fidente; ad crebriorem usum Sacramenti, quod totum agnoscitur amore miserenti Domini permeari.

II. Secunda persuasio respicit *functionem Sacramenti Paenitentiae* pro eo qui utitur illo. Est enim secundum antiquissimam translaticiam notionem genus quoddam *actionis iuridicialis.* At hanc apud tribunal fieri contingit misericordiae, magis quam strictae severaeque iustitiae, quod cum iudiciis humanis nisi analogice conferri non potest,[178] quatenus illic peccata sua peccator suamque ipsam condicionem creaturae

[178] Concilium Tridentinum adhibet locutionem mitigantem: « ad instar actus iudicialis» (Sessio XIV *De sacramento Poenitentiae,* cap. VI: *Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* ed. mem., 707 *[DS* 1685] ut distinctionem efferat a tribunalibus reliquis hominum. Novus Paenitentiae Ritus leviter significat etiam hoc officium, n. 6 b et 10 a.

peccato subiectae patefacit; sese officio obligat ut abiciat evincatque peccatum; suscipit poenam *(sacramentalem paenitentiam),* quam imponit ei confessarius, eiusque recipit absolutionem.

Verum de munere huius Sacramenti meditans, Ecclesiae conscientia reperit, praeter indolem iudicii, sicut modo est explicatum, rationem etiam *therapeuticam* seu *medicinalem.* Hoc quidem cum eo coniungitur, quod saepius in Evangelio Christus ostenditur uti medicus,[179] eiusque salutaris opera crebro vocatur iam inde a prima christiana aetate « medicina salutis)). « Curare volo, non accusare », dixit sanctus Augustinus de exercendo officio pastorali loquens paenitentiali ;[180] et propter confessionis medicinam vulnus peccati non vertitur in desperationem.[181] *Ritus Paenitentiae* proinde hanc Sacramenti medicinalem rationem significat,[182] quam homo temporis nostri magis fortasse percipit, cum in peccato videat quidem id quod habet erroris, at etiam magis id quod de humana debilitate indicat et infirmitate.

Utraque ratione, tribunalis misericordiae et loci sanationis spiritualis, poscit Sacramentum cognitionem intimorum penetralium hominis ut quis eum iudicare valeat et absolvere, curare atque sanare. Hanc omnino ob causam postulat in paenitente ipso accusationem sinceram plenamque peccatorum, quae idcirco habet causam, propter quam fiat, non modo ad asceticos fines pertinentem (cuius modi est humilitatis et mortificationis exercitatio), sed etiam insitam in ipsa natura Sacramenti.

[179] Cfr. *Lc* 5, 31 s.: «Non egent, qui sani sunt, medico sed, qui male habent» cum conclusione: « . . . veni vocare [...] peccatores in paenitentiam»; *Lc 9, 2:* «et misit illos praedicare regnum Dei et sanare Infirmos ». Christi medici figura novas induit Inslgnesque significationes, si confertur cum illo «Servo Jahve», de quo vaticinabatur *Liber Isaiae:* «Vere languores nostros ipse tulit / et dolores nostros ipse portavit» et « livore eius sanati sumus » *(Is* 53, 4 s.).

[180] Cfr. S. AUGUSTINUS, *Sermo* 82, 8: *PL* 38, 511.

[181] Cfr. S. AUGUSTINUS, *Sermo* 352, 3, 8-9: *PL* 39, 1558 s.

[182] Cfr. *Ordo Paenitentiae,* 6 c.

III. Tertia persuasio, quam extollere interest nostra, spectat ad *res vel partes,* quae signum sacramentale veniae reconciliationisque componunt. Quaedam res sunt *actus paenitentis* varii ponderis, at unaquaeque pernecessaria est aut ad signi validitatem aut integritatem aut utilitatem.

Condicio aliqua prorsus necessaria est imprimis rectitudo et candor *conscientiae paenitentis.* Homo non progreditur ad veram germanamque paenitentiam, donec intellegat peccatum dissidere ab ethica norma, quae in intimis eius quod est ipse, insidet ;[183] donec agnoscat se modo personali et responsali talem repugnantiam esse expertum ; donec dicat non tantum : « est peccatum », sed « ego peccavi »; donec concedat peccatum in conscientiam suam induxisse discidium, quod deinde totam vitam suam pervadat eumque segreget a Deo et fratribus. Signum sacramentale huius claritatis conscientiae est actus ille qui translaticio more nuncupatur *examen conscientiae,* actus, qui esse non debet sollicita quaedam inspectio psychologica, verum sincera serenaque comparatio cum interna lege morali, cum normis evangelicis ab Ecclesia propositis, cum Iesu Christo ipso, qui nobis magister est et vitae exemplar, necnon cum Patre caelesti, qui nos ad bonum vocat atque perfectionem.[184]

Essentialis tamen Paenitentiae actus in paenitente est *contritio,* manifesta id est ac firma repudiatio peccati admissi una cum proposito iterum illud non committendi[185] ob amorem, qui in Deum dirigitur quique renascitur cum paenitentia. Sic sane

[183] **Iam ethnici ipsi — velut Sophocles *(Antigone,* vv. 450-460) et Aristoteles *(Rhetor.,* Lib. I, c. 15, 1375 a-b) — confitentur adesse morales normas «divinas», exsistentes videlicet « ab omni tempore », penitus inscriptas in hominis animo.**

[184] **Quod attinet ad hoc munus conscientiae, cfr. quae diximus in Admissione Generali die 14 Martii 1984: *Insegnamenti,* VII, 1 (1984), 683.**

[185] **Cfr. CONC. OEC. TRIDENTINUM, Sessio XIV *De sacramento Poenitentiae,* cap. IV *De contritione: Conciliorum Oecumenicorum Decreta,* ed. mem., 705 *(DS* 1676-1677). Uti constat, satis est *attritio,* id est imperfecta paenitendi affectio, magis timori tribuenda quam amori, ut quis ad Sacramentum Paenitentiae accedat: verumtamen intra Sacramentum ipsum, impellente scilicet gratia, quam accipit, paenitens « ex attrito fit contritus », ita ut Paenitentia reapse in eo operetur, qui ad conversionem in amore est bene paratus: cfr. CONC. OEC. TRIDENTINUM, *ibidem,* ed. mem., 705 *(DS* 1678).**

intellecta, *contritio* est principium et veluti anima conversionis, illius videlicet mutationis, quae in Evangelio *metanoia* dicitur, quae ad Deum hominem reducit, perinde ac filium prodigum, redeuntem ad patrem, quaeque in Sacramento Paenitentiae habet adspectabile suum signum, ipsam attritionem perficiens. « Ex hac ergo cordis contritione pendet paenitentiae veritas ».[186]

Ad ea omnia revocantes, quae Ecclesia, verbo Dei mota, de *contritione* docet, maxime hic unum dumtaxat aspectum eius doctrinae efferre studemus, qui melius est cognoscendus et ante oculos constituendus. Haud enim raro *conversio* et *contritio* considerantur, ratione habita postulatorum, quae, controversiam nullam quidem recipientia, illis inferuntur, necnon mortificationis, quam illae ad absolutam vitae mutationem iniungunt. Expedit tamen reminisci et animadvertere *contritionem* et *conversionem* multo magis esse accessum ad Dei sanctitatem, detectionem novam interioris veritatis, cuiusque peccato conturbatae et eversae, liberationem in parte intima cuiusque ac proinde recuperationem gaudii amissi, gaudii de salvatione,[187] quo maximam partem homines nostri temporis iam nesciunt perfrui.

Hinc intellegitur cur a primis inde temporibus rerum christianarum Ecclesia, cum apostolis et Christo coniuncta, in sacramentale signum Paenitentiae incluserit *accusationem peccatorum.* Haec tanti videtur esse momenti ut iam a pluribus saeculis nomen usitatum Sacramenti fuerit et etiamnum sit confessionis. Ut propria peccata accusentur postulatur imprimis ipsa necessitate, qua peccator cognoscendus est ei qui in Sacramento *partes iudicis* implet, qui ponderare debet tum peccatorum gravitatem tum paenitentem affectum in paenitente, ac simul *partes medici,* qui cognoscat oportet condicionem aegroti ut eum curare valeat et sanare. At singularis con-

[184] ***Ordo Paenitentiae,*** **6 a.**
[187] **Cfr. *Ps* 51 [50], 14.**

fessio vim quoque habet *signi:* signi dicimus congressionis ipsius peccatoris cum intercessione ecclesiali in ministri persona, signi, quo aliquis se ostendit coram Deo et Ecclesia veluti peccatorem, signi, quo aliquis se ipsum illuminat ante Dei conspectum. Peccatorum ideo accusatio non redigi potest ad quemvis conatum liberationis psychologicae sui ipsius, quantumvis legitimae ac naturali respondeat necessitati aperiendi proprii animi alicui, quae cordi inest humano : est actus liturgicus, sollemnis sane sua in vi permovente, humilis ac modicus in magnitudine suae significationis. Gestus est filii prodigi, qui ad Patrem revertitur suscipiturque ab eo osculo pacis; gestus fidelitatis et fortitudinis; gestus, quo aliquis se ipsum, ultra peccatum, ignoscenti dedit misericordiae.[188] Comprehenditur ergo quare *peccatorum accusatio* ordinaria ratione singularis sit, non collegialis, sicut peccatum ipsum factum est penitus personale. Simul vero accusatio haec eripit quodammodo peccatum ex secreto cordis recessu proindeque ex ambitu tantum unius cuiusvis personae, dum indolem eius etiam socialem extollit, quoniam per Paenitentiae ministrum Communitas ecclesialis, peccato laesa, recipit iterum peccatorem, paenitentem ac veniam habentem.

Alterum necessarium Sacramenti Paenitentiae elementum pertinet nunc ad confessarium iudicem ac medicum, Dei Patris imaginem, qui illum qui revertitur, excipit eique ignoscit: haec est *absolutio.* Verba autem, quae eam declarant, necnon gestus, qui eam comitantur in vetere ac novo *Ordine Paenitentiae,* simplicitatem quandam significantem sua in granditate prae se ferunt. Sacramentalis formula: « Ego te absolvo ... » et manus impositio et signum crucis super paenitentem ductum, testantur *eo ipso temporis momento* peccatorem, contri-

[188] **Hisce de rationibus, omnibus quidem principalibus, Paenitentiae locuti sumus in Admissionibus Generalibus die 19 Maii 1982: *Insegnamenti,* V, 2 (1982), 1758 ss. ; 28 Februarii 1979: *Insegnamenti,* II (1979), 475-478; 21 Martii 1984: *Insegnamenti,* VII, 1 (1984), 720-722. Normae praeterea revocantur Codicis Iuris Canonici, ad locum spectantes, ubi Sacramentum administratur, et ad sedes confessionales (can. 964, 2-3).**

tum et conversum, obviam procedere potentiae et misericordiae Dei. Tempus est illud quo Trinitas, paenitenti respondens, adest ut peccatum eius exstinguat eique innocentiam reddat et quo salutifera Passionis et Mortis et Resurrectionis Iesu virtus impertitur eidem paenitenti, tamquam « misericordia potentior culpa et offensione », quemadmodum eam definivimus in Litteris Encyclicis, quae a verbis *Dives in Misericordia* incipiunt. Deus est semper is qui praecipue peccato offenditur — « tibi soli peccavi » —, solusque potest Deus illud condonare. Quocirca absolutio, quam minister veniae sacerdos, licet sit et ipse peccator, paenitenti concedit, signum est efficax actionis Dei in unaquaque absolutione necnon « resurrectionis » ex ((morte spirituali », quae toties repetitur, quoties Sacramentum peragitur Paenitentiae. Fides dumtaxat confirmare potest *eo ipso momento* omne peccatum remitti et deleri arcana opera Salvatoris.

Actus postremus est *satisfactio,* quae signum sacramentale Paenitentiae cumulat. Aliquibus in regionibus id quod paenitens, cui iam est venia tributa et absolutio impertita, consentit efficere post absolutionem receptam, *paenitentia* ipsa vocatur. Quae autem significatio est huius *satisfactionis,* quae praestatur, vel huius *paenitentiae,* quae impletur? Certe non est pretium, quod penditur pro peccato absoluto pro veniaque impetrata: nullum enim humanum pretium aequari valet rei illi quae obtinetur, fructui scilicet pretiosissimi Sanguinis Christi. Satisfactionis opera — quae, etiamsi indolem retinent simplicitatis et humilitatis, reddenda sunt significantiora iis rebus omnibus, quas quidem exprimunt — indicant quaedam quae magni sunt pretii : sunt signum *officii personalis,* quo christianus se coram Deo in Sacramento devincit ut novam vitam incipiat (quam ob rem non concludi debent aliquibus solis formulis recitandis, sed contineri potius operibus cultus, caritatis, misericordiae, reparationis); significant etiam peccatorem, cui est venia data, coniungere posse propriam mortiti-

cationem corporis et animi, quaesitam vel saltem acceptam, ipsi Passioni Iesu, quae illi veniam impetravit; docent quoque post absolutionem superesse in christiano quiddam tenebrarum, quod ascribendum sit vulneribus peccati, imperfectioni amoris in paenitentia, debilitationi facultatum spiritualium, in quibus adhuc quasi quoddam seminarium contagiosum viget peccatorum, adversus quod est semper mortificatione agendum. Haec significatio est humilis at sincerae satisfactionis.[189]

IV. Eeliquum est ut *aliae quaedam persuasiones magni momenti* de Paenitentiae Sacramento breviter attingantur.

Oportet imprimis affirmare nihil hoc Sacramento magis esse personale et intimum, in quo peccator coram Deo consistat tantum sua cum culpa suaque cum paenitentia, sua contritione atque fiducia. Neminem eius loco paenitere potest, nemo veniam petere nomine eius. Quaedam est peccatoris solitudo in propria culpa, quae videri potest insigniter depicta in Cain, dum peccatum « in foribus insidiatur », quemadmodum significanter in *Libro Genesis* dicitur; cui quidem Cain signum positum est in fronte;[190] vel in David vituperato a propheta Nathan;[191] vel in filio prodigo, cum conscius fit sui status, in quem per recessum a patre est redactus, in animumque inducit ad eum redire:[192] hoc totum inter hominem solum accidit ac Deum. At simul ratio socialis huiusce Sacramenti nequit negari, ubi omnis Ecclesia — militans, purgatorio addicta et triumphans in caelo — auxilio venit paenitenti ac rursus illum recipit in sinum, eo vel magis quod tota Ecclesia peccato eius offensa est ac vulnerata. Sacerdos, minister Paenitentiae, est igitur pro munere sacro suo veluti testis legatusque eiusmodi consortionis ecclesialis. Duo hi sunt Sacramenti aspectus,

[189] Hoc argumentum breviter tractavimus in Admissione Generali habita die 7 Martii 1984: *Insegnamenti*, VII. 1 (1984), 631-633.

[190] Cfr. *Gn* 4, 7. 15.

[191] Cfr. *2 Sam* 12.

[192] Cfr. *Lc* 15, 17-21.

qui inter se complent: natura singularis eius et indoles ecclesialis; quos aspectus progrediens renovatio ritus Paenitentiae, potissimum *Ordinis Paenitentiae* a Paulo VI promulgati, extulit significatioresque in eius reddidit celebratione.

V. Deinde asseverari oportet fructum pretiosissimum veniae, in Sacramento Paenitentiae acceptae, constare in ipsa reconciliatione cum Deo, quae in cordis penetralibus filii prodigi ac reperti eveniat, qui unusquisque est paenitens. Necesse tamen est addere eiusmodi reconciliationem cum Deo quasi alias reconciliationes progignere, quae totidem aliis medeantur discidiis peccato effectis: paenitens, cui venia datur, reconciliat se sibi in intima parte eius quod est ipse, ubi veritatem suam interiorem recuperat; reconciliatur fratribus ab eo aliqua ratione offensis et laesis; reconciliatur Ecclesiae; reconciliatur universae creaturae.

Ex hac conscientia in paenitente, celebratione peracta, animus effulget gratus Deo pro dono misericordiae accepto, ad quem gerendum Ecclesia eum hortatur.

Quodlibet Paenitentiae Sacramenti tribunal locus est praestantissimus ac benedictus, unde, ablatis divisionibus, novus et intaminatus nascitur homo reconciliatus — mundus reconciliatus !

VI. Denique curae maximae est nobis ut *postremam sententiam* proferamus, quae universos nos tangit Sacerdotes, qui ministri sumus Sacramenti Paenitentiae, sed ex quo pariter beneficia possumus — et debemus — percipere. Spiritualis ac pastoralis vita Sacerdotis, perinde ac fratrum eius laicorum ac religiosorum, pendet ex assiduo diligentique usu personali Sacramenti Paenitentiae.[193] Eucharistiae celebratio ac Sacramentorum reliquorum ministerium, ardor pastoralis, necessitudo cum fidelibus, communio cum fratribus, socia cum Episcopo

[193] Cfr. CONC. OEC. VAT. II, Decretum *Presbyterorum Ordinis,* de Presbyterorum ministerio et vita, 18.

opera, vita orationis : ut paucis dicamus, tota sacerdotalis vita contrahit sibi necessario detrimentum, si ob neglegentiam aliamve quamvis ob causam usus periodicus, in vera fide ac pietate innixus, Sacramenti Paenitentiae ei defuerit. In Sacerdote, qui non amplius peccata sua confiteretur aut male confiteretur, ipsum eius « sacerdotem esse » et eius « sacerdotem agere » inde afficerentur, atque etiam Communitas id animadverteret, cuius ille est pastor.

Addimus tamen etiam, ut ipse bonus esse possit et efficax Paenitentiae minister, Sacerdotem oportere ad fontem gratiae ac sanctitatis accedere, qui in hoc inveniatur Sacramento. Nos Sacerdotes, de ipsorum nostra experientia, possumus affirmare, quatenus diligenter nos conferamus ad Paenitentiae Sacramentum ad illudque accedamus crebro recteque dispositi, melius nos procurare ministerium confessariorum et inde paenitentibus beneficia praestare. Plurimum, contra, efficaciae suae hoc ministerium amitteret, si aliquo modo boni esse paenitentes neglegeremus. Haec *logica ratio interna* huius magni est Sacramenti. Quod nos omnes Christi Sacerdotes invitat ad renovatam curam personalis nostrae confessionis.

Experientia autem illa uniuscuiusque fit vicissim ac fieri debet *hodie* incitamentum ad diligentem, constantem, patientem, fervidam exercitationem sacri ministerii Paenitentiae, cui vi presbyteratus nostri atque vocationis nostrae obligamur, ex qua pastores sumus et ministri fratrum nostrorum. Hac quoque Adhortatione vehementer igitur cunctos in mundo Sacerdotes admonemus, nominatim Fratres nostros in Episcopatu atque Parochos, ut omnibus viribus suis faveant frequenti usui huius Sacramenti inter fideles omnibusque subsidiis utantur, quae adhiberi possint sintque consentanea, experiantur universas vias ut quam maximo fratrum numero afferatur « gratia, quae data est nobis » per Paenitentiam ad reconciliationem cuiusque animae totiusque mundi cum Deo in Christo.

32. Secundum directorias Concilii Vaticani II normas *Ordo Paenitentiae* tres praestituit ritus, qui, salvis semper essentialibus elementis, sinunt ut Sacramenti Paenitentiae celebratio certis quibusdam pastoralibus adiunctis accommodetur.

Prima forma — *reconciliatio singulorum paenitentium* — unicum modum communem et ordinarium constituit sacramentalis celebrationis neque licet eam in desuetudinem abire aut neglegi. Altera forma — *reconciliatio plurium paenitentium cum confessione et absolutione singulari* —, tametsi in praeparatoriis actibus apta est ad magis illuminandos communitarios aspectus Sacramenti, tamen primam formam in supremo sacramentali actu consequitur, qui confessio est atque absolutio singularis peccatorum, quocirca aequari potest formae primae, quantum spectat ad communem ritus rationem. Tertia, contra, — *reconciliatio plurium paenitentium cum confessione et absolutione generali* — naturam prae se fert exceptionis neque proinde permittitur liberae electioni, sed disciplina regitur ad hoc instituta.

Forma prima efficit ut rite aestimentur et in usu habeantur partes magis personales — et essentiales — quae in paenitentiali velut itinere inveniuntur. Colloquium inter paenitentem et confessarium, summa ipsa elementorum adhibitorum (quae sunt loci biblici, selectio formarum « satisfactionis » et alia huiusmodi) sunt elementa, quae sacramentalem celebrationem magis congruentem cum vera paenitentis condicione efficiunt. Praestantia horum elementorum detegitur, cum variae rationes perpenduntur, quae christianum ad sacramentalem paenitentiam adducunt: necessitas reconciliationis personalis et reductionis ad amicitiam Dei, dum gratia ob peccatum amissa recuperatur; necessitas comprobationis ipsius itineris spiritualis atque interdum accuratioris iudicii de vocatione; toties etiam necessitas et desiderium egrediendi e statu spiritualis languoris ac religiosi discriminis. Propter indolem deinde suam singularem prima celebrationis forma efficit ut

Paenitentiae Sacramentum adiungatur cum re alterius generis, sed quae facile componatur cum ipso: loquimur de *moderatione spirituali.* Constat ideo iudicium et officium cuiusque hominis luculenter prima Sacramenti forma declarari adiuvarique.

Altera celebrationis forma, omnino ob naturam communitariam suam necnon rationem celebrandi, qua notatur, effert quosdam magni momenti aspectus: verbum Dei communiter auscultatum vim habet egregiam respectu lectionis singularis meliusque extollit ecclesialem indolem conversionis et reconciliationis. Significantior illa evadit variis anni liturgici temporibus et cum iungitur eventibus peculiaris momenti pastoralis. Satis hic monere sit ad illius formae celebrationem praesentiam sufficientis numeri astantium conferre.

Suapte ergo natura fit ut normae decernendi utra binarum formarum celebrationis sit usurpanda, non inferantur ex causis occasione aliqua allatis et subiectivis, sed ex voluntate procurandi spirituale bonum, disciplina paenitentiali Ecclesiae observata.

Reminisci etiam oportet, ad aequabilem directionem spiritualem ac pastoralem hac in re, necesse esse ut protinus magnum momentum usui Sacramenti Paenitentiae etiam pro peccatis solum venialibus tribuatur ac fideles ad eum instituantur, sicut doctrinalis traditio et consuetudo iam plurium saeculorum testantur.

Licet noverit ac doceat Ecclesia peccata venialia condonari aliis quoque modis — considerentur actus doloris, opera caritatis, orationes, ritus paenitentiales —, tamen ea non cessat omnes commonefacere thesauri spiritualis, qui momento continetur sacramentali, etiam quod ad talia attinet peccata. Frequentatio Sacramenti — cui nonnullae classes fidelium obligantur — confirmat conscientiam etiam minora peccata offendere Deum Ecclesiamque ferire, Corpus Christi, eiusque celebratio illis fit occasio et incitatio « ut penitius Christo con-

formentur et Spiritus voci attentius obsequantur.[194] Id praesertim asseverandum est gratiam, sacramentalis celebrationis propriam, magnam vim medendi continere et ad radices ipsas exstirpandas peccati conferre.

Cura aspectus celebrativi,[195] praesertim quod attinet ad momentum verbi Dei, quod legitur, memoratur, explanatur, cum fieri potest et opportunum est, fidelibus et cum fidelibus, prodest ad usum Sacramenti vivificandum et ad impediendum ne ad nimiam formularum observantiam remque ex consuetudine tantum factam redigatur. Paenitens potius adiuvetur ut intellegat se eventum salutis experiri, qui animo novum vitae fervorem veramque pacem ingerere valeat. Haec celebrationis curatio inter alia etiam efficiet ut in singulis Ecclesiis *tempora destinata ad ipsam paenitentialem liturgiam* statuantur, et ut fideles, praesertim pueri et iuvenes, doceantur ea ordinaria ratione observare, nisi necessitatis casus inciderint, in quibus pastor animarum semper sese debebit paratum praebere ad libenter suscipiendum quicumque ad eum accesserit.

33. In novo ordine liturgico ac recentius in novo *Codice Iuris Canonici*,[196] condiciones definiuntur, quae usum sanciunt « ritus reconciliationis plurium paenitentium cum confessione et absolutione generali ». Normae autem ac praecepta de his edita rebus, fructus maturae et aequabilis ponderationis, recipienda sunt et in actum deducenda, omni vitato genere arbitrariae interpretationis.

Expedit rationes accuratius meditari, quae Paenitentiae celebrationem in alterutra formarum priorum praescribant et quae usum tertiae formae permittant. Est imprimis ratio *fidelitatis* erga voluntatem Domini Iesu Christi, doctrina Ecclesiae traditam, et obtemperationis etiam Ecclesiae legibus. Synodus in quadam *Propositione* confirmavit immutatam doctri-

[194] *Ordo Paenitentiae,* 7 b.
[195] *Ordo Paenitentiae,* 17.
[196] Cann. 961-963.

nam, quam Ecclesia hausit ex antiquissima Traditione, necnon legem illam, qua vetusta consuetudo paenitentialis in codicem est ab ea relata: singularis et integra peccatorum confessio cum absolutione pariter singulari *unicum ordinarium modum* constituit, quo fidelis, peccati gravis conscius, reconciliatur Deo atque Ecclesiae. Ex hac confirmatione Ecclesiae doctrinae consequitur manifesto ut *omne peccatum grave semper sit declarandum,* cum adiunctis, quibus determinetur, *in confessione singulari.*

Est insuper ratio *pastoralis ordinis.* Si verum est ob occurrentes condiciones, disciplina canonica postulatas, tertiam celebrationis formam posse adhiberi, tamen non inde oblivisci licet *hanc non fieri posse formam ordinariam* neque posse nec debere adhiberi — id Synodus repetivit — nisi « in gravis necessitatis casibus », obligatione perstante confitendi singillatim peccata gravia, priusquam iterum accedatur ad aliam absolutionem generalem. Episcopus ergo, cuius solius est, intra fines suae dioecesis, aestimare utrum condiciones reapse habeantur, quae lege canonica circa tertiae formae usum statuuntur, hoc iudicium faciet *graviter onerata conscientia* pleneque observata lege et praxi Ecclesiae necnon ratione habita criteriorum et mentium directionis, de quibus — innixis quidem in considerationibus doctrinalibus et pastoralibus, quae supra sunt expositae — cum ceteris membris Conferentiae Episcopalis convenerit. Similiter semper vera sollicitudine pastorali condiciones proponantur ac serventur, quae tertiae formae usum idoneum reddant ad spirituales fructus pariendos, quorum causa est illa instituta. Neque extraordinarius tertiae formae celebrationis usus umquam inferat licet minorem aestimationem, nedum relictionem, solitarum formarum, neque licet censere optionem dari utrum tertia forma pro utralibet priorum adhibeatur. Non enim libertati Pastorum et fidelium permittitur e memoratis celebrationis formis eam eligere, quae magis opportuna habeatur.

Pastores officio astringuntur usum confessionis integrae et singularis peccatorum faciliorem reddendi fidelibus, quae iis non est solum obligatio, verum etiam ius, quod violari et auferri non potest, praeterquam quod est animae necessitas. Fidelibus autem tertiae formae celebrationis usus officium imponit universas normas observandi, quae eius exercitationem moderantur, non excepta lege, qua vetantur ne ad novam absolutionem generalem recurrant ante confessionem integram et singularem peccatorum, quae quam primum peragi debet. De hac norma deque obligatione eius servandae admonendi sunt fideles et instituendi a Sacerdote ante ipsam absolutionem.

Cum hac monitione de doctrina legeque Ecclesiae inculcare omnibus volumus sensum vivum propriorum officiorum, qui nos dirigere debet in sacris rebus tractandis, quas, sicut Sacramenta, non ut aliquid proprium possidemus, aut quas iure suo non relinqui licet in ambiguitate et confusione, sicut conscientias. Res sacrae — iterum dicimus — sunt et illa et hae: Sacramenta atque conscientiae, quae a nobis poscunt ut in veritate iis serviamus.

Haec ratio est legis Ecclesiae.

34. Hoc loco necesse esse arbitramur mentionem etiam brevissimam facere casus cuiusdam pastoralis, de quo Synodus egit — quantum quidem id facere potuit —, etiam in aliqua *Propositione* sua illum exponendo. De certis loquimur quibusdam condicionibus, hodie quidem non infrequentibus, in quibus christiani versantur, in praxi religiosa sacramentali persevarare cupientes, qui tamen condicione sua personali praepediuntur, quae officiis, quibus se coram Deo et Ecclesia libere obstrinxerunt, adversatur. Hae sunt profecto condiciones, quae peculiarem in modum difficiles sunt ac paene inexplicabiles.

Non paucae pronuntiationes, tempore Synodi sententiam

generalem Patrum declarantes, docuerunt duo principia simul exsistere mutuaque vi inter se afficere, gravis aequabiliter momenti, ad hos casus quod attinet. Primum principium est commiserationis et misericordiae, ex quo Ecclesia, Christi opus pergens, nolens mortem peccatoris sed ut convertatur et vivat,[197] studensque calamum quassatum non conterere et linum fumigans non exstinguere,[198] conatur semper, quantum facere potest, viam reditus exhibere ad Deum necnon reconciliationis cum eo. Alterum principium est veritatis et consonantiae, ex quo Ecclesia non consentit bonum appellare malum nec malum bonum. Secundum duo haec principia, inter se complentia, non potest facere Ecclesia quin filios suos hortetur ut, qui in acerbis illis condicionibus inveniantur, ad divinam misericordiam appropinquent per alias vias, non autem per viam Sacramentorum, praesertim Paenitentiae et Eucharistiae, donec praescriptas animae dispositiones consequantur.

De hoc argumento, quod etiam corda nostra ut pastorum discruciat, visum est nobis dilucida verba proferre debere in Adhortatione Apostolica, *Familiaris Consortio* quae nominatur, quod attinet ad divortio digressos novisque nuptiis iunctos,[199] vel ad christianos, qui, quoquo modo, more legi contrario vivunt.

Simul vero hortari nos omnino oportere sentimus, una cum Synodo ipsa, ut ecclesiales communitates, imprimisque Episcopi, omne, quod possunt, auxilium praebeant Sacerdotibus illis qui, a gravibus in Ordinatione sua susceptis officiis recedentes, in condicionibus haud legitimis versantur. Nemo quidem fratrum illorum se ab Ecclesia derelinqui sentiat licet.

Signa maternae bonitatis ab Ecclesia exhibita, auxilium pietatis actuum ab actibus sacramentalibus diversorum, nisus

[197] Cfr. *Ez* 18, 23.

[198] Cfr. *Is* 42, 3; *Mt* 12, 20.

[199] Cfr. Adhort. Ap. *Familiaris Consortio*, 84: *AAS* 74 (1982), 184-186.

sincerus necessitudinem habendi cum Domino, participatio Sacrificii eucharistici, crebra repetitio actuum fidei, spei, caritatis, doloris quam perfectissimorum, viam poterunt parare ad plenam reconciliationem, eo quidem tempore peragendam, quod sola Providentia novit, iis omnibus, qui in praesenti non illas obiectivas condiciones implent, quas Sacramentum Paenitentiae postulat.

35. Sub finem iam huius Documenti sentimus in nobis quasi imagine vocis referri et nos ipsi repetere vobis universis cupimus apostolicam cohortationem, quam primus Episcopus Romanus tempore magni discriminis, in exordio Ecclesiae, adhibuit « electis advenis dispersionis ... secundum praescientiam Dei Patris » :[200] (estote) « omnes unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles ». Apostolus admonuit : « (estote) omnes unanimes ... » ; at continuo perrexit peccata recensere adversus concordiam ac pacem, quae sunt fugienda : « non reddentes malum pro malo vel maledictum pro maledicto, sed e contrario benediccentes, quia in hoc vocati estis, ut benedictionem hereditate accipiatis ». Sermonem vero finivi t verbis confirmationis : « quis est qui vobis noceat, si boni aemulatores fueritis? ».[201]

Hanc quidem Adhortationem, tempore historiae non minoris discriminis, coniungere audemus cum admonitione Principis Apostolorum, qui primus hanc Romanam Cathedram tenuit, uti Christi testis ac pastor Ecclesiae, quique « praesedit caritati » coram mundo universo. Nos quoque iuncti Episcopis, apostolorum successoribus, atque sustenti collegiali tractatione, quam ex iis multi in Synodo congregati habebant de argumentis et quaestionibus ipsius reconciliationis, vobiscum partiri voluimus eodem animi affectu ac piscator Galilaeae id quod fidei fratribus nostris, tempore longinquis corde vero

[200] Cfr. *1 Pe* 1, 1s.; 3, 8.

[201] *1 Pe* 3, 9. 13.

consociatis, edixit: « (estote) omnes unanimes non reddentes malum pro malo boni aemulatores ».[202] Et addidit: « Melius est enim benefacientes, si velit voluntas Dei, pati quam malefacientes ».[203]

Hoc omne mandatum verbis contexitur, quae ab ipso Iesu audiverat Petrus, necnon notionibus, quae eius « laeto nuntio » continebantur : hae sunt : novum amoris mutui praeceptum, flagrans desiderium et officium unitatis servandae, beatitudines misericordiae et patientiae in persecutione propter iustitiam, compensatio mali per bonum, venia offensionum, amor inimicorum. Talibus quidem dictis ac cogitatis summa primigenia transcendensque naturam ipsius ethicae doctrinae christianae, vel quo melius et altius dicamus, spiritualis doctrinae Foederis Novi in Iesu Christo comprehenditur.

Patri, qui dives est in misericordia, Dei Filio, qui factus est homo ut redemptor noster et reconciliatur, et Spiritui Sancto, unitatis pacisque fonti, hanc nostram hortationem, ut patris ac pastoris, ad paenitentiam et reconciliationem committimus. Sanctissima adorandaque Trinitas faciat ut in Ecclesia ac mundo semen parvum efflorescat, quod nunc feraci terrae tot cordium humanorum mandamus.

Ut inde non post diuturnum tempus uberes fructus oriantur, vos omnes rogamus ut animos nobiscum intendatis ad Cor Iesu Christi, quod est signum evidens divinae misericordiae, « propitiatio pro peccatis nostris » et « pax et reconciliatio nostra »,[204] interiorem impulsionem accepturi ad peccatum detestandum et conversionem ad Deum peragendam divinamque ibi benignitatem in venturi, quae paenitudini humanae amanter respondet.

Vos etiam oramus ut nobiscum mentes dirigatis ad Immaculatum Cor Mariae, Iesu Matris, in qua «effecta est re-

[202] *1* Pe 3, 8. 9. 13.

[203] *1* Pe 3, 17.

[204] Litaniae de Sacratissimo Corde Iesu; cfr. *1 Io* 2, 2; *Eph.* 2, 14; *Rom* 3, 25; 5, U.

conciliatio Dei cum hominum genere impletum opus reconciliationis, cum a Deo recepisset gratiae plenitudinem ob redimens Christi sacrificium.[205] Re quidem vera, Maria Dei facta est socia ob maternitatem suam divinam in opere ipso reconciliationis.[206]

In manus huius Matris, cuius vox « Fiat » exordium fuit illius ((plenitudinis temporum », in qua a Christo perfecta est hominis reconciliatio cum Deo, in eius Cor Immaculatum, cui iterato totum commendavimus hominum genus peccato conturbatum disruptumque tot contentionibus ac dimicationibus, tradimus nunc peculiari ratione hanc intentionem: ut, ipsa deprecante, ipsum hominum genus conversionis viam, quae una perducere eos poterit ad plenam reconciliationem, detegat atque percurrat.

Universis demum vobis, qui spiritu ecclesialis communionis, in oboedientia ac fide,[207] monita, consilia, normas directorias, quae in hoc Documento continentur, accipietis, studentes ea in vitalem pastoralem operam deducere, adiutricem libentissime impertimus Apostolicam Benedictionem.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die II mensis Decembris, Dominica I Adventus, anno MCMLXXXIV, Pontificatus nostri septimo.

IOANNES PAULUS PP. II

[205] IOANNES PAULUS PP. II, Sermo habitus in Admissione Generali die 7 Decembris 1983, n. 2: *Insegnamenti,* VI, 2 (1983), 1264.

[206] Cfr. IOANNES PAULUS PP. II, Sermo habitus in Admissione Generali die 4 Ianuarii 1984: *Insegnamenti,* VII, 1 (1984), 16-18.

[207] Cfr. *Rom* 1, 5; 16, 26.

CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

I
GEITAËNSIS

Distractis nonnullis territoriis a dioecesi Mwanzaënsi nova dioecesis Geitaënsis constituitur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Summi Pontificis est, utpote universo Christi gregi regendo praepositi, omnia ad regimen Ecclesiae ita constituere atque disponere, ut simul maior obtineatur Christifidelium utilitas, et animarum Pastores sacri sui ministerii negotia facilius et expeditius agant. Cum igitur a nobis postulatum esset, ut dioecesis Mwanzaënsis in Tanzania divideretur et nova alia institueretur, pro certo habentes eiusmodi divisionem et institutionem populo Dei ibidem degenti esse profuturam, preces exaudiendas esse censuimus. Quamobrem, audita sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide praepositorum, Nostra usi Apostolica auctoritate et potestate, haec quae sequuntur decernimus. A dioecesi Mwanzaësi territoria districtuum civilium, qui vulgo Geita et Sengerema appellantur, distrahimus et ex his novam dioecesim Geitaënsem constituimus, Metropolitanae Ecclesiae Taboraënsi subiectam et Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide iurisdictioni obnoxiam. Novae dioecesis episcopalem sedem in urbe Geita collocamus, et ecclesiam ibidem sitam ad dignitatem ecclesiae cathedralis evehimus. Quae autem statuimus, nunc et in posterum firma esse volumus, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die octavo mensis Novembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

© DERMOT J. RYAN
Archiep. emerit. Dublinen.
Congr. pro Gentium Evang. Pro-Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton Apost. s.n.*

Loco Plumbi
In Secret. Status tab., n. 142.684.

II

UDAIPURENSIS

Quibusdam locis ab Ecclesia Aimerensi et Iaipurensi distractis nova conditur dioecesis nomine Udaipurensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

In gravissimis muneris Nostri officiis vigilanter implendis consilia quoque et incepta quam maxime curamus persequenda, quibus et « populi Dei saluti quam perfectissime fieri potest ministretur *(CD,* 22) et in Missionum regionibus evangelizationis opus quam efficacissime etiam adiuvetur. Quare, cum propositum sit Apostolicae huic Sedi, ut, quibusdam locis ab Ecclesia Aimerensi et Iaipurensi separatis, quae nominatim infra significabimus, nova conderetur in illa regione dioecesis, Nos, cum et in votis id sit quorum interest, de sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide negotiis praepositorum, quam hodie ad Nos relatam confirmamus, deque plenitudine potestatis Nostrae Apostolicae hac ipsa die per has Litteras loca seu provincias civiles a dioecesi Aimerensi et Iaipurensi distrahimus, quae vulgo nuncupantur : Bhilwara, Udaipur, Chittorgarh, Dungarpur et Manswara, quae in dicione civili « Rajasthan » sunt sita ; necnon minorem circumscriptionem, quae vulgo appellatur « tehsil of Thandla » et ad dicionem civilem « Madhya Pradesh » pertinet. Iis ipsis locis simul sumptis novam dioecesim condimus nomine *Udaipurensem,* quam archidioecesi Agraensi suffraganeam subicimus. Simul statuimus ut novae Ecclesiae Episcopi cathedra in principi sit dioecesis templo, quod in ipsa urbe vulgo Udaipur exstat quodque proinde etiam evehimus ad cathedralis templi dignitatem. Deinde mandamus ut ad statutum ius pro canonicis ibidem consultores dioecesani eligantur electorumque ex opera commodum percipiatur. Ad haec autem omnia rite perficienda deputamus venerabilem Fratrem Augustinum Cacciavillan, Archiepiscopum titulo Amiterninum atque in India Pro-Nuntium Apostolicum, vel quem ipse delegaverit, necessariis factis facultatibus. Re vero acta, certa veraque singulorum exempla documentorum ad eandem, quam diximus, Sacram Congregationem cito transmittantur. Pariter volu-

mus Apostolicas has Litteras Nostras ratas esse nunc et in posterum, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Decembris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri septimo.

© CAROLUS Card. CONFALONIERI
S. Collega Decanus

© DERMOT J. RYAN
Archiep. emerit. Dublinen.
Congr. pro Gentium Evang. Pro-Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*

Hyginus Quadraroli, *Proton. Apost.*

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. lJ^HO,

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Venerabilibus Servis Dei Villelmo Repin et Sociis eius, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Dominus noster Iesus Christus a se delectos Apostolos primum quidem ad vicinas regiones Ierusalem atque Galilaeae misit. Quandoquidemque sciebat quid lateret in homine, idcirco discipulos commonebat mitti eos sicut oves inter lupos. Quocum scilicet hoc Magister portendebat, fore ut post exitum suum iis ad gentes eundem esset, ut Evangelium salutis omni creaturae praedicarent. Ceterum id etiam aperte palamque dixit, cum ait : Tradent enim vos in consiliis; et persequentur vos; et morte afficient propter nomen meum; sed confidite : ego vici mundum (cf. *Evang.* passim). Quasi diceret: sed et vos vincetis per sacrificium vestri ; qua re et coronam merebitis, iis promissam qui perseveraverint usque in finem. Haec sane verba, pressa atque praeclara quibus tanta praenuntiantur simul toleranda, simul fruenda iis qui mortem, Christi amore, obierint, causam exhibent cur martyres omnium aetatum sanguinem suum fuderint : ne videlicet a Christo, divina hostia, separarentur, sed cum illo tandem aeternam gloriam communicarent. His autem ii constantissimi et interriti viri mulieresque accensendi sunt, qui saeculo xvin, in hor-

renda rerum mutatione quae in Gallia facta est, complures martyrium fecerunt; quorum profecto intemeratam fidem puramque religionem hodie et honorandam et imitandam proponimus ad mortem usque, si Deus poposcerit. Agitur autem de nonaginta novem illis fidelibus christianis, qui, quasi praetoria militum cohors, ab hostibus religionis, per vim nova poscentibus, oppressi sunt a tertio Cal. Novembres, anno MDCCXCin, ad pridie Idus Octobres, anno MDCCXCIV. Quo labente anno, omnium profecto cruentissimo in illa aetate renovationis — terroris dicunt —, iam omnes illi comprehendi, et caeco detrudi carcere, et interrogari sine lege, et praecipiti iudicio damnari nulla appellatione, aut securi percussi, aut igneis globulis interfecti. Antequam autem de singulis pauca dicimus, id summatim certum testatumque volumus : hos fidei heroas fuisse quidem inter se diversos origine, censu, poenis ac suppliciis, sed ad unum omnes fortitudine summa ac robore iniquis respondisse iudicibus, studia sua et amorem erga Christi Ecclesiam testantes, a qua neque illegitima iura iuranda abduxerunt ab iis negata, neque oboedientia indignis pastoribus, qui talia iura iuranda dedissent, quorum auctoritatem detrectaverunt sive in Sacramentorum celebratione, maxime Eucharistiae, sive in excipiendo matrimoniali consensu, quo Dei benedictionem consequerentur. Sola autem certa testimoniorum de heroica illorum fide consideratio effecit, ut nonaginta novam hi Viri vere Martyres haberentur, in odium fidei scilicet ab hominibus temptati et occisi, quos princeps tenebrarum exagitabat. Non ergo sine causa, continuo post eorum necem, locus ubi octoginta quattuor illorum necati sunt « ager Martyrum » est appellatus ; ceteri vero quindecim, qui in Andegavensi foro securi percussi fuerant, sunt eodem nomine honorati. Princeps autem ac quasi dux nobilissimi et animosissimi huius agminis Villelmus Repin fuit, Vir sane octoginta quinque annorum ac natu maximus; qui una cum reliquis undecim sacerdotibus, securi simul necatis, forma et exemplar evasit eius cleri, qui, maximam partem, iudicium sollicitationibus non cesserunt, neque novis rebus faverunt, specie quidem utilibus, re vero fallacibus ac dolosis. Cum his etiam tres Religiosae mulieres martyrium subierunt ; quarum duae e Societate a S. Vincentio de Paulo, deditae aegrotis et ab ipsis persecutoribus insontes iudicatae ; tertia vero, quae de Sororibus Benedictinis a Calvaria erat, vitamque degebat contemplativam, dum familiam viseret capta est. Ceteri omnes Martyres e laicorum ordine erant; ex iisque quattuor quidem viri fuerunt, octoginta mulieres. Neminem autem iudices aut seditionis, aut armatae rebellionis insimulare potuerunt; sed omnes

aut e familiae sinu, aut e cotidiano opere rapti sunt tranquilla ac serena coscientia operantes, id unum omnes dolentes, quod in tanta temporum iniquitate, tam atrox bellum in christianam religionem commoveretur inque consectaria officia inde profluentia; quae heroi illi cives nonnisi cum vitae discrimine clandestino more tueri curabant. Cum autem post illorum mortem hi Christi athletae una voce « Martyres » dicerentur, atque late eorum fama vagaretur signis divinis confirmata, de illorum Causa beatificationis agi coeptum est. Ac primum quidem in dioecesi Andegavensi, in qua omnes nati erant; postea vero apud Sacram Congregationem Rituum, ut tum vocabatur. Ac res quidem sua natura difficilis est Historicae eiusdem Sacrae Congregationis Sectioni mandata. Nata inde ampla Positio super Introductione Causae et Martyrio Servorum Dei Villelmi Repin et nonaginta octo Sociorum eius. Post haec, Causa est formaliter apud Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum introducta, die tertio decimo novembris, anno MDCCCCLXXVI, Paulo VI, Decessore Nostro, probante. Tum etiam acta quaestio de illorum Martyrio deque causa Martyrii. Quae Nos, die nono mensis Iunii, anno MDCCCCLXXXIII, constare declaravimus, simul Causae actores liberantes a signis probandis ad beatificationem necessariis. Post vero cetera rite acta, hunc diem, seu undevicesimum mensis Februarii, anno MDCCCCLXXXIV, statuimus ad sollemnem ritum beatificationis ipsius Villelmi Repin eiusque Sociorum, quacum illam coniungi etiam decrevimus Venerabilis Famuli Dei Ioannis Mazzucconi ; quare hodie in Basilica S. Petri, Romae, per sacrum haec pronuntiavimus verba : « Nos, vota Fratrum Nostrorum Ioannis Orchampt, Episcopi Andegavensis, Caroli Martini, Archiepiscopi Mediolanensis, nec non plurium aliorum Fratrum in episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Villelmus Repin et Socii, et Ioannes Mazzucconi, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beatorum Villelmi Repin et Sociorum, die prima Februarii, Ioannis Mazzucconi die vicesima quinta septembris in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIX mensis Februarii, anno MDCCCCLXXXIIII, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 129.146.

II

Nuntiatura Apostolica in Insulis Seicellensibus constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ut Ecclesiae ipsius, quae Christi caritate nullam non prosequitur per orbem gentem, regimini illis in locis certius quidem pleniusque prospiciatur, Nos qui suprema et immediata atque universali in curam animarum ex divina institutione gaudemus potestate, tempus iam adesse censemus ut, initis iam feliciter mutuae necessitudinis rationibus inter Apostolicam Sedem et Rem Publicam Insularum Seicellensium, eadem in Civitate iure constituatur Nuntiatura Apostolica, unde Catholicum nomen radices firmiter agere in posterumque convenienter prosperari possit. Hanc igitur ob causam, rebus singulis funditus perspectis ac perpensis summa auctoritate Nostra hasce per Litteras solito more datas Nuntiaturam Apostolicam in commemorata supra Re Publica Insularum Seicellensium erigimus eidemque officia ac privilegia necnon indulta deferimus universa quae talium sunt Legationum Pontificiarum propria. Haec ita profecto decernentes statuimus ut Apostolicae hae ipsae Litterae vim exserant suam et nunc et deinceps, contrariis quibusvis rebus neutiquam obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvii mensis Iulii anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £& Sigilli
In Secret. Status tab., n. *142911.*

III

B. Virgo Maria sub titulo Immaculati Cordis Patrona Angolae confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Inspicienti cuique tam ortum Christiani nominis quam ipsius progressum haec quinque per superiora saecula apud Angolanam nationem continuo quidem elucet quot quamque arctis vinculis religiosus cultus et titulus pulcherrimus Immaculati Cordis Mariae convenerit semper vereque conspiraverit cum omni ferme

parte Catholicae Ecclesiae eadem in communitate : nempe cum sacris ibidem missionibus et exstructis passim paroeciis, cum usibus crebris pietatis et ritibus ipsis liturgicis. Nihil igitur prorsus mirandum quod Venerabiles Fratres in episcopatu Ordinarii Angolanae Ecclesiae, vehementer cupientes prosperitatem suae civitatis et causam pacis iustitiae progressionis ipsius efficaciter coniungere cum spectatissimo illo cultu tralaticio Catholici populi erga Sanctissimam Iesu Christi Matrem sub titulo Immaculati Cordis, uno animo unoque adfectu elegerunt legitime et instituerunt veluti Patronam apud Deum nationis suae eandem Deiparam Virginem praestabili sub eodem nomine a Nobisque rite petiverunt ut electionem ilam et approbationem ipsi Nos vicissim ratam habeamus confirmemusque. Quoniam igitur vix quidquam congruentius ipsi historiae et condicioni rerum dispicimus nec utilius intellegimus venturo fiori ac vigori Ecclesiae Catholicae iisdem in locis, libenter idcirco adsentimur precibus a Conferentia Episcopali motis atque secundum sententiam Sacrae Congregationis pro Cultu Divino simulque Instructionem eiusdem Sacrae Congregationis « de Calendariis particularibus atque Officiorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30 », potestate apostolica Nostra harumque vi Litterarum Beatissimam Virginem Mariam titulo praestantem Immaculati Cordis principalem confirmamus apud Deum Patronam nationis Angolae, cunctis simul adiectis iuribus et privilegiis liturgicis quae lege hinc obtingunt. Praevidentes autem iam nunc salutaria huius caelestis patronatus effecta copiosaque inde manantia spiritalis indolis commoda primi imploramus Nos eandem mirabilem Patronam pro dilectissimo Angolae populo ac mandamus ut quae hisce Litteris sunt edicta modo nunc modo in posterum prorsus sint firma, quibuslibet rebus neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris die XXI mensis Novembris anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In ***Secret. Status tab.,*** *n. 11,201$.*

IV

Sancta Teresia a Iesu Jornet Ibars, Virgo, Patrona confirmatur apud Deum senum in Aequatoria degentium.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Pius atque castus beatorum caelitum cultus id nimirum spectat, ut non solum sanctissimi illi amici Dei digne honorentur a fidelibus, cum tot ingruentibus discriminibus atque periculis sint Patroni apud Deum potentissimi, sed etiam ut homines, ad aeterna litora iter facientes, eorum exempla - virtutis presse sequantur : quo enim asperior via ad patriam immortalem, eo maiora auxilia apparari oportet euntibus. Quam ob rem, cum Venerabilis Frater Paulus S. R. E. Cardinalis Muñoz Vega, Archiepiscopus Quitensis, idemque Coetus Episcoporum Aequatoriae Praeses, suo suorumque Conlegarum nomine, praeterquam populi, ab hac Apostolica Sede petierit ut electionem a fidelibus factam et a se rite probatam Sanctae Teresiae a Jesu Jornet Ibars tamquam Patronae senum totius Aequatoriae confirmaremus, scilicet secundum praescriptionem Instructionis de Calendariis particularibus atque Ofiiciorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30 ; Nos, explorato omnia ad Iuris Canonici normam acta esse, petentis optatis libenter concedimus. Iis ergo probatis, quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino hac de re statuit, factis olim a Nobis facultatibus, placet S. Teresiam a Iesu Jornet Ibars Virginem, esse et haberi Patronam apud Deum senum Nationis Aequatoriae, cum iuribus atque privilegiis liturgicis iuxta rubricas, contrariis nihil obstantibus. Id autem agentes certa spe ducimur fore ut aucta pietas erga tantam Patronam, tum in Dei gloriam, tum etiam in senum bonum recidat, quos illa ceu mater toto pectore, ad Christi iussum (cf. *Matth.* 25, 31 sq.), amavit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die VII mensis Decembris, anno MDCCCCLXXXIIII, Pontificatus Nostri septimo.

ffl CAROLUS Card. CONFALONIERI, *8. Collegii Decanus*

Loco £B Sigilli
In Secret. Status tab., n. 142687.

V

Sanctus Martinus Dumensis episcopus, archidioecesis Bracarensis Patronus confirmatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Omnes fere locorum Ecclesiae quosdam Sanctos peculiari colunt veneratione, sive quod ab iis ad fidem genitae sunt, sive quod auctae, firmatae, illustratae, sive denique quod pluries et multimodis eorum auxilium expertae, iure se sentiunt in eorundem esse tutela. Non aliam ob causam clerus et populus christianus archidioecesis Bracarensis, sacram a maioribus erga Sanctum Martinum Dumensem episcopum traditam pietatem et quasi singularem acceptam hereditatem, fervida constantia servant. Salutaribus huius religionis consideratis fructibus, Venerabilis Frater Henricus Dias Nogueira, Archiepiscopus Bracarensis, voluntatem fidelium curae suae commissorum interpretans, electionem Sancti Martini Dumensis episcopi in Patronum apud Deum eius archidioecesis, quam nuper diximus, auctoritate sua rite approbavit. Volens autem hoc actum Apostolica potestate muniri, enixe postulavit ut electionem illam et approbationem secundum normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque ofiiciorum et Missarum propriis recognoscendis », n. 30, confirmaremus. Nos igitur, ex sententia Sacrae Congregationis pro Cultu Divino exaudita petitione, cum constet electionem et approbationem pro iuris praescripto esse peractas, suprema Nostra Apostolica auctoritate Sanctum Martinum Dumensem episcopum archidioecesis Bracarensis Patronum apud Deum confirmamus, cum omnibus iuribus et privilegiis liturgicis secundum rubricas consequentibus ; fidentes ex aucto Patroni sui honore fideles occasionem capturos, ut in religione et in morum disciplina proficiant. Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XIV mensis Decembris, anno Domini MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri septimo.

83 CAROLUS Card. CONFALONIERI, *8. Collegii Decanus*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 144052.

VI

Summi Pontificis nomine auctoritateque ut imagini B. M. V. a Rosario « Nuestra Señora del Rosario de Iles » diadema imponat Episcopo permittitur Ipialensi.

IOANNES PAULUS PP. II

Navitas apostolica Servi Dei et ceterorum missionariorum, quamvis fructibus abundaret et pastoralibus exspectationibus, mox in graves difficultates incurrit, quarum causae fuerunt mutua contentio duarum factionum insulae Guamensis, et magis etiam calumniae et abrupta contumacia cuiusdam Sangley Choco et magorum, qui indige-

nas incitabant contra baptismum et unctionem infirmorum, affirmantes aquam et Oleum Sanctum in iis Sacramentis adhibita, causas esse mortis. Gravia discidia, quae insulae gentes perturbaverunt quaeque mortem attulerunt Patri Aloisio de Medina et aliquibus catechismi magistris, effecerunt ut milites Hispanici missionariorum defensioni se insérèrent. Huius interventus causa, inter indigenas et « advenas » exortum est illud bellum insulae Guamensis, quod « magnum » dictum est, quodque ad finem venit die 21 mensis Octobris anno 1671; sed pax incerta fuit. Unde factum est ut insequentibus mensibus certamina et violenta facinora continuata sint. Eo temporis spatio Servus Dei, studio apostolico motus, iter suscepit ut christianos inviseret suae regionis utque inquireret quendam christianum Philippinum, qui luxuriöse vivebat. A iuvene christiano Petro Calangsor comitatus iter fecit ad pagum Tumon, ubi sciebat christianum quendam Matapang vocatum, quem is beneficiis affecerat quique postea a christiana religione defecerat, filiam genuisse. Ubi Servus Dei obviam ei fuit, eum rogavit ubi esset modo genita infans baptizanda. Indigena ita rogatus furore exarsit, blasphéma dixit verba et missionario mortem est minitatus ; qui, ad solum nimirum bonum animarum spectans et omni ope nitens munus suum sacerdotale exsequi, absente patre, sed matre consentiente, puellulam baptizavit, quae in periculo mortis versabatur.

Re cognita, Matapang, reiecta qualibet missionarii explicatione, ira et odio religionis caecatus, adiuvante quodam Hirao, primum iuvenem Calangsor interfecit, deinde Servum Dei adortus est, qui pectus lancea ictus, Deo obtulit vitam suam tamquam holocaustum suavis odoris, et strenuae mortis virtuti addidit veniae christianae virtutem : « Deus misereatur tui », inquit, ad occisorem obversus, postea mortiferis plagis ab Hirao illatis extremum vitae spiritum edidit. Demum Matapang Christum cruci affixum, ex materia fictum, qui missionarii erat, confregit. Corpus autem Servi Dei in mare est deiectum. Hoc contigit die 2 mensis Aprilis anno .1672, sabbato ante Dominicam passionis Domini nostri.

Confestim Servus Dei habitus est et invocatus ut verus fidei martyr ; in cathedrali Ecclesia Manilensi « Te Deum » cantatum est ad Deo gratias agendas, cum pro certo haberetur supremum vitae sacrificium Patris Didaci Aloisii de San Vitores esse donum Dei, hominis cum Christo cruci affixo singularem similitudinem, maximum testi-

monium amoris in Deum, in Ecclesiam, in animas, lucernam in tenebris fulgentem.

Decem mensibus post mortem Servi Dei magna cum cura initus est Processus Guamensis, quem secuti sunt Mexicanus, Manilensis, rogatorialis Caebuanus et subrogatorialis Iloilensis; dein Toletanus (annis 1688-1689), cuius actorum exemplum primum ad Sacram id temporis Rituum Congregationem missum est anno 1695. Ob eventus a causa extraneos, *Positio super vita et martyrio,* curata ab Officio Historico-Hagiographico Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, nonnisi anno 1981 edita est et a Consultoribus Historicis die 24 mensis Martii anno 1982 exquisita et probata. Consultores theologi in Congressu Peculiari, die 16 mensis Aprilis anno 1984 acto, et Patres Cardinales in Congregatione Ordinaria die 19 Iunii eiusdem anni habita, ponente Em.mo Francisco Carpino, fassi sunt mortem Servi Dei Didaci Aloisii de San Vítores verum fuisse martyrium secundum Ecclesiae theologicam et iuridicam doctrinam.

Facta postmodum de praemissis omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua suffragia Patrum Cardinalium rata habens, decretum super martyrio eiusdem Servi Dei apparari mandavit.

Quod cum rite esset factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Francisco Carpino, Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater edixit : *Ita constare de martyrio et de causa martyrii Servi Dei Didaci Aloisii de San Vitores, sacerdotis professi Societatis Iesu, ut, concessa a signis seu miraculis omnique alia opportuna dispensatione, procedi possit ad ulteriora in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 9 Novembris A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

VICARIATUS APOSTOLICI ALEXANDRIAE AEGYPTI

Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Catharinae Troiani a S. Rosa Viterbiensi, Sororum Franciscalium Mission, a Corde Immaculato B. M. V. (1813-1887).

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter missionalia Instituta, quae per orbem terrarum Gentibus evangelizandis incumbunt, non infimum tenet locum illud, quod Ven. Servam Dei Mariam Catharinam Troiani a S. Rosa Viterbiensi gloriatur se conditricem habere, quodque in initio vocabatur « Institutum Sororum Franciscalium Missionalium in Aegypto », nunc vero Sorores appellantur « Franciscales Missionariae a Corde Immaculato B. M. Virginis ».

Ea autem nata est die 19 Ianuarii anno 1813 in finibus dioeceseos Ferentinae atque, virtutibus mentisque plena, die 6 Maii anno 1887 ad caelestem evolavit patriam in *Cairo,* urbe capite Aegypti, ubi Institutum ipsum originem coepit. Ad virtutum autem fastigium eandem Famulam Dei pervenisse Summus Pontifex Ioannes Paulus II, servatis omnibus de iure servandis, die 12 mensis Iulii a. 1982 declaravit.

Porro, ut eidem Venerabili honores Beatorum Caelitum decernerentur, Causae actores illico miram selegerunt sanationem inter plures, quae eadem intercedente Venerabili Serva Dei divinitus patratae vulgabantur, eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendam exhibuerunf. Eiusmodi autem praeter naturae vires sanatio contigit dominae Carolinae Scotto di Perta nuptae Esposito, natione Italae sed in Aegypto genitae apud *Porto Said.* Ipsa etenim, cum vicesimum secundum ageret annum, aegro tari coepit morbo quem periti medici dixerunt bronchospiroehaetosim. Congrua adhibita therapia, post montanam in Italia trium mensium commorationem, ad commodam reversa est valetudinem, qua deinde fruita est usque ad ineuntem annum 1952. Tum erumpere praegressi morbi symptomata et quidem prioribus graviora; et diuturniora simul, ea de causa quod aegrota facta esset medicaminum intolerantissima. Progrediente tempore, macie consumitur infirma, in peius eius condiciones vertuntur, acerbi adiunguntur dolores in ossibus praesertim oblongis artuum superiorum inferiorumque ; atque in ingui-

nali et iugulari regione, in cervicibus, in axillis tumefactiones ; gradiendi impos, lecto tenebatur anhelans, febri tussique confecta; cibum sumere somnumque capere non poterat, immo, sensim sine sensu oculorum lumina et vocem amisit. Eo igitur res pervenere ut a curatione medicus, die 9 mensis Iunii anno 1955, infaustam quoad vitam ediderit prognosim et lethalem exitum brevi futurum portenderit. Hisce in perditis adiunctis, ferventiores pro sanatione ingeminatae sunt Deo preces, implorato Venerabilis Mariae Catharinae patrocinio. Nec frustra; nam prima nocte diei 10 eiusdem mensis Iunii, aegrota placidissimo correpta est somno, per quem, uti ipsa refert, vidit Venerabilem nostram nuntiantem eiusdem recuperatami sanitatem. Et ecce, summo mane e somno expergefacta — dictum mirabile — illico Carolina redditam sibi sanitatem sensit, recuperato oculorum lumine; cognoscit tumefactiones omnes evanuisse, surgit e lecto, cibum libenter appetens. Matutinis horis gradi coepit seseque in ecclesiam confert gratias Deo actura ; deinde, laetantis speciem praebens, in conspectum medici curantis venit qui, peracta clinica et radioscopica recognitione, mirabundus agnovit eandem ad bonam plenamque rever sam esse valetudinem. Quod et periti ab inspectione tunc et etiam post amplius viginti et quinque annos confirmarunt.

Cum et medentes et testes plures necnon sanata ipsa ad miraculum conclamarunt, instructi sunt anno 1957 super descripta superius sanatione Apostolicae Sedis auctoritate processus in Urbe et in Vicariatu Apostolico Alexandriae Aegypti, de quorum iuridica forma et vi Sacra haec Congregatio constare decrevit die 15 mensis Octobris anni 1982. Postmodum Medicum Consilium eiusdem Sacri Dicasterii, die 8 Martii a. 1984 coadunatum, severo examini subiectis depositionibus tum testium tum medicorum a curatione, ab inspectione et ex officio deputatorum peritorum, praeter naturae vires praedictam sanationem contigisse affirmavit, licet veram morbi diagnosim non definiverit sed potius morbi **Syndromen** seu morbi signa apte acuteque descripserit. Quaestio tota subiecta est deinde examini theologorum, et quidem primum, die 26 mensis Iunii eodem anno 1984, in Congressu Peculiari Consultorum, moderante Fidei Promotore; postea, die 23 Octobris eiusdem anni, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente Em.mo ac Rev.mo Domino Ladislao Rubin. Quibus de rebus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis rata habens, mandavit ut super **eadem** mira **sanatione** decretum appararetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto et Ladislao Rubin, Causae ponente, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more con vocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de miraculo a Deo intercedente Venerabili Serva Dei Maria Catharina Troiani a S. Rosa Viterbiensi, patrato, videlicet de instantánea, perfecta et constanti sanatione dominae Carolinae Scotto di Perta « a sindrome febbrile ad andamento recidivante bifásico, caratterizzata da affezione respiratoria ingravescente ad impronta emoraggica con adenolinfopatie suppurate e fistolizzate nel secondo episodio e stato di grave deperimento generale insorto in soggetto probabilmente immuno-compromesso ».*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Novembris A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

FRIBURGEN.

Canonizationis Servae Dei Ulricae Nisch (in saeculo: Franciscae), Religiosae professae Congregationis Sororum a Caritate Sanctae Crucis ab Ingenbohl.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Magnopere sane est mirandum divinam Providentiam sibi eligere stulta et infirma huius mundi, ut confundat superbi saeculi sapientiam (cfr. *1 Cor* 1, 8). Enimvero in eos, quos Deus delegit, quosque tamen mundus ignobiles et contemptibiles putat, ascribenda est soror TJlrica Nisch, religiosa professa provinciae Badeniae Instituti Sororum a Caritate Sanctae Crucis ab Ingenbohl nuncupatarum, quae, Immilli-

mis muneribus semper iuncta, saeculo ignota vixit, mortua vero tam late floret sanctitatis fama, ut fidelium turmae, ut notissimum est, frequentius in dies ad eius sepulcrum invisendum undique accurrant. Non quidem gesta speciosa, quae obscura cuiusvis sui proximi ancilla in sua condicione aggredi non potuit, sed contra continua eius religiosae humilitatis et simplicitatis exempla, immutabilis animi tranquillitas in adversis tolerandis, patientia et mirabilis diligentia in laboribus impositis explendis, cotidianum denique omnigenarum virtutum exercitium, omnes ostendunt sanctitatis notas, quae in aureo libro de *Imitatione Christi* enumerantur, videlicet : « Crucem portare, crucem amare, corpus castigare et servituti subiicere, honores fugere, contumelias libenter sustinere, seipsum despicere et despici optare, adversa quaeque cum damnis perpeti et nihil prosperitatis in hoc mundo desiderare» (1. II, 12, 19).

Pia virgo Ulrica *Oberdorf-Mittelbiberach* in pago, qui in finibus dioeceseos Rottenburgensis-Stutgardiensis situs est, die 18 mensis Septembris a. 1882 in vitam venit, eique, cum insequenti die sacro fonte ablueretur, nomen Francisca inditum est. Ab ipso vitae exordio puellula summae parentum egestatis peculiarisque familiaris status incommoda experiri coacta est, nec tamen tenerae naturae, vitae rationis, pietatis detrimentum accepit. Curae et tutelae aviae et materterae addicta Francisca per annos pueritiae primaeque adulescentiae non solum a virtutis tramite non deflexit, sed pietate ac prudentia aetatem praetergressa, mirum in modum in cunctis proficiebat domesticis virtutibus, suisque anteibat aequalibus incenso pietatis studio, quo christianam catechesim mature addiscere conitebatur, atque sacris in ecclesia paroeciali intererat.

Primis elementis instituta cum esset, ut domesticis necessitatibus subveniret, Francisca anno 1898 primum cognatis in vico *Sauggart,* deinde lutheranae familiae Biberaci famulata est. Anno 1900 Rosacum in Helvetiorum civitatem se contulit, ubi operam suam familiae moderatoris scholae magistrorum navans omnium gratiam sibi concili avit, itemque ob singularis pietatis exempla admirationem movit.

Quae superioribus annis de eligendo religioso statu iam cogitaverat, puella, cum anno 1904 gravi morbo affecta in valetudinario Rosacensi iaceret, caritatis et pietatis studio Sororum Ingenbohlensium religionisque sensibus imbuta, ad earum Institutum advolare constituit.

In pago, cui nomen *Hegne,* in domo provinciali Badeniae, Francisca Nisch, nomine Ulrica sumpto, tirocinium posuit, quo perfecto die

24 mensis Aprilis anno 1907 priora vota nuncupavit. Quovis tempore et loco, ubi Serva Dei ex oboedientia vitam degit, scilicet in oppidulo *Bühl,* deinde in urbe Aurelia Aquensi (v. *Baden-Baden)* humillima munera, praecipue coquae adiutricis officium libentissime suscepit, indefessam se praebens ancillam, quae ex tota agendi ratione palam ostendit se inaestimabile pretium laboris non solum cognoscere, sed etiam maximi facere. Sanctitati simul assequendae sese totam dedidit per accuratissimam regularis disciplinae observantiam, absolutam oboedientiam, diuturnum orationis studium et pietatis cultum. Fortis mulier praeterea Ulrica dicenda est, quae, cum Deo inniteretur et aeterni praemii spe sustentantur, omnes difficultates, res adversas, obstacula pertulit aequo semper animo, hilari vultu et numquam a viribus defecta. Tantis virtutum documentis addendae sunt patientia et divinae voluntati obtemperatio, quibus imbecillae valetudinis incommoda et aegritudinis dolores eadem pertulit. Humile denique obscurumque ancillae culinariae munus soror Ulrica mirabiliter ad dignitatem fructuosi apostolatus evexit. Eximia enim caritate commota, Serva Dei ex qualibet causa rationeque opportunitatem arripiens consororibus et familiaribus, operibus quidem, ac praesertim sapientibus consiliis hortationibusque auxiliabatur.

Aetas piae alumnae Congregationis Sororum a Caritate Sanctae Crucis brevi triginta annorum spatio comprehensa est. Attritis enim lento morbo viribus, mense Augusto a. 1912 soror Ulrica ad pagum Hegne in valetudinarium sanctae Elisabeth prope domum provincialem est translata, ubi die 8 mensis Maii a. 1913 exitu placidissimo animam efflavit.

Opinio, quam de Servae Dei sanctimonia, postquam ipsa e vivis decessit, consorores et familiares immutatam nulloque modo obscuratam retinuerunt, accedente gratiarum celebritate, quae ipsa Dei Famula deprecante contigisse ferebantur, ita percrebruit atque latius est divulgata, ut de Beatorum Caelitum honoribus eidem decernendis agi coeptum sit. Instructi sunt igitur apud Curiam archiepiscopalem Friburgensem, annis 1951-1953, processus ordinaria auctoritate super fama sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere, et super scriptis atque super cultu publico Famulae Dei non exhibito; quae inquisitiones expletae Romam, ad Sacram tunc Rituum Congregationem, delatae sunt. Edito autem decreto super scriptis Servae Dei tributis die 10 Februarii anno 1960, Causa ipsa introducta est penes Apostolicam Sedem, probante Ioanne Paulo II Papa, die 31 mensis

Iulii a. 1981, indulta dispensatione a processu apostolico super virtutibus in specie instruendo. Recognita deinde, die 2 Aprilis a. 1982, oboedientia Urbanianis Decretis super indebito cultu non praestito, deventum est ad disceptationem super virtutibus in specie eiusdem Servae Dei, et quidem primum, die 19 Iunii hoc anno 1984, in Congressu Peculiari Patrum Consultorum, moderante Fidei Promotore; deinde, die 6 Novembris eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium in aedibus Vaticanis habita, ponente seu relatore Em.mo ac Rev.mo Domino Francisco Carpino. Et omnes, utroque in Coetu, proposito dubio num Serva Dei heroicas coluisset virtutes, théologales nempe et cardinales eisque adnexas, affirmando responderunt.

De praemissis omnibus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, responsum S. Congregationis pro Causis Sanctorum libenter excipiens, ut Decretum super heroicis virtutibus praefatae Servae Dei appararetur mandavit.

Quod cum rite esset factum, Sanctitas Sua, hodierno die accitis Cardinalibus subscripto Praefecto necnon Francisco Carpino, Causae ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, edixit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Ulricae Nisch, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 14 Decembris A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

TREVIREN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Petri Friedhofen, Fundatoris Fratrum Misericordiae a Maria Auxiliatrice.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Petrus Friedhofen, qui primum fuit caminorum purgatur, deinde conditor religiosi Instituti Fratrum Misericordiae a Maria Auxiliatrice, huius mundi lucem vidit, humili quidem loco, die 25 mensis Februarii anno 1819 in pago cui nomen *Weitersburg* prope *Vallendar,* in finibus Trevirensis dioeceseos. Altioris doctrinae expers, sed simplex pro evangelica significatione, verus fuit pauper spiritu, studiosus ante omnia Regni et iustitiae eius, fidens cetera omnia sibi adiectum iri (cf. *Mt* 6, 33). Ad beatam immortalitatem demigravit die 21 mensis Decembris anno 1860, relicto nomine singularium virtutum, quas fuisse heroicas Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 24 Septembris a. 1983 declaravit.

Ad eiusdem autem sollemnem beatificationem rite assequendam Causae actores, idest Fratres Instituti ab eodem Venerabili conditi, miram sanationem Ioannis Hain, iuvenis viginti annorum, rusticani viri et vineae cultoris, Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt.

Porro, praefatus Ioannes Hain, die 27 mensis Iulii anno 1931, trunco ligneo struis ex inopinato distractae est in latum ìctus. Qui lapsus offendit umero' dextro ad serram, quae erat in motu. In priore valetudinario, ubi est ei medicina adhibita, visum est ne quaerendum quidem esse curationis conservativae experimentum, ideoque necesse esse membrum lassum amputare. Hac sententia tum a patre hominis sauciati tum ab hoc ipso repudiata, hic post urgentiores curas ad sanguinem sistendum, est Augustam Trevirorum, ad valetudinarium Misericordiae vocatum, translatus. Ibi detectum est musculum deltoideum umeri dextri esse omnino praecisum et umerum penitus sectum. Die autem sexta post infortunium aestus febris accessit cum purulenta effusione. Cicatrix denuo rupta est ut meatus aperiretur utque textus musculares melius curarentur. Sed aestus febris diu duravit et pus copiosum esse perrexit. Sex fere hebdomadis exactis, adeo etiam totius corporis condiciones imminutae apparuerunt, ut secunda decade mensis

Septembris extiterint artuum diffusi dolores, respiratio quae ex *Cheyne-Stokes* nomen trahit, sudorationes profusae et per aliqua tempora animi defectiones. Sepsis signa cognita sunt. Condicionum aegroti et manifestae curationis inefficaciae ratione habita, prognosis infausta enuntiata est quoad vitam et quidem mox ad effectum ventura. Tunc est novendialis supplicatio inita, ut Servi Dei Petri Friedhofen intercessio peteretur. Die 27 mensis Septembris eodem anno 1931 primum apyrexia seu carentia febris animadversa est, et aegrotus, bene recreatus, cibum postulavit. Exinde non amplius febris accessit, receptae sunt vires et corporis moles. Dimissus mox valetudinario, Ioannes Hain idoneus denuo fuit ad rustica et vinitoria munera obeunda.

Hanc super sanatione adornatus est anno 1937 apud Curiam episcopalem Trevirensem ordinaria auctoritate processus, quem ad canonum normam fuisse peractum edixit haec Sacra Congregatio decreto die 18 Februarii a. 1983 lato, eidemque inquisitioni vim tribuens ad instar apostolici processus. Deinde eiusmodi sanatio subiecta est iudicio peritorum Consilii Medici die 6 Aprilis a. 1984 coadunati, qui omnes asseruerunt eamdem praeter naturae vires evenisse, et quidem plene ac perfecte quoad sepsim, quae lethalis est habita quoad vitam.

Mandata est postea quaestio theologis num de miraculo constaret in casu et ad effectum de quo agitur; et quidem primo, die 17 mensis Iulii eodem anno 1984, Patribus Consultoribus, in Congressu Peculiari coadunatis, moderante Promotore Fidei, et dein, die 20 Novembris eiusdem anni, Patribus Cardinalibus, ponente Em.mo ac Rev.mo Aloisio Ciappi, in Ordinario Coetu ad Vaticanum congregatis. Unanimis utrobique pro rata parte sententia prolata est, videlicet et morbi curationem praeter medicae artis leges contigisse et illam esse mirum a Deo patratum, deprecatore Venerabili Servo Dei Petro Friedhofen.

De hisce omnibus facta est postmodum per subscriptum Cardinalem Praefectum fidelis relatio Summo Pontifici Ioanni Paulo II, Qui vota Sacrae Congregationis excipiens, mandavit ut super eadem mira sanatione Decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, hac subsignata die, accitis infrascripto Cardinali Praefecto necnon Cardinali Causae ponente, meque a secretis Antistite cum ceteris de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater edixit : *Constare de miraculo, Venerabilis Petri Friedhofen intercessioni tributo, nimirum de instantánea, perfecta et constanti sanatione Ioannis Hain a « sepsi generalizzata, con shock*

settico, da ampia ferita da taglio alVarto superiore destro con interessamento osseo, con suppurazione delle parti molli e osteomielite ».

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Bomae, die 14 Decembris, A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

DECRETA

I

SEMARANGEN.

Facultas Sacrae Theologiae canonice erigitur in urbe Yogyakarta, Indonesianae ditionis.

((Laetentur insulae multae » *(Ps* 96, 1) : biblica haec hortatio tunc in Indonesia gaudiose personare visa est, cum Evangelicum Nuntium, humile atque mite, in Insulas Molucas a. D. MDXXXIV primitus allatum est, duodecim post annos a Sancto Francisco Xaverio ardenter confirmandum. Tribus deinde saeculis transactis, pristina illa flammula paulatim in beneficum incendium adolevit, centenas praecellentis regionis insulas leniter percurrens atque superna gratia largiter perfundens.

Postquam vero medio saeculo undevigesimo Ecclesia in Insula Jaba firme constitit, non paucae in ea efflorere coeperunt sacerdotales vocationes, quibus excolendis provehendisque Institutum Philosophico-Theologicum in urbe Yogyakarta provide conditum est.

Anno dein MCMXXXVI in eadem urbe Seminarium Maius a Sancto

Paulo Apostolo, auctore Exc.mo J. Willikens, S. J., Apostolico tunc Vicario Bataviensi, constitutum est, quod, quattuor inde elapsis annis, Vicariatui Apostolico Semarangensi accessit, ab Exc.mo Praesule A. Soegijapranata, S. J., tunc directo. In hanc efformationis domum, decurrentibus decenniis, crebri confluxerunt adolescentes ad sacerdotium adspirantes, tum ex ecclesiasticis loci circumscriptionibus tum ex variis Religiosis Ordinibus vel Congregationibus in Indonesia id temporis adlaborantibus. Eximia, immo, intellectualis institutio in Instituto impertita publicam agnitionem a Civili Magistratu nuncusque fauste sibi allexit, potestate adepta gradus civiles Baccalaureatus atque Magisterii conferendi.

Patres interim Societatis Jesu, qui in Yogyakartensi urbe a. MCMXXV Sancti Ignatii Collegium propriis philosophiae studentibus aperuerant, inde ab a. MCMLX solis suis theologiae studentibus reservatum, suam studiorum domum ita cum Seminario Sancti Pauli nexuerunt, ut utriusque studiorum Programmata in unicum Institutum Philosophico-Theologicum confluxerint. Peropportune, sequenti anno, Em.mus Cardinalis J. Darmojuwono, Archiepiscopus Semarangensis, hoc Institutum iuridice communivit Fundatione vulgo dicta « Driyarkara », in urbe capite Jakarta sita, quae ab a. MCMLXXVII ex tribus membris consistit, nempe ex Semarangensi Archidioecesi, ex Provincia Indonesiana Societatis Jesu atque ex Jabanensi Provincia Missionariorum a Sacra Familia. In praesens, studentes Institutum celebrantes — ex plerisque Dioecesibus et Religiosis Institutis provenientes — commorantur, praeterquam in Seminario Sancti Pauli et in Collegio Sancti Ignatii, in residentialibus quoque domibus dioecesium Ugiungpandanganae et Veetebulaënsis, necnon Congregationis Sacrae Familiae, Congregationis Sacri Cordis Jesu, Ordinis Fratrum Minorum, Congregationis Oblatorum B. M. V. Immaculatae atque Congregationis Ss.mi Redemptoris.

Prosperis his subnixa rerum conditionibus, postquam Auctoritates Yogyakartensis Philosophico-Theologici Instituti negotium attente disceptarunt sive cum Pontificio Dicasterio pro Institutione Catholica sive cum Sacra loci Hierarchia ad omnia quae de more tanto attingendo fastigio requiruntur, Conferentia Episcopalis Indonesiana a. D. MCMLXXXIII expresse ab Apostolica Sede flagitavit ut laudatum Institutum ad dignitatem academicam canonice eveheretur. Quam petitionem libenter suscipiens, Sacrum idem Dicasterium, pro comperto habito crebros in casu vereque peritos Docentes, idoneam Bibliothecam

ac recte ordinata studiorum Programmata in promptu esse, consensu obtento Sacrae Congregationis pro Evangelizatione Populorum, tuto iam procedi posse censuit.

Quapropter Sacra eadem Congregatio pro Institutione Catholica, potestate ab Augusto Pontifice Ioanne Paulo Div. Prov. Pp. II sibi concredita, in Dei Optimi Maximi gloriam atque nobilis ac perillustris Ecclesiae Nationisque Indonesianae decus et incrementum, Yogyakartense Institutum Philosophico-Theologicum in FACULTATEM SACRAE THEOLOGIAE (« Fakultas Teologi Kepausan "Wedabhakti"))) hoc Decreto *in perpetuum* erigit atque erectum declarat, simul statuens ut eiusdem studiorum curriculum ad normam vigentis academicae Ecclesiae legis in tres continuos cyclos seu gressus distinguatur, collato eidem Facultati iure academicos Sacrae Theologiae gradus respective Baccalaureatus, Licentiae (seu Magisterii) ac Doctoratus rite concedendi, omnibus ipsi agnitis tributisque iuribus honoribus et privilegiis, quae iuxta Apostolicam Constitutionem « Sapientia Christiana » adnexasque « Ordinationes » Ecclesiasticis Facultatibus in catholico orbe constitutis competunt.

Sacrum idem Dicasterium Archiepiscopum Semarangensem « pro tempore », Ordinarium loci, nunc Exc.mum ac Rev.mum Julium Riyadi Darmaatmadja, S. I., eiusdem Facultatis MAGNUM CANCELLARIUM nominat atque renuntiat, qui pro officio suo ad normam peculiarium Statutorum Facultati invigilet, scientias disciplinasque theologicas ceterasque iuxta academicam Ecclesiae legem docendas instanterque promovendas curet, orthodoxiam bonos mores ecclesiasticamque disciplinam in Facultate tutetur, atque missionem canonicam vel docendi veniam omnibus singulisque Docentibus ad normam memoratae Constitutionis conferat auferatque.

Sacra denique Congregatio iis ad quos pertinet sollicite mandat ut, in disciplinis theologicis tradendis investigandis vulgandisque integritatem unitatemque catholicae doctrinae inintermisse servent, acquisitum Ecclesiae patrimonium praesertim in cyclo institutionali in primis docendo ; actionem ad unitatis plenitudinem redintegrandam diligenter promoveant dialogumque cum non-christianis, ante omnes cum autochtonis loci gentibus, sapienter prudenterque foveant, integra manente fidei morumque regula; perennibus deinde hominum interrogationibus de vitae sensu in Evangelii luce respondere studeant, omnimoda sollicitudine adhibita de communitate ecclesiali, arcta retenta cum Sacra Hierarchia coniunctione, pie aedificanda.

Ceteris servatis de iure servandis, potissimum peculiaribus Facultatis Statutis studiorumque Normis ab eadem Sacra Congregatione approbatis ; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis, die i m. Novembris, in Sollemnitate Omnium Sanctorum, a. D. MCMLXXXIV, quadringentesimo quinquagesimo vertente anno ab Evangelizatione in Indonesia feliciter incepta.

VILLELMUS Card. BAUM, *Praefectus*

L. ©S.

© Antonius M. Javierre Ortas, Archiep. tit. Metensis, *a Secretis*

In Congr. pro Institutione cath. tab., n. 489/82/48.

II

BARCINONEN.

Institutum Theologiae Fundamentalis, a Societate Iesu ibi moderatum, Facultati Theologicae Barcinonensi academice incorporatur.

Theologiae « Fundamentalis », quam merito vocant, nemo est qui momentum maximum non videat, cum illius proprie sit criticam Catholicae Fidei fundamentationem struere, simulque iter patefacere ad Fidei praesupposita investiganda scientificasque quaestiones inquirendas quae philosophiam arctius interpellent, et ita dialogum salutariter instituere humanam rationem inter et Christianam Revelationem.

Cuiusmodi studiorum genus, a tot tantisque theologis per saecula illustratum, his nostris temporibus eximii Patres Tarraconensis Provinciae Societatis Iesu sibi peculiare selegerunt, alacrem suam libentemque operam conferre cupientes crebris solvendis quaestionibus a coaevis hominibus in vitali huiusmodi campo suscitatis.

Hunc in finem, Rev.mus eiusdem Societatis Praepositus Generalis a Congregatione pro Institutione Catholica intermissionem petiit Facultatum Ecclesiasticarum Sacrae Theologiae atque Philosophiae Scholasticae, quas eadem Tarraconensis Provincia in proprio Barcinonensi Collegio Maximo inde ab a. D. MCMXXXII fulciebat regebatque, etsi Theologica Facultas ab a. MCMLXVII in Sectionem unicae Barcinonensis Facultatis Theologicae sponte evolverit.

Quam Rev.mi Praepositi Generalis petitionem libenter suscipiens,

consiliisque initis cum Em.mo Narcisso S. R. E. Cardinali Jubany Arnau, Archiepiscopo Barcinonensi laudataeque Facultatis Magno Cancellario, Congregatio pro Institutione Catholica, prae oculis habita Conferentiae Episcopalis Hispanicae mente de Academicis Ecclesiasticis Institutis in sua natione planificandis, INSTITUTUM THEOLOGIAE FUNDAMENTALIS, a. MCMLXxiv ab eadem Tarraconensi Provincia Societatis Iesu in suo Collegio Maximo inchoatum, hoc Decreto academice erigit atque ad normam art. 63 Apost. Constit. « Sapientia Christiana » et art. 48, § 2 eidem adnexarum « Ordinationum » BARCINONENSI FACULTATI THEOLOGICAE INCORPORATUM statuit declaratque, *ex secundo et tertio curriculi theologici cyclis coalescens,* simulque potestatem Facultati concedit academicos gradus per Institutum conferendi respective Licentiae et Doctoratus Sacrae Theologiae cum specializatione « Theologiae Fundamentalis ».

Sacrum idem Dicasterium Academicis Auctoritatibus Docentiumque Coetui sive Facultatis sive Instituti religiose mandat ut academicae Ecclesiae legi ac canonicae universitariae praxi intento animo cuncti obtempèrent, omnibus servatis de iure servandis, in primis peculiaribus *Statutis* tum Facultatis tum Instituti ab hac Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Institutione Catholica, d. XXVIII m. Decembris a. D. MCMLXXXIV.

VILLELMUS Card. BAUM, *Praefectus*

L. © S.

© Antonius M. Javierre Ortas, Archiep. tit. Metensis, *a Secretis*

In Congr. pro Institutione Catholica tab., n. 678/84/13.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, 11 Febbraio 1985, S. E. il Signor UFFE ELLEMANN-JENSEN, Ministro per gli Affari Esteri di Danimarca.

Martedì, 19 Febbraio 1985, S. E. il Signor SIMON PERES, Primo Ministro d'Israele.

Mercoledì, 27 Febbraio 1985, S. E. il Signor ANDREI GROMYKO, Ministro degli Affari Esteri dell'Unione delle Repubbliche Socialiste Sovietiche.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici Sua Santità Giovanni Paolo II ha nominato :

7 febbraio 1985. S. E. mons. Clemente Faccani, Arcivescovo tit. di Serra, Pro-Nunzio Apostolico in Kenya, *Pro-Nunzio Apostolico nelle Seuchelles.*

16 » » Mons. Manuel Monteiro de Castro, Arcivescovo tit. eletto di Benevento, *Pro-Nunzio Apostolico in Trinidad e Tobago, Bahamas, Barbados, Belize, Dominica, Ciamaica e Santa Lucia, nonché Delegato Apostolico in altri territori delle Antille.*

» » » Mons. Luis Robles Díaz, Arcivescovo tit. eletto di Stefaniaco, *Pro-Nunzio Apostolico nella Repubblica Democratica del Sudan, nonché Delegato Apostolico nella Regione del Mar Rosso.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

7 febbraio 1985. Il Prof. Fernando Moreno Valencia, *Consultore del Segretario per i non credenti.*

10 » » Il Prof. Georges B. Bene, *Consultore del Segretariato per i non credenti «in aliud quinquennium)).*

16 » » L'E.mo Signor Cardinale Eduardo Pironio, Presidente del Pontificio Consiglio per i Laici, *Presidente*

della Pontificia Commissione per la Pastorale degli Operatori Sanitari.

16 febbraio 1985. S. E. mons. Fiorenzo Angelini, Arcivescovo titolare di Messene, *Pro-Presidente della Pontificia Commissione per la Pastorale degli Operatori Sanitari.*

22 » » S. E. mons. Laios Kada, Segretario della Congregazione per i Sacramenti, *Consultore del Pontificio Consiglio per la Famiglia.*

27 » » P. Eugenio Matis, S. I., *Direttore Tecnico della Radio Vaticana.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

4 giugno 1984. Mons. Harry H. Trower (Orange in California).
24 settembre » Mons. José B. Cruz (Antipolo).
18 ottobre » Mons. Mieczyslaw Marszalik (Gorzów).
» » » Mons. Józef Michalski (Gorzów).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

22 maggio 1982. Mons. Elias Pura (Sorsogón).
» » » Mons. Leo Leocadio (Sorsogón).
12 novembre 1983. Mons. Perfecto Capaila (Jaro).
» Mons. Alfonso Tamonan (Jaro).
» Mons. Policarpo Parcon (Jaro).
» Mons. José Montano (Jaro).
» Mons. José Buenaflor (Jaro).
» Mons. Daniel Ceballos (Jaro).
» Mons. José Diva (Jaro).
» Mons. Domingo Suero (Jaro).
» Mons. Enrique Perez (Jaro).
» Mons. José Gamboa (Jaro).
» Mons. Juanito Ma Tu villa (Jaro).
9 maggio » Mons. Thomas J. Mclntyre (Camden).
» » 1984. Mons. Edward J. Kennedy (Camden).
21 » » Mons. Wolfgang Beilner (Salzburg).
» » » Mons. Stephan Rehrl (Salzburg).
4 giugno » Mons. Daniel H. Brennan (Orange in California).
» » » Mons. Sinon F. Falvey (Orange in California).
» » » Mons. Michael Hughes (Orange in California).
» » » Mons. James D. Pierse (Orange in California).
6 » » Mons. Antonio R. Rañola y Racelis (Lucena).
» » » Mons. Paolo de Nicolò (Rimini).
7 » » Mons. Johannes Lex (Gurk).
8 » » Mons. Arnold Aloyisius Boeding (San Angelo).
3 luglio » Mons. Joseph Nowak (Wien).
28 agosto » Mons. Francisco Hermida (Sorsogón).

29	agosto	1983.	Mons. Ramón Moreno (Romblon).
»	»	»	Mons. Johannes Günter (Berlin).
»	»	»	Mons. Otto Riedel (Berlin).
6	settembre	»	Mons. Albert Lupp (Augsburg).
»	»	»	Mons. Wunibald Hitzler (Augsburg).
1	ottobre	»	Mons. John Julian White (Sandhurst).
»	»	»	Mons. Jan Thomas Dempsey (Adelaide).
17	»	»	Mons. Werner Arens (Paderborn).
18	»	»	Mons. Henryk Dworak (Gorzów).
»	»	»	Mons. Zygmunt Kurzak (Gorzów).
	»	»	Mons. Zbigniew Kutzan (Gorzów).
»			Mons. Ryszard Laszcz (Gorzów).
»			Mons. Edward Welzandt (Gorzów).
5	settembre	»	Mons. Gérard Defois (Lyon).
»	»	»	Mons. Jean Permezel (Lyon).
26	»	»	Mons. Nicola Comparone (Aversa).
13	dicembre	»	Mons. Vincenzo Rosafio (Ugento-S. Maria di Leuca)
19	»	»	Mons. Antonio Davide (Sorrento).
»	»	»	Mons. Girolamo Bagnasco (Sorrento).
»			Mons. Gaetano Iaccarino (Sorrento) .
	»	»	Mons. Pasquale Ercolano (Sorrento).
	»	»	Mons. Pietro Maresca (Sorrento).
»	»	»	Mons. Janusz Bolonek (Lodz).
4	gennaio	1985.	Mons. Giovanni Tonucci (Fano).

Cappellani di Sua Santità:

16	febbraio	1984.	Il sac. Antonius Mortillaro (Manila).
»	»	»	Il sac. Nicanor Bautista (Manila).
21	»	»	Il sac. Ferdinand Standinger (St. Pölten).
29	»	»	Il sac. Johann Andessner (Linz).
»	»	»	Il sac. Leopold Gusenbauer (Linz).
»	»	»	Il sac. Josef Trost (Linz).
6	giugno	»	Il sac. Louis Duval-Arnould (Paris).
7	»	»	Il sac. Andreas Mitterbacher (Gurk).
25	»	»	Il sac. Gerhardy Farnbenger (St. Pölten).
»	»	»	Il sac. Friedrich Schragl (St. Pölten).
	»	»	Il sac. Franz Sidl (St. Pölten).
»	»	»	Il sac. Heinrich Würz (St. Pölten).
8	luglio	»	Il sac. Franz Graben Woger (Wien).
»	»	»	Il sac. Karl Dintner (Wien).
»	»	»	Il sac. Joseph Pospischil (Wien).
»		»	Il sac. Anton Schmelzinger (Wien).
9	agosto	»	Il sac. Fred Voorhes (Buffalo).
20	»	»	Il sac. Pedro Rachit Fiandro (Asunción)
6	settembre	»	Il sac. Walter Mixa (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Edmund Keck (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Johann Mutzel (Augsburg).
»	»	»	Il sac. Konrad Lachenmayr (Augsburg).

8 settembre 1984. Il sac. Slawoj Leszek Glódz (Vilna).
11 » » Il sac. Heinz Tiefenbacher (Rottenburg-Stuttgart).
13 » » Il sac. Ercilio De Jesús Moya (La Vega).
24 » » H sac. Mariano Tolentino Balbago (Antipolo).
26 » » H sac. Hypolite A. Adigwe (Onitsha).
» » » Il sac. Patrick O. Achebe (Onitsha).
» » » Il sac. Joseph Nwibegunam (Onitsha).
» » » Il sac. Nathaniel O. Obiagba (Onitsha).
» » » Il sac. Gabriel Onuorah (Onitsha).
12 ottobre » Il sac. Josef Platzer (Graz-Seckau).
13 » » Il sac. Gottfried Pfluger (Salzburg).
» » » Il sac. Konrad Bauer (Regensburg).
18 » » H sac. Max Schreyer (Köln).
» » » Il sac. Kazimierz Dziedziak (Gorzów).
» » » Il sac. Roman Harmacinski (Gorzów).
» » » Il sac. Stanislaw Klosek (Gorzów).
» » » Il sac. Juliusz Lapinski (Gorzów).
5 novembre » Il sac. Stanislaw Raba (Gorzów).
22 » » Il sac. Gaspare Impastato (Trapani).
» » » Il sac. Paolo Bonventre (Trapani).
» » » Il sac. Vincenzo Cirrone (Trapani).
» » » Il sac. Francesco Santoro (Trapani).
» » » Il sac. Salvatore Spatafora (Trapani).
» » » Il sac. Giuseppe Golino (Trapani).
» » » Il sac. Federico Avila (Trapani).
23 » » H sac. Giuseppe Martella (Ugento-S. Maria di Leuca).
» » » Il sac. Tito Oggiani Macagnino (Ugento - S. Maria di Leuca).
» » » Il sac. Giuseppe Stendardo (Ugento-S. Maria di Leuca).
» » » Il sac. Leopoldo De Giorgi (Ugento-S. Maria di Leuca).
19 dicembre » Il sac. Stefano Ferraro (Sorrento).
» » » Il sac. Alberto Oadolini (Sorrento).
» » » Il sac. Antonio Buonocore (Sorrento).
» » » Il sac. Salvatore Iovino (Sorrento).
3 gennaio 1985. Il sac. Eugeniusz Piech (Tarnów).
» » » Il sac. Wladyslaw Bulanda (Tarnów).
» » » Il sac. Józef Wójcik (Tarnów).
» » » Il sac. Jan Kutrzeba (Tarnów).
» » » Il sac. Stanislaw Nykiel (Tarnów).
» » » Il sac. Jan Dudziak (Tarnów).
» » » Il sac. Jakub Dudek (Tarnów).
» » » Il sac. Edward Lomnicki (Tarnów).
» « » Il sac. Stanislaw Czachor (Tarnów).
» » » Il sac. Kazimierz Kopacz (Tarnów).
» » » Il sac. Franciszek Korta (Tarnów).
» » » Il sac. Stanislaw Wiániowski (Tarnów).
» » » Il sac. Stanislaw Fiolek (Tarnów).
» » » Il sac. Kazimierz Martynski (Tarnów).

3 gennaio 1985. Il sac. Edwin Rzeszuto (Tarnów).
» » » Il sac. Kazimierz Zajac (Tarnów).
4 » » Il sac. Timothy Broglio (Cleveland).
11 » » Il sac. Claudio Sorgi (Como).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

12 ottobre 1984. Al sig. Pierre Hagopian (Stockolm).

La Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

17 luglio 1984. Al sig. Karl Feiinger (Wien).

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

25 maggio 1984. Al sig. Reggie Emile Anthony (Lafayette).
6 giugno » Al sig. Salvatore Lilla (Roma).
» » » Al sig. Luigi Fiorani (Roma).
» » » Al sig. Antonio Alecci (Roma).
» » » Al sig. Clinio Duetti (Roma).
» » » Al sig. Giovanni Morello (Roma).
17 agosto » Al sig. Endrigus Petrus Maria van Henkelum Stuyt (Haarlem).
21 isettembre » Al sig. Emmanuel Coppieters (Mechelen-Brussel).
27 » » Al sig. Johann Farnleitner (Wien).
15 ottobre » Al sig. Marcel Plasman (Mechelen-Brussel).
17 novembre » Al sig. Giovanni Pampaloni (Padova).
5 dicembre » Al sig. Masatoshi Iwamoto (Tokyo).
17 » » Al sig. Cinzio Violante (Pisa).
5 gennaio 1985. Al sig. Sergio Mancinelli (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregario Magno, classe civile:

21 maggio 1984. Al sig. Gerardus Leonardus C. Ubachs (Bois-Le-Duc).
23 » » Al sig. Fritz Schauer (Wien).
25 » » Al sig. Randall Allen Füller (Lake Charles).
6 giugno » Al sig. Giancarlo Alteri (Anagni).
1 agosto » Al sig. Albert De Klerk (Haarlem).

7 agosto 1984. Al sig. Hermanas Johannes Maria van de Laar (Bois-Le-Duc).
31 » » Al sig. Nicolaus Maria van Rijn (Bois-Le-Duc).
lo settembre » Al sig. Raphaël Sarazua (Rouen).
9 ottobre » Al sig. Giordano Rosa (Trieste).
22 novembre » Al sig. Gianfranco Rondello (Padova).

La Gran Croce dell'Ordine di san Silvestro Papa,

15 dicembre 1984. Al sig. Pio Oiprotti (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

23 maggio 1984. Al sig. Johann Grunder (Wien).
14 giugno » Al sig. Friedrich Salvator de Habsburg Lotringen (St. Pölten).
26 settembre » Al sig. Gottfried Schmid (Passau).
3 novembre » Al sig. Cristian Claude Beke Dassys *(Costa d'Avorio).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

3 novembre 1983. Al sig. Franz Josef Federsei (Wien).
14 aprile 1984. Al sig. Karl Heinz Ritschel (Salzburg).
12 dicembre » Al sig. Pasquale Angelini (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

26 maggio 1984. Al sig. Robert Scherer (Freiburg im Breisgau).
23 maggio 1984. Al sig. Ernest Karner (Wien).
» » » Al sig. Franz Wagner (Wien).
» » Al sig. Walter Trinks (Wien).
» » Al sig. Josef Kurzreiter (Wien).
» » Al sig. Hans Zeger (Wien).
5 giugno » Al sig. Franz Fink (Salzburg).
6 » » Al sig. Franz Werlen (Roma).
» » Al sig. Giancarlo Scacchia (Roma).
» » » Al sig. Alfredo Diotallevi (Roma).
» » » Al sig. Sergio Bontempi (Roma).
» » » Al sig. Mario Ribichini (Roma).
» » » Al sig. Remo Parlani (Roma).
» » » Al sig. Giocobbe Baffa (Roma).
8 » » Al sig. Tullio Parenti (Roma).
26 » » Al sig. Tavier-Guillaume Delrée (Liège).
17 luglio » Al sig. Alois Holzhacker (Wien).
» » » Al sig. Ernest Degasperi (Wien).
» » » Al sig. Walter Zirnig (Wien).
27 » Al sig. Robert Poch (Wien).

27	luglio	1984.	Al sig. Walter Klerr (Wien).
»	ottobre	»	Alsig. Léon Lippens (Bruges).
3	novembre	»	Al sig. Karl Ohnmacht (Linz).
26	»	»	Al sig. Luciano Orabona (Aversa).
10	dicembre	»	Al sig. André Nguyên-Van Bang (Dalat).
12	»	»	Al sig. Egidio D'Alberto (Boma).
15	»	»	Al sig. Saverio Salomone (Siena).
17	»	»	Al sig. Giuseppe Diddi (Pisa).

NECROLOGIO

4	febbraio	1985.	Mons. François Dione, Vescovo di Thiès *(Sénégal).*
»	»	»	Mons. Joseph Weigl, Vescovo emerito di Bokungu-Ikela *(Zaire).*
11	»	»	Mons. Joseph Pernicone, Vescovo tit. di Adrianopoli di Onoriade.
12	»	»	Mons. Joseph Ek Thabping, Vescovo di Ratchaburi *(Tailandia).*
21	»	»	Mons. Dermot J. Ryan, Arcivescovo emerito di Dublin *(irlanda).*
23	»	»	Mons. Delfini Ribeiro Guedes, Vescovo emerito di Sào Joâo del Rei *(Brasile).*

An. et vol. LXXVII 10 Aprilis 1985 N. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

Beata Maria Virgo Fatimensis Patrona dioecesis Franciscopolitanae (in Argentina) comprobatur; S. Franciscus Assisiensis, Patronus urbis capitis eiusdem dioecesis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Esse mortales in hoc terrestri itinere innumeris obnoxios periculis, atque idcirco egere eos, praeter quam quod cauta prudentia, etiam sanctorum caelitum ope, id et omnibus Christifidelibus persuasum est, et maxime illis cognitum, qui divina dispositione in Ecclesia praesunt, id est Episcopis : omnibus enim usu fere cotidiano sciunt experti, quam proni ad mala sint homines, quantaque difficultate recte vivant. Qua motus consideratione Venerabilis Frater Augustinus Adolfus Herrera, Episcopus Franciscopolitanus, id ab Apostolica Sede petiit, ut beatissimam Virginem Mariam Fatimensem, quam populus illius regionis summa pietate prosequitur, ceu Patronam dioecesis confirmaret, S. Franciscum vero Assisiensem, cui cathedrale templum dicatum est, Patronum civitatis vulgo <(San Francisco)), quos clerus populusque tales elegissent, ipse probavisset, ad normam nempe Instructionis de Calendariis particularibus atque Ofiiciorum et Missarum Propriis recognoscendis, n. 30; Nos, explorato omnia fuisse ad iuris leges peracta, ac rati posse hoc beneficium nonnihil animos, fluxarum rerum amore raptos, ad aeterna erigere quae non pereunt, admotis praecibus libenter concedimus. Quo re, iis probatis, quae Sacra Congregatio pro Cultu Divino de re censuit, factis olim a

Nobis potestatibus, placet beatissimam Virginem Fatimensem esse et haberi dioecesis Franciscopolitanae Patronam, S. Franciscum autem Assisiensem Patronum civitatis eiusdem dioecesis capitis, factis scilicet iuribus et privilegiis Liturgicis consequentbus. Quod tum sacro Praesuli, tum eius gregi sit felix. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XVII mensis Ianuarii, anno MDCCCCLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. *145.9O0.*

ALLOCUTIONES

I

Dominicopoli, ad Christifideles congregatos habita.*

1. ((El mismo Dios que dijo : de las tinieblas brille la luz, ha hecho brillar la luz en nuestros corazones » -[1]

La Iglesia comienza hoy, queridos Hermanos en el episcopado, amados hermanos y hermanas, una novena particular. Es el período de nueve años que nos separa de la fecha del descubrimiento de América.

Esta fecha —una de las más importantes de la historia de la humanidad— marca también la del comienzo de la fe y de la Iglesia en este continente.

Llegado a esta Isla, en la que hace casi 500 años se celebró la primera Misa y se plantó la primera cruz, como Obispo de Roma y Sucesor del Apóstol Pedro deseo inaugurar esta novena de años, junto con el Episcopado y con toda la Iglesia en América Latina, así como con los representantes de los obispos de España, de Portugal, Filipinas, Estados Unidos y Canadá, especialmente vinculados, por diversos títulos, a esta celebración.

« El mismo Dios que dijo : de las tinieblas brille la luz, ha hecho brillar la luz en nuestros corazones ».

Ante la expedición guiada por Cristóbal Colón se abrieron tierras

*** Die 11 m. Octobris a. 1984.**

[1] ***2 Cor* 4, 6.**

desconocidas y apareció un Nuevo Mundo- Y a la vez, el mismo Dios que a los descubridores, rodeados por el abismo del inmenso océano, permitió un día dar el grito de ¡ tierra !, El mismo « ha hecho brillar la luz en nuestros corazones, para irradiar el conocimiento de la gloria de Dios que está en la faz de Cristo » . [2]

2. Este fue el principio salvifico del conocimiento de la gloria de Dios que está en la faz de Cristo : el comienzo de la evangelización de América, el comienzo de la fe y de la Iglesia en el Nuevo Mundo.

Todos vosotros que constituís esta Iglesia, deseáis conmemorar esa fecha con profunda gratitud al Todopoderoso, Padre, Hijo y Espíritu Santo, al Dios que es amor y verdad.

Para ello, ya desde ahora, durante esta novena preparatoria de años, deseáis seguir las huellas de todos aquellos mensajeros de la fe, que viniendo hasta aquí desde finales del siglo xv, han dado testimonio como el apóstol Pablo : ((No nos predicamos a nosotros mismos, sino a Cristo Jesús como Señor, y a nosotros como siervos vuestros por Jesús » . [3]

Ese testimonio vivido y predicado de Cristo Jesús como el Señor, como luz para la vida, como principio y fin de la existencia humana, como hermano del hombre en el plan salvador de Dios, es la gran novedad que mueve a sucesivas generaciones de misioneros. Ellos llegan sobre todo de la península Ibérica : franciscanos, mercedarios, dominicos, agustinos, jesuítas, capuchinos y otras órdenes religiosas. Luego se asocian también los procedentes de otras naciones. Así, año tras año en el decurso de varios siglos, hasta nuestros días, hasta que la fe en Cristo se consolida con raíces proprias en la nueva cristiandad.

La fe en Cristo Salvador y el servicio a la misma, es lo que atrae a los predicadores del Evangelio ; es lo que los hace servidores del hombre que encuentran en las nuevas tierras, en quien su fe les hace descubrir al hombre hermano, al redimido por Cristo, al hijo del único Padre, Dios.

— Titulari episcopali Ecclesiae Nonensi R. D. Augustinum García-Gaseo Vicente, vicarium episcopalem, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Angeli Suquía Goicoechea, Archiepiscopi Matritensi.

die 2,2 Martii. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Ioannis Jenko, Episcopi Iustinopolitani, R. D. Methodium Pirih, Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

die 29 Martii. — Cathedrali Ecclesiae Kerriensi R. D. Dermitium O'Sullivan, Vicarium Generalem Kerrensis dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Fargensi, Exc.mum P. D. Iacobum Sullivan, hactenus Episcopum tit. Siccessitanum.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

PROVISIO ECCLESIARUM

Ioannes Paulus divina Providentia Pp. II, latis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, singulis quae sequuntur Ecclesiis sacros Pastores dignatus est assignare.

Nimirum per Apostolicas sum plumbo Litteras praefecit :

die 8 Novembris 198lf. — Titulari episcopali Ecclesiae Aquaeflaviensi R. P. Eduardum Munum Kasiala, Ordinis Cisterciensium Reformatorum seu Strictoris Observantiae sodalem atque Antistitem coenobii de Kalahari, quem constituit Auxiliarem Exc.mi Ordinarii dioeceseos Kikuitenss.

de 5 Ianuarii 1985. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Ioannis B. Bong-Kil Sye, Archiepiscopi metropolitani Taeguensis, constituit Exc.mum P. D. Paulum Moun-hi Ri, hactenus Episcopum titulo Forconiensem atque eiusdem sedis Auxiliarem, archiepiscopali dignitate ornatum.

die 16 Februarii. — Titulari episcopali Ecclesiae Beneventensi R. D. Emmanuelem Monteiro de Castro, e clero Bracarensis archidioecesis, Praelatum honorarium S. S. et munere Consiliarii Apostolicae Nuntiaturae fungentem, quem archiepiscopali dignitate ornavit atque Pro-Nuntium Apostolicum in Trinidad et Tobago, Bahamas, Barbados, Beliza, Dominica, Jamaica, Santa Lucía dicionibus, necnon Delegatum Apostolicum in Antillarum Regionibus constituit.

— Titulari episcopali Ecclesiae Stephaniacensi R. D. Aloisium Robles Díaz, e clero Rivoriensis dioeceseos, Praelatum honorarium S. S., Nuntiaturae Apostolicae Consiliarii munere fungentem, quem archiepiscopali dignitate insignivit atque Apostolicum in Sudania Pro-Nuntium necnon Apostolicum in Regione Maris Rubri Delegatum nominavit.

die 9 Martii. — Metropolitanae Ecclesiae Onitshaënsi R. D. Stephanum Nweke Ezeanya, rectorem « Catholic Institute of West Africa)) vulgo nuncupati.

— Metropolitanae Ecclesiae Taboraènsi Exc.mi P. D. Marium Epiphanium Abdallah Mgulunde, hactenus Episcopum Iringaènsem.

— Cathedrali Ecclesiae Munduensi R. P. Régis Gabrielem Balet, Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum sodalem, hucusque Vicarium Generalem eiusdem dioecesis.

— Cathedrali Ecclesiae Niigataënsi R. P. Franciscum Keiichi Sato, sodalem Fratrum Minorum Ordinis, curionem oppidi vulgo dicti ((Maebashi » in dioecesi Uravaensi.

— Titulari episcopali Ecclesiae Girbitanae R. D. Paulum Kim Ok-Kyun, archidioeceseos Seulensis Vicarium Generalem, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Stephani S. R. E. Cardinalis Sou Hwan Kim, Archiepiscopi Seulensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Izirianensi R. D. Matthiam Ssekamanya, rectorem Seminarii maioris nationalis « Ggaba » nuncupati, quem nominavit Auxiliarem E.mi P. D. Emmanuelis S. R. E. Cardinalis Nsubuga, Kampalaènsis Archiepiscopi.

NOMINATIONES

Datis decretis a Congregatione pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, per Apostolicas sub anulo Piscatoris Litteras nominati sunt :

die 8 Ianuarii 1985. — Exc.mum P. D. Franciscum Colasuonno, Archiepiscopum titulo Truentinum, *Apostolicum Pro-Nuntium in Iugoslaviae Dicione.*

die 19 Ianuarii. — Exc.mum P. D. Iosephum Mees, Archiepiscopum titularem Yprensem, *Pro-Nuntium in Lesothiano Regno atque Apostolicum in Australi Africa Delegatum.*

die 29 Ianuarii. — Exc.mum P. D. Alfium Rapisarda, Archiepiscopum titulo Cannensem, *Pro-Nuntium Apostolicum in Zairensi Republica.*

die 7 Februarii. — Exc.mum P. D. Clementem Faccani, Archiepiscopum titulo Serrensem, Pro-Nuntium in Kenia, *Pro-Nuntium in Insulis Seisellensibus Apostolicum.*

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

MATRITEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Benedicti Menni, Sacerdotis ex Ordine Hospitalario S. Ioannis a Deo, Fundatoris Congregationis Sororum Hospitalariarum SS. Cordis Iesu.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Mediolani ortus, die 11 mensis Martii anno 1841, Venerabilis Benedictus Menni, mensae nummariae administrationi primum addictus, Ordinem Hospitalarium S. Ioannis a Deo (vulgo *Fate Bene Fratelli)* ingressus est anno 1860. Emissis religiosis votis absolutisque philosophicis ac theologicis studiis in Seminario Laudensi prius, deinde apud Pontificiam Universitatem Gregorianam, sacerdos est anno 1866 inauguratus. Ob peculiares animi indolisque dotes missus est a Superiore Generali restaurationis causa ipsius Ordinis in Hispaniam. Ibi fundamenta quoque iecit Congregationis Sororum, quae aegrotas curarent, praesertim dementes. Tandem est sui Ordinis Generalis Prior nominatus. Dives meritis et virtutibus obdormivit in Domino, in Galliae loco quem vocant *Binan,* die 14 mensis Aprilis anni 1914. Eum heroum modo coluisse virtutes tam théologales, scilicet fidem, spem et caritatem, quam cardinales, videlicet prudentiam, iustitiam, temperantiam et fortitudinem, iisque adnexas, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, die 11 mense Maio, anno 1982, declaravit.

Subinde quaestio de miraculo ad eiusdem beatificationem requisito instituta est apud hanc Sacram Congregationem pro Causis Sanctorum. Etenim conditus iam erat processus super mira quadam sanatione, eodem Venerabili deprecatore divinitus patrata, quae paucis recolitur hic verbis.

Mirus huiusmodi eventus contigit die 22 mensis Iunii anni 1934 apud *Tarazona de Aragón,* in Hispanica regione Caesaraugustana, in persona Assumptae Cacho Carasusán, undetrigesimum annum agenti. A pueritia parum prospera valetudine ipsa fruita est. In personali

et familiari eiusdem anamnesi vestigia sunt repperta tubercularis et scrofulosae indolis. Cum vicesimum et quintum ageret annum, ingressa est Congregationem Sororum Hospitalariarum a SS. Corde Iesu apud *Ciemposuelos,* prope Matritum. Ibi autem mense Iunio anni 1932, dum enititur consodalem liberare a furoribus cuiusdam insanae mulieris, in terram cecidit vehementissimum in spina dolorem persentiens. Qui cum perdurasset, communitatis religiosae medici suspicati sunt agi de morbo spondilitis; quapropter aegrota, dimissa ex religione, ad familiares lares reversa est. Tum medici diagnosim ediderunt morbi, qui a *Pott* vocatur, infirmamque in valetudinarium urbis Caesaraugustae deduci iusserunt, ubi primarius medicus eandem diagnosim confirmavit. Peculiaria eidem propinata sunt medicamina fasciaque praescripta orthopedica ; qua tamen prae doloribus uti nequivit. Nihilominus subsequentibus annis 1933-1934 condiciones infirmae ingravescunt : aestu febrique iactatur, acribus in spina doloribus exasperatur, summa evadit spinae rigiditas adeo, ut sese movere omnino non possit ; interea tres animi defectiones passa est. Res itaque ad medicorum usque desperationem pervenit, qui familiares cohortati sunt de opportunitate morientium Sacramentis aegrotam quam primum muniendi. Quibus in adiunctis tum aegrota tum eius parentes atque consanguinei ferventiores Deo adhibere preces inceperunt, ut ex morbo et ex imminenti morte aegra evaderet per intercessionem Venerabilis Benedicti Menni, cuius imaginem in adversa posuerunt pariete et pannum ex veste, qua olim Venerabilis erat usus, scapulis aegrae applicarunt. Porro, Dei Famulus sine mora adfuit. Nocte enim quae intercessit inter diem 21 et 22 mensis Iunii a. 1934 infirma persensit se vires corporis improviso recepisse vigoremque recuperasse. Sequenti mane e lectulo surrexit, vestes induit ipsa per se, deambulare per cubiculum coepit et deinde se ad cathedralem ecclesiam confert Deo gratias actura sacramque Communionem receptura. A curatione medicus eodem die plenam et improvisam agnovit et confirmavit recuperatam Assumptae valetudinem, quam deinde et medici ab inspectione annis 1946, 1966 et 1983 confirmarunt, ne unum quidem e pathologicis, quibus infirma tamdiu laboraverat, signis invenientes.

Cum medentes ac testes plurimi huiusmodi sanationem evenisse dicerent ultra naturae vires et leges, conditus est in Curia ecclesiastica Matritensi processus, prius potestate episcopali (a. 1946), dein auctoritate Sanctae Sedis (aa. 1966-1967), de cuius iuridica forma et vi editum est decretum die 26 mensis Novembris a. 1982. Postea Con-

silium Medicum huius Sacrae Congregationis, die 6 Aprilis a. 1984 coadunatum, omnia processus acta severo examini subiecit et, licet non comprobaverit diagnosim morbi Pottiani quam antea posuerant medici a curatione, asseruit tamen ex gravi et diuturno morbo infirmam fuisse Assumptam Cacho Carasüssán pleneque comprobavit infaustam quoad vitam prognosim ; quamobrem instantaneam, perfectam et constantem difini vit eandem sanationem.

Supererai igitur ad iuris normam, ut huiusmodi sanatio iterato subicieretur iudicio theologico, nempe Peculiaris Congressus Consultorum, moderante Fidei Promotore, die 17 Iulii eodem anno 1984, et deinde Congregationis Ordinariae Patrum Cardinalium, ponente Aloisio Ciappi, die 20 Novembris eiusdem anni. In utroque autem coetu singuli, Cardinales videlicet Patres et Consultores, dubio proposito num de miraculo constaret, adfirmando responderunt.

Facta de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua suffragia Sacrae Congregationis excipiens, iussit de mira eadem sanatione Decretum de more apparari.

Denique, hac subsignata die, accitis infrascripto S. Congregationis Praefecto, Cardinali Ponente meque a secretis Antistite cum ceteris de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater edixit : *Constare de miraculo divinitus patrato, Venerabilis Benedicti Menni intercessioni tributo, id est de instantánea, perfecta et constanti sanatione dominae Assumptae Cacho Carasusán a gravi et diuturno morbo, qui italicis verbis describitur : « Processo settico a prevalente impegno vertebrale con decorso altamente febbrile e notevole componente dolorifica nonché progressivo indebolimento dello stato generale ».*

Quod Decretum in vulgum edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Decembris A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. ©S.

® Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

PADERBORNES

Canonizationis Ven. Servae Dei Paulinae de Mallinckrodt, Fundatricis Sororum a Caritate Christiana Filiarum B. M. V. ab Immaculata Conceptione.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Inter christianae caritatis héroes, qui super egenos et pauperes intellexerunt (cfr. *Ps* 40, 2) eosque uti Christum sunt amplexati, adnumeranda est Paulina de Mallinckrodt. Ipsa, die 3 mensis Iunii anno 1817 nata ex parentibus civili condicione praeclaris apud *Minden* in Westfalia, mature coepit erga debiles, egentes, parvulos, caecos caritatem exercere. Ad hoc novam postea condidit religiosam familiam a Caritate Christiana nuncupatam, quae in Europa, in Septentrionali America et Australi copiosos attulit et dudum affert fructus in animarum civilisque societatis bonum. Sanctitatis fama clara, die 30 Aprilis anno 1881 ad beatam immortalitatem demigravit. Ad virtutum fastigium ipsam pervenisse Summus Pontifex Ioannes Paulus II, servatis omnibus de iure servandis, die 13 mense Ianuario anno 1983 edixit.

Hinc sollertes huius Causae actores illico admoverunt manus et, ad iuris normam recens instaurati, unam prodigiosam sanationem, eadem Venerabili intercedente, a Deo patratam, huic Sacrae Congregationi ad cognoscendum exibuerunt, ut in Beatorum Caelitum numerum a Summo Ecclesiae Pastore ipsa Serva Dei referri posset.

Porro, mira de qua agitur sanatio accidit Christophorae Ostermann viginti et octo annos natae, religiosae professae ex Instituto ab ipsa Venerabili Paulina de Mallinckrodt condito. In infantia et in pubertate Soror Christophora bona fruita est valetudine. Cum ageret autem vicesimum aetatis annum percipere frigoris sensum in extremis artubus coepit. Post aliquot deinde annos oculorum accessit perturbatio, diplopia, quam medici vocant, monocularis, graviorque facta est inferioris artus sinistri debilitas. Peritus neurologus, mense Maio anno 1954, morbi causam invenit in sclerosi multiplici. In valetudinarium deducta, aegrae medicamina congrua pro tempore sunt propinata, unde morbi vis aliquatenus levata est. Dimissa tunc ex nosocomio, missa est in montana ut diuturnae se daret

quieti et relaxationi atque peculiari uteretur diaeta, quae ab *Evers* vocatur; quibus remediis minime morbus cessit. Imo in dies crescit et ingravescit, donec Februario mense anni 1955 standi et ambulandi infirma incapax est facta, torpuere artus inferiores et lecto iacere continenter coacta est. Mense autem sequenti Maio, medici a cura, iterata diagnosi sclerosis multiplicis, censuerunt infirmam ad extremam morbi phasim pervenisse eamque medica ope iuvari iam non posse. Hinc, die 13 eiusdem mensis Maii, Soror Christophora in domum est translata sui Instituti apud *Wiedenbrück,* religiosis senibus et incurabilibus destinatam. Interea ferventes preces fundi iam coeptae erant mense Martio eodem anno vertente, sive ab ipsa aegrota sive ab aliis religiosis propriae Congregationis in Germania, ad caelestem opem per intercessionem Venerabilis Paulinae de Mallinckrodt implorandam. Et ecce, die 14 Maii, hora tertia post meridiem, cum legisset in Evangelio *(Me* 11, 22 ss) verba Christi potentiam Fidei extollentis, infirma invocavit magna prece et voce Venerabilis nomen et auxilium ; et, mirabile dictu, temporis fere momenti percepit toto corpore calorem et salubritatem ; con valuit plene a difficili et periculoso morbo. Confestim e lectulo surgit, intra cubiculum graditur et mox ad sacellum se confert ut Deo matrique fundatrici agat gratias. Reliquis deinceps diebus munia in communitate adimplenda resumere valuit. Post triduum autem a curatione medicus, peracto clinico examine, repperit cuncta morbi symptomata discessisse aegramque ad sanitatem rediisse agnovit. Procedente tempore, annis scilicet 1962, 1981 et 1983, periti ab inspectione confirmarunt plenam et constantem Christophorae recuperatami valetudinem.

Super huiusmodi mira sanatione conditus est, mensibus Iunio et Iulio anni 1962 apud Curiam archiepiscopalem Paderbornensem, processus auctoritate Apostolicae Sedis, cuius agnita est iuridica forma et vis per Decretum die 6 Martii a. 1970 latum. Propitio deinde habito, die 8 Martii a. 1984, iudicio Consilii Medici huius S. Congregationis pro Causis Sanctorum circa praeternaturalem indolem eiusdem sanationis, Congressus, qui dicitur, Peculiaris theologorum consultorum, moderante Fidei Promotore, die 26 mensis Iunii eodem anno 1984 est celebratus; cui successit, die 6 Novembris, Ordinaria Patrum Cardinalium Congregatio, ponente Em.mo ac Rev.mo Domino Iosepho Caprio. In utroque Coetu, dubio *an constet de miraculo in casu et ad effectum de quo agitur,* Suffragatores unanimi voce affirmativum protulerunt responsum. De hisce autem omnibus certior factus per sub-

scriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, responsum Sacrae Congregationis ratum habens, mandavit ut Decretum hac super re appararetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto atque Causae ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more con vocandis, Beatissimus Pater edixit : *Constare de miraculo divinitus patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Paulinae de Mallinckrodt, videlicet de instantánea, perfecta et constanti sanatione sororis Christophorae Ostermann a sclerosi multiplici.*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 14 mensis Decembris A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

MONTISVIDEI ET ALIARUM IN URUQUARIA

DECRETUM

quo Catholica Universitas Uruquariensis canonice erigitur.

Alma Uruquariae Ecclesia, non regionis profecto amplitudine praeclara neque elato saeculorum numero longaeva, ditissima e contra fulsit indomito veritatis amore, pro quo, innumeras perpessa aerumnas, inde a primordiis suis fortiter certavit. Nec electissimi eius filii externa quaevis iuga tantum excutierunt, bene vero praecellentem hominis praestantiam ac dignitatem defenderunt atque communierunt, catholicos in primis valores diligenter promovendo.

Quos inter eximios viros, praecipuus enituit Damasus Antonius Larrafiaga, primus Uruquariensis Vicarius Apostolicus, qui, superiorum scholarum incomparabile momentum dilucide discernens, a. D. MDCCCXXxii primam in patria terra Philosophicam Cathedram constituit. Postquam dein a. D. MDCCCLXXVI futurus Archiepiscopus Marianus Soler « Lycaeum Studiorum Universitariorum » condidit, brevi

tamen post exstinctum, anno tandem MCMLIV navissimae Sorores a Sacro Corde Iesu, insigni moderante viro Eduardo Pavanetti, Societatis Sancti Francisci Salesii sodali, Instituti Philosophici fundamenta iecerunt, quod, per varios subsequentes annos, novis paulatim studiorum curriculis auctum est, Litterarum nempe, Historiae, Psychologiae aliarumque disciplinarum. Id immo evenit ut, civilis validitatis studiorum adipiscendae causa, Institutum cum Catholicis studiorum Universitatibus Sancti Iacobi Chilensi et Fluminis Australis Portalegrensi academicos nexus instituent.

Anno demum MCMLXIV idem Institutum Philosophiae, Scientiarum ac Litterarum a Catholico Uruquariae Episcopatu tanquam sibi proprium provide assumptum est ; a quo paulatim postea promotum, quasdam a Publicis Nationis Auctoritatibus studiorum ac titulorum agnitiones prospere est adeptum.

Nova nunc aetas in Uruquaria prodit feliciter inchoanda. Nunquam enim ut hodie fraternitatis nuntium in toto mundo resonat amicaeque manus ab hominibus bonae voluntatis mutue porriguntur. In Uruquariensi quoque Dicione, Catholica Ecclesia, salubribus normis a Concilio Vaticano II prolatis (cf. Declar. « Graviss. Educat. » et Const. Past. « Gaudium et Spes ») volenter obsecuta, sincero apertoque dialogo tota sponte suam cooperationem praebet. Sed et ipsae Supremae Uruquariensis Reipublicae Auctoritates catholicis concivibus suis benevole iam occurrunt : non modo enim Nationalis ipsa Lex Constitutiva ius defendit privatae impertiendae institutionis, verum etiam peculiares civiles praescriptiones, elabente anno MCMLXXXIV opportune manatae, Uruquariensibus civibus facultatem faciunt privatas studiorum Universitates aperiendi, a quibus ideo concessi studiorum tituli academicique gradus eundem valorem assequantur ac eorum qui a Nationalibus studiorum Universitatibus de more conferuntur.

Quibus omnibus prae oculis habitis, facile intelligitur cur Uruquarienses catholici, suis imprimis praeeuntibus Episcopis ac ipso hortante Supremo Ecclesiae Catholicae Pastore, tempus iam advenisse censeant propriam inchoandi studiorum Universitatem. Hac potissimum de causa, Sacra Congregatio pro Institutione Catholica, cui hoc summi momenti negotium ex ecclesiali officio competit, re undique ac considerate perpensa, suum esse duxit preces sibi ab Episcopali Uruquariensi Conferentia delatas benevole excipiendas esse.

Quapropter, Sacrum idem Dicasterium, auctoritate ab Augusto Pontifice Ioanne Paulo div. Prov. Pp. II sibi concredita, ad gloriam Dei

Optimi Maximi Ecclesiaeque decus ac incrementum, peculiariterque in succrescentem civilem religiosamque prosperitatem perdilectae Uruquariensis Nationis, CATHOLICAM STUDIORUM UNIVERSITATEM URUQUARIENSEM, a DAMASO ANTONIO LARRAÑAGA nuncupatam, hoc Decreto, ad se quod pertinet, ad normam can. 807 Codicis Iuris Canonici, *in perpetuum* erigit atque erectam declarat, ex memoratis Facultatibus, Institutis, Partitionibus ac Scholis aliisque Academicis Unitatibus, sive in praesenti vigentibus sive in futuro constituendis, tum in urbe capite Monte Vidente tum in aliis Nationis urbibus, constantem ; eique omnia tribuit ac agnoscit iura, honores, privilegia ac officia, quae ad huiusmodi Athenaea in universo catholico orbe de more spectant.

Sacra dein Congregatio modo erectam Catholicam Universitatem Episcopali Uruquariensi Conferentiae — cui ipsa vi civilis ac canonici iuris merito pertinet — religiose committit, ut ab eadem continuo omnimodeque provehatur ac, per electum ab ipsa *Magnum Cancellarium,* iuxta Universitatis Statuta legitime naviterque gubernetur. Maxime in solemni hac occasione, Sacra Congregatio principia et monita proponit ac proclamat, quibus observanter in Universitate haerendum sit ut eiusdem actio, recte et copiose formativa, optimis fructibus scateat : integralis personae humanae dignitas incessanter provehatur; civilis ac religiosa libertas sive individua sive socialis strenue defendatur ; authentica fraternitas inter singulos cives et inter societatis coetus studiose diffundatur ; denique, veritas quammaxime et reverenter exquiratur, accurate sepositis systematicus methodisque, quae cum fide christiana obiective componi nequeunt. His tantum conditionibus, fauste nunc auspicata Universitas feliciter *vivet, crescet* et *florebit,* cives Christique fideles proferens laude honoreque prorsus dignos.

Ceteris servatis de iure tum canonico tum covili servandis, in primis Universitatis *Statutis generalibus,* ab hac eadem Congregatione approbatis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus Congregationis pro Institutione Catholica, d. XXV m. Ianuarii, in Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli, a. D. MCMLXXXV.

VILLELMUS Card. BAUM, *Praefectus*

L. & S.

© Antonius M. Javierre Ortas, Archiep. tit. Metensis, *a Secretis*

In Congr. pro Institutione Catholica tab., n. 160/61/C/12.

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Venerdì, 22 Marzo 1985, S. E. il Signor SAIDULLA KHAN DEHLAVI, Ambasciatore della Repubblica Islamica del Pakistan presso la Santa Sede.

Lunedì, 25 Marzo 1985, S. E. il Signor DHURMA GIAN NATH, Ambasciatore di Mauritius presso la Santa Sede.

Lunedì, 1° Aprile 1985, S. E. il Dott. HAROLD Mc DONALD FORDE, Ambasciatore di Barbados presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Sabato, 9 Marzo 1985, S. E. il Signor AMANDIO DE AZEVEDO, Ministro del Lavoro di Portogallo.

Venerdì, 15 Marzo 1985, S. E. il Signor JACQUES SANTER, Presidente del Governo e Ministro di Stato per i Culti del Granducato di Lussemburgo.

Lunedì, 18 Marzo 1985, il Dottor Jolo Bosco MOTA AMARAL, Presidente del Governo Regional dos Acores.

Giovedì, 28 Marzo 1985, Sua Maestà la Regina BEATRICE D'OLANDA con S. A. R. il Principe Consorte CLAUS.

Lunedì, 1° Aprile 1985, l'On. FRANZ JOSÎF STRAUSS, Ministro-Presidente di Baviera.

Giovedì, 21 Marzo 1985, nel Palazzo Apostolico Vaticano, si è riunita alla presenza del Santo Padre la Congregazione per le Cause dei Santi.

Giovedì, 21 Marzo 1985, nel Palazzo Apostolico Vaticano, il Santo Padre ha presieduto una riunione dei Capi Dicastero della Curia Romana.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

14 febbraio 1985. S. E. mons. Joseph Salame, Arcivescovo di Alep dei Maroniti, *Consultore della Congregazione per i Sacramenti.*

19 » » Mons. Silvio Padoin, *Capo ufficio nella Congregazione per i Vescovi.*

4 marzo » I padri : Juan Foguera, O. F. M. ; Remi Hoekman, O. P. ; Leonard Kauf man, P. A. ; Don Pier Giorgio Marcuzzi, S. D. B. ; Carmelo Pérez Milla, O. 0. D.; William Woestmann, O. M. I.; *Consultori della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli.*

» » » I padri: Anastasio da Utrecht, O. F. M. Capp.; Antonino Abate, O. P. ; Rafael Moya, O. P. ; Amando Reuter, O. M. L, *Consultori della Congregazione per* **r** *Evangelizzazione dei Popoli « in aliud quinquennium ».*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

19 settembre 1984 Mons. Robert Bauer (Passau).
29 novembre » Mons. Rocco De Leo (Vallo di Lucania).
10 dicembre » Mons. Duilio Franciosi (Carpi).
» » Mons. Giuseppe Tassi (Carpi).
24 gennaio 1985 Mons. Marcin Popiel (Sandomierz-Radom).
12 febbraio » Mons. Donato De Bonis (Acerenza).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

10 maggio 1981. Mons. Peter Feuerbach (Limburg).
11 settembre Mons. Anselmo Oliva (Legazpi).
19 » Mons. Raimund Winklhofer (Passau).
Mons. Joseph Krumbachner (Passau).
» » Mons. Anton Grillinger (Passau).
23 novembre Mons. Werner Radspieler (Bamberg).
» » Mons. Gerhard Boss (Bamberg).
24 n Mons. Gianfranco Gazzotti (Reggio Emilia).
» » Mons. Pietro Braglia (Reggio Emilia).
» » Mons. Pellegrino Nino Diambri (Reggio Emilia).
»)) Mons. Provino Tedeschi (Reggio Emilia).
» » Mons. Albino Rossi (Reggio Emilia).
29 » Mons. Alfonso M. Farina (Vallo di Lucania).

8	febbraio	1985.	Mons. Rolando Zera (Verona).
28	»	»	Mons. Luigi Bressan (Trento).
»	»	»	Mons. Eugenio Sbarbaro (Guastalla).

Cappellani di Sua Santità:

19	settembre	1984.	II sac. Franz Tomschy (Passau).
	»		II sac. Sebastian Hinterberger (Passau).
	»		II sac. Helmut Schuler (Passau).
»	»		II sac. Johann Wagenhammer (Passau).
	»	»	II sac. Martin Moritz (Passau).
	»		II sac. Hans Lang (Passau).
»		».	II sac. Matthias Geyer (Passau).
15	novembre		II sac. Theodor Holländer (Essen).
»	»		II sac. Hugo Kramer (Essen).
1ß			II sac. Giovanni Detto ri (Ozieri).
			II sac. Francesco Amadu (Ozieri).
»			II sac. Emilio Becchi (Ozieri).
	»	»	II sac. Francesco Brundu (Ozieri).
»			11 sac. Michele Virdis (Ozieri).
26	»		II sac. Kurt Kaiser (Freiburg im Breisgau).
»			II sac. Lorenzo Vergara (Cuernavaca).
29		»	II sac. Armando Vargas (Cuernavaca).
»	»	»	II sac. Pasquale Allegro (Vallo di Lucania).
»	»	»	II sac. Giovanni D'Angiolillo (Vallo di Lucania)
»		»	II sac. Mario Sibilio (Vallo di Lucania).
»	»	»	II sac. Antonio Lista (Vallo di Lucania).
22	dicembre	»	II sac. Giuseppe Randazzo (Agrigento).
5	gennaio	1985.	II sac. Luigi Porsi (Roma).
9	»	»	II sac. Elio Monaco (Udine).
»	»	»	II sac. Primo Sabbadini (Udine).
17		»	II sac. Zbigniew Puzyna (Krakow).
»	»		II sac- Stanislaw 2ák (Krakow).
		»	II sac. Jan Zajac (Krakow).
	»		II sac. Stanislaw Olszówka (Krakow).
		»	II sac. Jan Dyduch (Krakow).
		»	II sac. Zbigniew Moiiko (Krakow).
»	»	»	II sac. Franciszek Juraszek (Krakow).
24	»	»	II sac. Giuseppe Niosi (Patti).
	»	»	II sac. Michele Cesare Caccetta (Patti).
	»	»	II sac. Nicolò Guarnera (Patti).
	»	»	II sac. Nunzio Ziino (Patti).
19	febbraio		II sac. Eraldo Fracassi (Brescia).
»	»	»	II sac. Adolfo Tito Yllana (Cáceres).
23	»		II sac. Antenore Domenico Vezzano (Padova).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

4 gennaio 1985. Al sig. Mario Marchi (Roma).
19 » » Al sig. Antonio Anelli (Trani).
6 febbraio » Al sig. Francesco Filadoro (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

6 agosto 1984. Al sig. Alexis Curiel Quintero (Venezuela).
29 novembre » Al sig. Mario Cetrangolo (Vallo di Lucania).
17 gennaio 1985. Al sig. Michel Charles de la Masselière (Paris).
15 febbraio » Al sig. Francesco Bernasconi (Roma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

16 novembre 1984 Al sig. Walter Tautschnig (Wien).
24 » » Al sig. Julius Spuck (Mainz).
» » Al sig. Bruno Galvani (Tortona).
13 dicembre » Al sig. Roberto Alfieri (Reggio Emilia).
17 gennaio 1985, Al sig. Mario Cavicchi (Reggio Emilia).
» » » Al sig. Andrea Di Benedetto (Amalfi).
19 » » Al sig. Manfredo Mantegazza (Roma).
26 febbraio Al sig. Mario De Bonis (Roma).

NECROLOGIO

2 marzo 1985. Mons. Carlos E. Cremata, Vescovo di Santo Tomé *(Argentina).*
7 » » Mons. André Charles de la Brousse, Vescovo emerito di Dijon *(Francia).*
12 » » Mons. George L. Leech, Vescovo tit. di Allegheny.
17 » » Mons. Carlos A. Mullin Nocetti, Vescovo di Minas *(Uruguay).*
24 » » Mons. Norbert Calméis, Vescovo tit. di Dusa.
25 » » Mons. Carlos M. Pérez Eslava, Arcivescovo emerito di Salta *(Argentina).*
» » » Mons. Antonio Corso, Vescovo di Maldonado-Punta del Este *(Uruguay).*
» » » Mons. Dino L. Romoli, Vescovo emerito di Pescia *(Italia).*

An. et vol. LXXVII 3 Maii 1985 N. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

Pontificia Commissio de Apostolatu pro Valetudinis Administris instituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

1. Dolentium hominum Ecclesia semper diligentissimam curam commonstravit ; qua in re nihil plane aliud fecit nisi praeclarum Conditoris sui ac Magistri secuta est exemplum. Etiam Nos igitur in Epistula Apostolica, quam hoc ipso die ante annum foras dedimus cuique titulum indidimus : <(Salvifici doloris », luculenter profecto docuimus : ((Christus opera messianica sua inter Israelis populum sine intermissione accessit ad ambitum humani doloris. "Pertransivit benefaciendo"; et haec eius actio ante omnia pertinuit ad ipsos patientes atque adiumenta praestolantes» (n. 16).

Progredientibus revera saeculis vehementer persensit Ecclesia ministerium erga aegrotantes dolentesque veluti complentem muneris sui partem neque solum favendo inter christianos effecit ut diversa ineantur misericordiae incepta sed ex se quoque ipsa complures genuit religiosas institutiones proprio cum proposito adiuvandi ordinandique et perficiendi extendendique praesidia pro infirmis atque aegrotis. Missionarii vicissim evangelizationis opus exsequentes sedulo Boni Nuntii disseminationem cum levatione aegrotantium curationeque consociaverunt.

2. Cum autem Ecclesia ad homines patientes accedit mysteriumque doloris, definita ducitur humanae personae notione eiusque destinationis secundum Dei consilia. Medicinam videlicet artem atque'curas varias valetudinis existimat non tantum corporis ad bonum et salutem attinere sed personam etiam ut talem respicere quae in corpore ipso infecta sit malo. Aegritudo nempe ac dolor haud experientiae sunt quae solam corporis condicionem in homine tangunt, verum ipsum hominem totum in ipsius integritate propria coniunctioneque animae et corporis. Patet ceteroquin aegrotationem in corpore comparentem interdum suam ducere originem veramque causam ex animae humanae recessibus.

Morbus enim ac dolor res eae sunt quae, si penitus pervestigantur, quaestiones semper ponunt provinciam medicinae artis excedentes atque essentiam status hominum hoc in mundo attingentes (cf. *Gaudium et Spes,* n. 10). Facile propterea intellegitur quantum prae se ferant momentum in ipsis socialibus ministeriis pro aegrotis non modo praesentes animarum pastores sed operarii etiam qui specie prorsus humana morbi ducantur sciantque idcirco accessum plane humanum aperire ad hominem infirmum ac patientem. Christianorum iudicio Christi redemptio et gratia salutaris totum ad hominem perveniunt iri eius condicione humana, quapropter in aegrotatione quoque et dolore ac morte.

3. Porro proximis hisce annis insigniter quidem significanterque progressae res sunt ulterius in provincia ministeriorum publicorum pro hominum sanitate. Ex altera enim parte accessus ipse ad subsidia curasque valetudinis, qui iam civium proprium ius est agnitus, passim percrebuit; unde factum est ut structurae etiam institutorum variaque opera pro eadem sanitate valde augescant. Ex altera vero parte Civitates ipsae, uti his efficaciter occurrant necessitatibus, congrua rei ministeria constituerunt, aptas leges pertulerunt rationesque susceperunt politicas hunc ad ordinem publicae sanitatis nominatim spectantes. Praeterea Coetus Nationum Unitarum de industria excitavit Totius Orbis Institutum pro Sanitate.

Perampla nimirum haec et implicata negotiorum regio complectitur directo personae humanae societatisque bonum. Quam omnino ob causam inevitabiles hic summaeque prudentiae moventur quaestiones, quibus non modo socialis atque institutionalis rei ratio afficitur, verum indoles etiam ethica eius ac religiosa, quoniam praecipui quidam «humani)) eventus inibi contingunt, quales sunt dolor ipse et morbus necnon mors coniuncta cum interrogationibus de munere medicae artis

medicique ipsius officio erga aegrotantes. Novae dein metae, quas scientiarum progressus defixerunt earumque usus technici ac medicinales qui fieri possunt, respiciunt intimas fragilesque vitae partes ipsis in illius fontibus altissimaque significatione.

4. Magni autem Ecclesiae in primis interesse videtur ut opus fiat ordinatioris inquisitionis in usque implicatiores quaestiones, quibus sanitatis curatores obviam procedere oportet, intra ambitum maioris cuiusdam mutuae adiutricis industriae inter varios coetus ac navitates his rebus convenientes. Multiplicia enim hodie inveniuntur instituta quae proxime christianos obligant in sanitatis regione : praeter et iuxta ipsas Congregationes et Institutiones Religiosas propriis cum socialibus sanitatis curandae rationibus, exstant pariter medicorum catholicorum collegia et consociationes sic dictorum paramedicorum, tum etiam valetudinariorum pharmacopolarum voluntariorum, et instituta singularum vel plurium simul dioecesium sicut et singularum vel plurium etiam nationum ad id scilicet spectantia ut quaestiones medicinae ac sanitatis prosequantur. Melior tamen magisque coniuncta flagitatur ordinatio horum omnium institutorum. In oratione autem, quam die III mensis Octobris anno MCMLXXXII ad medicos catholicos habuimus, eandem hanc illustravimus necessitatem : « Hoc ut fiat, haud sufficit singulare cuiusque opus. Postulatur namque industria omnium simul effecta et sapiens, bene constituta adsidua magnanima, neque hoc solum intra cuiusque nationis fines, verum inter totius etiam orbis civitates. Etenim apta operum compositio per omnem orbem efficere valet ut melius annuntietur efficaciusque defendatur fides vestra, vestra humani cultus ratio, officium christianum vestrum in scientifica investigatione necnon in vestri vitae muneris perfunctione » *(Insegnamenti,* 1982, 3, p. 674).

5. Haec vero idonea rerum consensio et coniunctio illuc ante omnia est intendenda ut foveatur inde ac diffundatur perfectior usque institutio ethica et religiosa ipsorum opificum sanitatis christianorum in mundo, habita quidem ratione tum diversorum vitae statuum tum quaestionum peculiarium quibus satisfacere debent dum munera sua procurant. Dirigetur deinde ad melius sustinenda provehenda augenda necessaria opera studii et altioris perspectionis et consilii, quod spectat ad supra memoratas quaestiones peculiares ministerii sanitatis Secundum christianam veri hominum boni aestimationem. Hac in provincia coortae sunt his temporibus subtiles 4¿ pergraves difficultates indolis

ethicae, in quibus necesse est Ecclesia et christiani ipsi fortiter scienterque suam interponant auctoritatem ut bona necessariaque iura tutentur quae cum dignitate extremaque personae humanae sorte cohaerent.

6. Adducti hisce itaque Nos considerationibus et sententiis innisi peritorum, sacerdotum et religiosorum et laicorum, in animum induximus motu proprio instituere *Pontificiam Commissionem de Apostolatu pro Valetudinis Administris* quae nempe officium impleat coniuncte ordinandi universas Institutiones catholicas, religiosas ac laicas, operam id est navantes pastorali curae aegrotantium. Consociari hanc Commissionem censemus cum Pontificio Consilio pro Laicis, cuius complens sit ipsa pars, licet propriam semper conservet naturam indolemque in rebus disponendis ac perficiendis.

Huius sic conditae Commissionis esse edicimus :

— incitare et adiuvare opus educationis studii actionis, quod diversae consociationes internationales catholicae iam in hoc sanitatis campo faciunt, sicut et alii similes coetus et instituta quae variis in societatis ordinibus variisque modis operantur eadem in rerum provincia;

— convenienter communiterque disponere coepta variorum Curiae Romanae Dicasteriorum quae ad hanc sanitatis regionem pertinent eiusque proprias quaestiones ;

— explanare tueri diffundere Ecclesiae doctrinas de rebus sanitatis earumque ingressionem fovere in usum ipsum apud valetudinis administros ;

— coniuncte agere cum Ecclesiis particularibus et praesertim cum Episcoporum commissionibus pro opere sanitatis ;

— intento animo prosequi et perscrutari inclinationes propositorum ipsaque concreta incepta in opere sanitatis tam in ordine singularum nationum quam omnium gentium simul, ut eorum pondus atque effectus in pastoralem Ecclesiae navitatem aestimari possit.

Praesideat huic Pontificiae Commissioni Cardinalis ipse Praeses Pontificii Consilii pro Laicis eaque animetur a coetu cuius est res congruenter moderari cuique praeerit Archiepiscopus uti Pro-Praeses ac Secretarius sine episcopali dignitate. Praesidis illius esto plenarias Membrorum et Consiliariorum congressiones gubernare. Isque tempestive iam ante certior fiet de captis maioris momenti consiliis atque edocebitur perpetuo de communibus Commissionis operibus.

Pro-Praesidis autem erit agere et promovere, modulari et ordinare opus disponendi res efficiendique apud Pontificiam Commissionem secundum ea quae hoc fundationis documentum praecipit. Membra vero et Consiliarii a Summo Pontifice nominati repraesentabunt :

a) Quaedam Curiae Romanae Dicasteria et Instituta (Secretariam Status ; Congregationes pro Doctrina Fidei, pro Ecclesiis Orientalibus, pro Religiosis et Institutis Saecularibus, pro Gentium Evangelizatione et pro Institutione Catholica ; Pontificium Consilium « Cor Unum » et pro Familia ; Pontificiam Academiam Scientiarum) ;

b) Episcopatum universalem (commissiones episcopales pro opere sanitatis) ;

c) Familias Religiosas valetudinaria administrantes;

ei) Laicos (consociationes internationales catholicas necnon cetera instituta et coetus in regione valetudinis ambituque humani doloris versantes).

Licebit sane Pontificiae Commissioni ad munera haec implenda adiutricem petere peritorum operam atque congressus studiorum causa instruere ((ad hoc » quibusdam de quaestionibus certis ac definitis.

Quaecumque postremo a Nobis hisce Litteris Apostolicis motu proprio datis statuuntur, ea omnia ac singula firma rataque esse volumus contrariis quibuslibet haud obsistentibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xi mensis Februarii, anno MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

IOANNES PAULUS PP. II

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Fratri Alberto, in saeculo Adamo Chmielowski, Beatorum honores defe-runtur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Id habet Ecclesia a divino suo Conditore, ut quavis aetate novi e materno eius gremio oriantur sanctitatis héroes, qui temporibus pares sint atque incidentibus necessitatibus prompto, alacri actuosoque animo occurrant. Quod profecto dici

etiam potest de Polonia, quae per omne suae historiae tempus plurimos edidit filios, qui, virtutum splendore, veram Christi Ecclesiam illustrarunt. Undevicesimo autem saeculo, postquam, civili Polonorum bello ad restaurandam Reipublicae libertatem infelici sane exitu inito, ulciscentes hostes innumeris ruinis hanc Europae regionem vastaverant et res catholicas in discrimen adduxerant, cum gaudio cernere licuit virorum agmen, christiana virtute praestantium, in id strenuo contendere nisu, ut illata detrimenta resarcirentur. In quibus singulari luce refulget frater Albertus, in saeculo Adamus Chmielowski, inter paupérrimos misericordiae apostolus. Ortus est autem venerabilis hic vir die vicesima mensis Augusti, anno MDCCCXLV, in vico Igolomia, e piis parentibus Adalberto et Iosepha Borzyslawska. Aegrotum puerum trium annorum mater Deo offert, quem, sanitate mirabiliter recuperata, veste religiosa induit, tamquam futuram religiosam missionem eius portendens. Adolescens duodeviginti annos natus, pro patriae liberatione pugnis in ianuario tumultu anno MDCCCLXIII interest. In proelio pede autem privatus, in vincula conicitur, e quibus anno sequenti clam fugiens, Lutetiam Parisiorum primum adivit, inde Gandavum in Belgio, Monachium in Bavaria, et iterum iterumque Lutetiam ac tandem Varsaviani, ut pingendi et aedificandi artes addisceret, vitam vero christianam cum artis studio mirabiliter coniungens. Anno MDCCCLXXX in Societatem Iesu apud Stara Wieá ingressus, probationis nondum confecto curriculo, utpote gravi morbo afflictus, Societatem reliquit. Ex morbo vero refectus, anno MDCCCCLXXXIV Cracoviam, quae parva Poloniae Roma vocatur, pervenit, pauperque esse cum pauperibus constituit, ut caritatis Evangelii fieret testis. Sicuti Christus, qui propter nos egenus factus est, cum esset dives (cfr. *2 Cor* 8, 9), Christi cariora membra adiuvabat, reficiebat atque consolabatur, sese eorum socium in paupertate libere profitens. In publicam diaetam dormitoriam pauperes collegebat. Votis Tertii Ordinis S. Francisci nuncupatis humilique habitu indutus, Cracoviensi ordinario probante, socios et coadiutores sibi adiunxit, Congregationum Fratrum ac Sororum Tertii Ordinis S. Francisci pauperibus servientium fundamenta iaciens. Mandatum novum *(Io* 13, 34) fraternae caritatis in vitae rationem assumpsit, illud ita secutus ut Sancti Francisci paupertatem cum interiore ac prestantissima illa ab universis creatis seiunctione, Sancti Ioannis a Cruce propria, coniungeret, utriusque exempla et documenta veluti agendi normam primus ipse sequens et sodalibus suarum Congregationum magnopere commendans, ut liberatio ipsa ab omnibus rebus Christi caritatis pie-

nitudinem consequeretur eamque in humiliora membra effunderet, atque simul Ecclesiae pauperis, cui bonitatis suae divitias pro hominibus omnibus Deus credidit, testimonium redderet. Per hoc etiam suum in Christi Sponsam Ecclesiam amorem manifestum effecit. In fratre Alberto mira vitae austeritas, divini honoris ardens studium ac praesertim admirabilis evangelica paupertas fuit, unde est iure vocatus alter Poloniae Franciscus. Denique fractus laboribus, aerumnis et morbo, Cracoviae, die Nativitatis Domini Nostri, anno MCMXVI, placidissime obdormivit in Domino. Ordinariis et Apostolicis Processibus rite celebratis, perventum est ad Decretum super heroicis virtutibus, quod editum fuit a Sacra Congregatione pro Causis Sanctorum die vicesima mensis Ianuarii, anno MCMLXXVII. Processu autem super miraculo expleto atque ipso miraculo die nona mensis Iunii anno MCMLXXXIII probato, statutus est dies ad celebrandam beatificationem tum eius tum Raphaelis Kalinowski. Hodie igitur in area coram Cracovia inter Missarum sollemnia haec verba ediximus : « Nos, vota Fratris Nostri Francisci Cardinalis Macharski, Archiepiscopi Cracoviensis, necnon plurium aliorum Fratrum in Episcopatu Ordinisque Carmelitarum Discalceatorum atque Congregationum Fratrum et Sororum pauperibus servientium, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei : Raphael Kalinowski atque Albertus Chmielowski Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Beati Raphaelis Kalinowski die decima quinta Novembris et Beati Alberti Chmielowski die vigesima quinta Decembris, in locis et modis iure statutis, quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae vero per has Litteras statuimus firma esse foreque in perpetuum volumus, contrariis nihil obstantibus.

L>atum Cracoviae, sub anulo Piscatoris, die xxn mensis Iunii, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco @ Sigilli
In Secret. Status tab., n. 134948.

II

In Civitate Insularum Salomoniarum Nuntiatura Apostolica constituitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ut fert probata Sanctae Sedis consuetudo, pertinet quidem ad gravissimum officium supremi Pastoris, quod Deo adiuvante tueri contendimus, iustam curam operamque ponere in Apostolicis Nuntiaturis apud Nationes, ubi fieri potest, condendis, adeo ut per Legatos Nostros alium alii Legationi praepositum non modo publicae necessitudinis rationes augeantur et confirmentur, quae cuilibet Dicioni cum Apostolica hac Sede intercedunt, sed commune etiam religionis et civitatis bonum ubique terrarum magis magisque inter homines foveatur. Anno autem proxime elapso MCMLXXXIV, certis consideratis amicitiae vinculis Sanctam Sedem et Insulas Salomonias inter se colligantibus, Nobis ipsis, cum illic versarentur Apostolicae Peregrinationis causa, bene visum est fieri, si Nuntiatura Sanctae Sedis ibi quoque institueretur. Quare, ratum libentissime habentes Decretum Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide inde a die ix mensis Maii memorati superioris anni valiturum, hodie ex eiusdem Sacrae Congregationis consilio deque plenitudine potestatis desuper Nobis traditae Nuntiaturam Apostolicam in Insularum Salomoniarum Civitate recte ac legitime constituimus ad eamque iura privilegia indulta deferimus omnia, quae ad reliquas Nuntiaturas Apostolicas sane pertinent. Quae denique per has Litteras in modum Brevis Marioris ediximus, statuimus, ea volumus effectus suos nunc et in posterum habere, contrariis haud obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xviii mensis Ianuarii, anno Domini MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

In Secret. Status tab., n. lÒOlfJfi.

III

Simulacrum B. M. V. sub titulo « la Virgen de la Candelaria » excultae, quod intra fines archidioecesis Arequipensis in sacra aede oppidi « Chapi » asservatur, pretioso diademate redimitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Ex historia ipsius Ecclesiae Arequipensis satis de venerationis cultu cognoscitur, quo complures quidem Peruviani fideles inde a saec. xvin simulacrum B. M. V. « de la Candelaria » vulgo nuncupatae prosequi consueverunt, quod intra fines memoratae archidioecesis in sacra aede loci « Chapi » pie asservatur. Ad eum enim locum, ubi recens reiectum eiusmodi simulacri templum nunc exstat magnificum, frequentiores fideles identidem quotannis hinc illinc peregrinantes devote accurrere iam diu pergunt, ut tantae Matri fidentes supplicent a Deoque, ea intercedente, misericordiam aliaque beneficia aut auxilia deprecentur vel etiam ut ei gratias agant. Neque desiderantur in illis locis signa favorum, qui Beatae Mariae Virginis sub memorato titulo invocare peculiarem benevolentiam testari censentur. Quibus omnibus consideratis, cum etiam venerabilis Frater Ferdinandus Vargas Ruiz de Somocurcio, Archiepiscopus Arequipensis, superiore anno per litteras die xxin mensis Augusti datas vota cleri ac populi exprompsisset in precibus huic Sanctae Sedi adhibitis, Nos, in Civitatem Peruvianam nuperrime peregrinantes pastoralis visitationis causa, gratiosam B. M. V. imaginem sub titulo ((la Virgen de la Candelaria » excultam et in sacra aede loci v. d. « Chapi)) asservatam libentissime die II huius ipsius mensis Februarii pretioso diademate redimire vi et auctoritate Nostra Apostolica voluimus. At Ipsi ad perpetuam rei memoriam volumus has Apostolicas Litteras hodie expediri. Contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die xin mensis Februarii, anno MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

In Secret. Status tab. n. 150007.

Loco ® Sigilli

VI

Memoriae proditur Summum Pontificem Ioannem Paulum II die septimo et vicesimo Ianuarii, hoc anno, coronasse imaginem B. V. M. de Coromoto, in dioecesi Guanarensl.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sedi Nostrae beati Petri apostoli redditis, post peregrinationem in Americam Latinam, quanta subeunt, quae in tam longo itinere aut vidimus, aut diximus, aut gessimus : agmina paene infinita filiorum, regiones ac loci pulcherrima coepta religiosa ibi inita, difficultates tum ad pietatem alendam tum etiam ad vitam populorum sustentandam, spes florentes in animis, pericula quibus Dei grex esset obnoxius, cetera multa. Inter sacros autem ritus, quos ubique affluente populo celebravimus, ille haud minimus, quo beatissimam Virginem Mariam de Coromoto sollemnissima caerimonia coronavimus, pretioso diademate imposito. Est enim Maria, illo honorata cognomine, non solum amata ac venerata ab universo regionis Guanarensis populo, sed etiam fere fons unde ceterae totius nationis Venetiolanae Ecclesiae alimentum habuerint. Praeterea Venerabilis Frater Angelus Adolfus Polachini, Episcopus Guanarensis, suo clerique populique nomine, etiam atque etiam rogaverat, ut ad ritum illum deveniet tes, simul pignus benevolentiae Nostrae suae dioecesi daremus, simul causam augendae pietatis Christifidelibus afferremus. Ceterum Nostra erga castissimam Dei Matrem religio tam sancta, ac fides tam tenax, ut summo cum gaudio ritum confecerimus : videbamur enim non auri coronam Matris capiti imponere, sed gloriae atque pietatis. Egimus ergo, die septimo et vicesimo mensis Ianuarii proxime elapsi, quod petierant, grege fidelium stipati, coetu Episcoporum circumdati, ritu omnino memorabili. Ut vero rei tam faustae posteris proderetur memoria, has Litteras dari iussimus, facti testes incorruptas. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis Februarii, anno MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco *B* **Sigilli**
In Secret. Status tab., n. 150009.

ALLOCUTIONES

I

Fani, in Italia, ad Christifideles congregatos habita.*

1. « Signore, se sei tu, comanda che io venga da te sulle acque » .[1]

Entro il 31 dicembre 1989, previa intesa tra la Conferenza episcopale italiana e il Ministro dell'interno, con decreto del Presidente della Repubblica, udito il parere del Consiglio di Stato, può essere disposta la soppressione di fabbricerie anche fuori dei casi previsti dalle disposizioni vigenti, ferma restando la destinazione dei beni a norma dell'articolo 1 del regio decreto 26 settembre 1935, n. 2032.

ART. 73

Le cessioni e ripartizioni previste dall'articolo 27 del Concordato dell'11 febbraio 1929 e dagli articoli 6, 7 e 8 della legge 27 maggio 1929, n. 848, in quanto non siano state ancora eseguite, continuano ad essere disciplinate dalle disposizioni vigenti.

ART. 74

Sono abrogate, se non espressamente richiamate, le disposizioni della legge 27 maggio 1929, n. 848, e successive modificazioni, e delle leggi 18 dicembre 1952, n. 2522, 18 aprile 1962, n. 168, e successive modifiche e integrazioni, e le altre disposizioni legislative e regolamentari incompatibili con le presenti norme.

ART. 75

Le presenti norme entrano in vigore nell'ordinamento dello Stato e in quello della Chiesa con la contestuale pubblicazione nella Gazzetta ufficiale della Repubblica italiana e negli Acta Apostolicae Sedis.

L'autorità statale e l'autorità ecclesiastica competenti emanano, nei rispettivi ordinamenti, le disposizioni per la loro attuazione.

Per le disposizioni di cui al precedente comma relative al titolo II delle presenti norme, l'autorità competente nell'ordinamento canonico è la Conferenza episcopale italiana.

Dal Vaticano, 3 giugno 1985.

AGOSTINO CARD. CASAROLI

L. S.

6& ACHILLE SILVESTRINI
Arcivescovo tit. di Novaliciana
Segretario del Consiglio
per gli Affari Pubblici della Chiesa

An. et vol. LXXVII 1 Iulii 1985 N. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio; Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTULA APOSTOLICA

Ad iuvenes internationali vertente anno iuventuti dicato.

Dilecti amici,

1. « *Parati semper ad defensionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe* »[1]

Hoc omine vos prosequimur, iuvenes, hoc inito anno. Annus enim MCMLXXXV ab Instituto Nationum Unitarum renuntiatus est *Internationalis Annus Iuventuti dicatus;* quapropter multiplici significatione commendatur imprimis pro vobis ipsis, sed etiam pro cunctis hominum aetatibus, pro personis singulis, pro communitatibus, pro tota societate. Id ipsum peculiarem vim habet etiam pro Ecclesia, quae custos est primariarum veritatum ac bonorum spiritalium, simulque administra sortis sempiternae, quam homo et magna familia humana inveniunt in ipso Deo.

Quodsi homo est prima et cottidiana Ecclesiae via,[2] probe intellegitur cur Ecclesia *peculiare momentum tribuat tempori iuventutis,* quasi temporis spatio, quod est veluti cardo vitae

[1] *1 Pe* 3, 15.

[2] Cfr. IOANNIS PAULI II Litt. Enc. *Redemptor hominis,* 14: *AAS* 71 (1979), 284 s.

hominis cuiusvis. Vos, iuvenes, hanc ipsam iuventutem exprimitis: vos estis iuventus nationum et societatum, vos estis iuventus cuiusque familiae ac totius generis humani; vos estis etiam iuventus Ecclesiae. Nos omnes oculos in vos conicimus, quoniam nos omnes, propter vos, quodammodo continenter iuvenescimus. Itaque iuventus, qua floretis, non est solum propria vobis, quiddam proprium personale vel certae cuiusdam generationis, sed ea ad universum spatium pertinet illud, quod quivis homo in vitae suae itinere percurrit, estque simul *singulare omnium bonum.* Est bonum totius generis humani.

In vobis spes est reposita, quia vos ad tempus futurum pertinetis ac tempus futurum pertinet ad vos. *Spes enim* semper *ad futurum refertur,* est exspectatio « futurorum bonorum ». Prout est virtus christiana, spes coniungitur cum exspectatione illorum bonorum aeternorum, quae Deus in Iesu Christo homini promisit.[3] Eodem vero tempore haec *spes,* quatenus virtus est christiana simulque humana, est *exspectatio bonorum,* quae homo efficit, donis usus sibi a divina Providentia datis.

Hac profecto significatione tempus futurum ad vos, iuvenes, pertinet, quemadmodum olim id pertinuit ad generationem hominum adultorum, atque proprie una cum illis factum est *quiddam ad praesentia spectans.* Cuius rei eiusque formae multiplicis et lineamentorum responsale onus imprimis adultos devincit, ea autem, quae quondam praesentia una vobiscum erunt, *in vos recipitis;* quae tamen *adhuc sunt futura.*

Cum dicimus *tempus futurum ad vos pertinere,* in cogitando utimur *categoria transitoriarum rerum humanarum,* quae quidem semper iter sunt ad tempus futurum. Cum dicimus *futurum e vobis pendere,* in cogitando adhibemus *categorias ethicas,* prout officium conscientiae morale postulat, quo iubemur homini ut personae — et communitatibus et societatibus, quae e personis constant — vim fundamentalem actuum, propositorum, inceptorum, intentionum humanarum tribuere.

[3] Cfr. *Rom* 8, 19. 21; *Eph 4,* 4; *Philp* 3, 10 s; *Tit* 3, 7; *Heb* 7, 19; i *Pe* 1, 13.

Haec ratio est etiam ratio propria spei christianae et humanae. Secundum hanc rationem *omen primum et praecipuum,* quod Ecclesia per Nos ad vos, iuvenes, dirigit, vertente Anno Iuventuti dicato, hoc est: « Parati semper (estote) ad defensionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe ».[4]

2. Haec verba, a Petro apostolo olim ad primam generationem christianorum scripta, cum universo Evangelio Iesu Christi conectuntur. Quem nexum fortasse clarius percipimus, si *colloquium a Christo cum adulescente habitum,* ab evangelistis narratum,[5] consideramus. E variis locis biblicis is dignus est, qui prae primis hic memoretur.

Ad interrogationem : « Magister bone, quid faciam ut vitam aeternam percipiant », *Iesus* prius *respondet interrogando:* «Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus». Deinde pergit dicens : « Praecepta nosti : ne occidas, ne adulteres, ne fureris, ne falsum testimonium dixeris, ne fraudem feceris, honora patrem tuum et matrem ».[6] Quibus verbis Iesus eum quocum sermocinatur, de quibusdam decalogi praeceptis *monet.*

Verumtamen colloquium hic non terminatur, siquidem adulescens affirmat : « Magister, haec omnia conservavi a iuventute mea ». Tunc Iesus, ut ait evangelista, *intuitus eum dilexit eum* et dixit illi : « Unum tibi deest : vade, quaecumque habes, vende et da pauperibus et habebis thesaurum in caelo et veni, sequere me ».[7]

Hoc ipso loco *habitus colloquii* mutatur. Narrat enim evangelista : « contristatus in hoc verbo, abiit maerens : erat enim habens possessiones multas ».[8]

[4] *1 Pe* 3, 15.

[5] Cfr. *Me* 10, 17-22; *Mt* 19, 16-22; *Lc* 18, 18-23.

[6] *Me* 10, 17-19.

[7] *Me* 10, 20 s.

[8] *Me* 10, 22.

Alii praeterea *loci* sunt *in Evangeliis,* in quibus Iesus Nazarenus iuvenes convenire perhibetur — animum peculiariter movent duae narrationes de filia Iairi[9] et filio viduae in loco Naim[10] a morte in vitam revocatis —; verumtamen arbitrari omnino possumus colloquium praedictum esse *congressionem* perfectissimam et *sententiis uberrimam.* Dici etiam licet eam indolem habere magis universalem ac tempora egredi, id est aliquo modo vim habere *constantem* et *mansuram* saeculorum et generationum cursu. Sic enim Christus cum iuvene, cum puero vel puella loquitur: variis locis orbis terrarum sermocinatur, inter varias nationes, hominum Stirpes formasque cultus civilis. Unusquisque vestrum natura sua is est, *quocum* in hac collocutione *conferat sermonem.*

Simul vero omnia elementa narrationis omniaque verba, in colloquio illo ab utroque prolata, significationem habent prorsus praecipuam atque momentum proprium et peculiare. Affirmare possumus in verbis illis veritatem altissimam inesse de homine in universum et, praesertim, *veritatem de iuventute humana.* Profecto verba illa pro iuvenibus magni sunt *ponderis.*

Placeat ergo vobis ut considerationem Nostram in hac Epistula potissimum cum hac collocutione et cum hoc loco evangelico conectamus. Ita fortasse fiet ut *proprium colloquium cum Christo* facilius explicetis — colloquium sane, quod pro iuvene est momenti fundamentalis et essentialis.

3. Initium sumimus ab iis, quae in extrema parte loci evangelici dicuntur : adulescens abiit maerens, « erat enim habens possessiones multas ».

Non est dubium quin haec verba ad bona materialia referantur, quorum adulescens ille erat possessor vel heres. Haec autem condicio fortasse solum aliquorum est propria, sed non habet vim exempli generisque. Quapropter verba evangelistae

[9] Cfr. *Lc* 8, 49-56.

[10] Cfr. *Lc* 7, 11-17.

suadent ut quaestionem alio modo ponamus: *agitur enim de hoc:* iuventus ipsa (cuiusvis boni materialis nulla habita ratione) *est divitiarum singularis thesaurus* hominis, puellae vel pueri, atque plerumque eo iuvenes vivendo utuntur ut peculiaribus divitiis; plerumque, sed non semper neque ex more, quia in mundo homines non desunt, qui varias ob causas iuventutem ut thesaurum non experiantur. De qua re seiunctim erit tractandum.

Sed sunt rationes — etiam *indolis obiectivae* — quibus inducimur ut de iuventute quasi de singulari thesauro cogitemus, quem homo in ipso illo vitae suae spatio experitur. Hoc sine dubitatione a tempore infantiae distinguitur (est enim egressio ex annis infantiae), quemadmodum etiam a spatio aetatis maturae et confirmatae. Tempus enim iuventutis est *tempus, quo impensissime illud humanum « ego »* et proprietates ac facultates cum eo coniunctae deteguntur. Gradatim et pedetemptim detegitur — cum progrediens personalitas alicuius adulescentuli vel adulescentulae intrinsecus observatur — « potentialis » facultas humanitatis concretae eaque peculiaris et quodammodo non iterabilis, in qua totum consilium de vita futura continetur. Vita apparet quasi illius propositi effectio: quasi ((ratio se ipsum ut personam perficiendi ».

Quaestio, ut liquet, secundum plures facies suas oportet explanetur; sed ut de ea breviter dicatur, talis figura et forma illius divitiarum thesauri, qui est iuventus, menti *occurrit.* Qui *thesaurus* in eo positus est ut *detegantur* simulque *disponantur, eligantur, praevideantur, assumantur proprio marte* primae *deliberationes,* quae ad tempus futurum momentum habent, quod attinet ad rationem prorsus personalem exsistentiae humanae. Simul vero hae deliberationes non levem vim habent socialem. Adulescens, de quo in Evangelio agitur, in hoc ipso spatio vitae versabatur, ut ex ipsis interrogationibus conicimus, quas in colloquio cum Iesu habito posuit. Quocirca etiam verba illa extrema de « possessionibus multis », id est

de opibus, hoc ipso sensu intellegi possunt: quatenus videlicet ipsa iuventus est divitiarum thesaurus.

Tamen quaerere debemus: num hic divitiarum thesaurus, qui est iuventus, fortasse hominem a Christo seiungat oportet? Evangelista sine ulla dubitatione hoc non affirmat; immo, si in textum inquiritur, potius aliud inde colligitur. Ad deliberandum ut a Christo discedatur, solum exteriores divitiae in summa pondus habuerunt, id est *id quod adulescens possidebat (« possessiones »), non id quod ipse erat!* Id enim quod ipse erat, quatenus proprie adulescens erat — id est thesaurus interior, qui in iuventute humana continetur — eum ad Iesum adduxit; eumque movit ut illas quaestiones moveret, in quibus *de proposito totius vitae* maxime perspicue agitur. Quid mihi est agendum? « Quid faciam ut vitam aeternam percipiant ». Quid facere debeo *ut vita mea* plenam *vim* plenamque habeat *significationem^*

Iuventus cuiusque vestrum, amici dilecti, est thesaurus, qui ipsis hisce interrogationibus ostenditur. Quas quidem quaestiones per totius vitae cursum homo sibimet ponit; sed in iuventute modo *singulariter impenso* exoriuntur, quin immo animum urgent. Atque hoc recte fieri contingit. Hae interrogationes documento sunt progressionem personalitatis humanae virtute dynamica moveri, quae aetatis vestrae est propria. Has quaestiones interdum vobis ponitis aegre acriterque, simulque intellegitis responsionem ad eas non esse posse festinatam vel parum accuratam. Ea oportet vim habeat specialem ac certam definitamque ; siquidem agitur de *responsione,* quae *ad totam vitam spectat,* quae totam exsistentiam humanam complectitur.

Has autem quaestiones primarias praesertim illi aequales vestri sibi ponunt, quorum vita usque a puerili aetate doloribus gravatur: cuius generis sunt vitium corporis, infirmitas, aliquod impedimentum vel aliqua deminutio, difficilis condicio domestica vel socialis. Si nihilominus eorum conscientia

recte progreditur, interrogatio de sensu et valore vitae pro iis fit eo magis primarium quiddam et simul *singulariter grave,* quia ab ipsis initiis dolore vitae notatur. Quot iuvenes huiusmodi in magna multitudine iuvenum, qui sunt per totum orbem terrarum, inveniuntur! In variis nationibus et societatibus ; in singulis familiis Î Quot usque ab infantia in aliquo instituto vel valetudinario vivere coguntur, ad quandam inertiam redacti, unde in iis persuasio possit oriri se hominum generi esse inutiles!

Potestne affirmari huiusmodi iuventutem eorum esse interiorem divitiarum thesaurum? A quo id quaerere debemus? Quem illi de hac re potissima interrogare debent? Christus hic videtur esse unus, quocum, ut competenti, sermo possit conferri; pro quo nemo plane possit substitui.

4. Christus adulescenti, quocum secundum Evangelium sermocinatur, respondens dicit: « Nemo bonus nisi unus Deus ». Iam audivimus quid alter quaesierit : « Magister bone, quid faciam ut vitam aeternam percipiam? ». Quid agam ut vita mea significationem habeat, plenam significationem et vim? Possimus eius interrogationem verbis aetatis nostrae propriis reddere. Secundum hanc contextam orationem responsio Christi idem valet ac: Deus unus est *ultimum fundamentum omnium bonorum;* ipse solus *sensum certum ac definitum* tribuit vitae nostrae humanae.

Unus Deus est bonus, quod significat ex eo ac quidem ex eo solo omnia bona originem ducere ac perfectionem terminalem; eum esse « Alpha et Omega, principium et finem » . [11] Solum in eo illa indolem induunt germanam atque modo certo ac definito confirmantur. *Sine eo* — nisi ad eum aliquis vel aliquid referatur — universitas bonorum creatorum veluti in spatio inani et absoluto pendent. Amittit quoque perspicuitatem, amittit significantiam. Malum autem quasi bonum sit, appa-

[11] ***Apc* 21, 6.**

ret atque bonum de suo loco deicitur. Nonne ipsa experientia, quae aetate nostra hauritur, hoc testatur, ubicumque Deus amotus est a prospectu aestimationum, opinionum, actionum?

Cur unus Deus est bonus? *Quia est caritas.* Christus hanc dat responsionem verbis Evangelii ac potissimum testimonio vitae suae et mortis : « Sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret » .[12] Deus est bonus propterea sane quod « caritas est » .[13]

Interrogatio de vi, interrogatio de significatione vitae — ut iam diximus — pertinet ad thesaurum singularem iuventutis. Quae interrogatio ex *ipsis penetralibus thesauri divitiarum et sollicitudinum* erumpit, quae cum consilio vitae suscipiendo et eificiendo conectuntur. Quod etiam maioris est ponderis, cum iuventus dolori personali est obnoxia aut penitus conscia doloris aliorum; cum vehementer turbatur, intuens malum multum et varium, quod est in mundo; denique, cum in conspectum venit mysterii peccati, humanae iniquitatis *{mysterii iniquitatis).*[1]* Responsio Christi haec est: « Unus Deus bonus »; solus Deus caritas est. Haec responsio videri potest difficilis, sed est simul firma et vera: in ea *solutio certa ac definita* continetur. Quot precationes facimus ut vos, iuvenes amici, hanc Christi responsionem modo vere personali audiatis, ut viam interiorem ad eam intellegendam inveniatis, ut eam accipiatis et ad effectum adducatis!

Ita Christus se gerit in sermocinatione cum adulescente; ita se gerit in colloquio, quod cum unoquoque et unaquaque vestrum habet. Cum ei dicitis : « Magister bone ... », ipse quaerit: «Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi unus Deus ». Itaque id ipsum quod bonus sum, *testimonium perhibet de Deo.* « Qui vidit me, vidit Patrem » .[15] Sic Christus loquitur,

[0] ***Io* 3, 16.**

[a] ***1 Io 4,* 8. 16.**

[14] **Cfr.** ***2 Thess 2,* 7.**

[15] ***Io* 14, 9.**

magister et amicus, Christus crucifixus et resuscitatus: heri et hodie idem, et in saecula.[16]

Hic est ipse velut nucleus, *caput praecipuum* responsionis ad hasce interrogationes, quas per divitiarum thesaurum ei ponitis, qui est in vobis et in vestra iuventute insitus. Quae quidem iuventus varios vobis aperit prospectus, munus vobis committit de tota vita vestra capiendi consilium. Hinc oritur quaestio de valoribus, quaestio de sensu, de veritate, de bono et malo. Christus, cum vobis respondens vos iubet haec omnia ad Deum referre, simul vobis *ostendit* qui sit earum rerum *fons et fundamentum in vobismet ipsis.* Etenim unusquisque vestrum ipsa creatione est *imago et similitudo Dei."* Ipsa haec *imago* et *similitudo* efficiunt ut eas quaestiones moveatis, quas vobis ponere debetis. Eae quidem demonstrant quatenus *homo sine Deo se ipsum comprehendere non valeat,* neque sine Deo *se ipsum ut personam perficere* possit. Iesus Christus in mundum venit potissimum ut unusquisque nostrum huiusce rei conscius fieret. Sine eo, haec ratio fundamentalis veritatis de homine facile obscuraretur. Verumtamen, « lux venit in mundum » ,[18] « sed tenebrae eam non comprehenderunt » .[19]

5. Quid faciam ut vita mea valeat, ut significatione sit praedita? Haec sunt verba huius interrogationis inflammatae in ore adulescentis, de quo in Evangelio agitur : « *quid faciam ut vitam aeternam percipiamf* ». Numquid homo, qui quaestionem hoc modo ponit, sermone utitur, quem homines, qui hac sunt aetate, adhuc intellegant? Nonne homines sumus,, quorum iudicium de vita prorsus *in mundo et progressione temporali* innititur? Nos imprimis secundum categorias terrenas cogitamus. Si fines Terrae nostrae egredimur, id propterea facimus ut volatus inter planetas instituamus, signa aliis

[16] **Cfr. *Heb* 13, 8.**
[17] **Cfr.** *Gn* **1, 26.**
[18] ***Io* 3, 19; cfr. 1, 9.**
[19] ***Io* 1, 5.**

planetis deferamus atque sideralia instrumenta exploratoria eo mittamus.

Haec omnia facta sunt *continentia civilis cultus temporis nostri.* Scientia una cum arte technica modo incomparabili copiam potestatemque hominis detexit, quod ad materiam attinet, atque etiam dominatur, *in intimis eius* cogitationibus, facultatibus, inclinationibus, cupiditatibus.

Simul vero liquet nos, *cum coram Christo sistamus* et ipse is fiat, cui cum fiducia quaestiones iuventutis nostrae ponamus, *non alio modo posse interrogare* quam adulescentem illum, de quo in Evangelio agitur: « quid faciam ut vitam aeternam percipiant ». Quaevis alia interrogatio de sensu et vi vitae nostrae, coram Christo, non sufficiens esset neque essentialis.

Christus enim non solum est « magister bonus », qui viam vitae in terra commonstrat; est *testis* sortis illius ultimae, quam homo in ipso invenit Deo. Est testis *immortalitatis* hominis. Evangelium, quod Christus voce annuntiavit, ad extremum Cruce et Resurrectione in mysterio paschali obsignato*. « Christus suscitatus ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominatur ».[20] Resurrectione sua Christus factus est etiam in omne tempus « signum, cui contradicetur »[21] respectu omnium consiliorum et piaci torum, quae hominem *ultra fines mortis* ducere nequeunt. Immo hoc ipso limite illa omni quaestioni de vi et sensu vitae finem imponunt. Respectu cunctorum huiusmodi propositorum et placitorum, rationum de mundo sentiendi et iudicandi et ideologiarum, Christus continenter haec iterat verba : « Ego sum resurrectio et vita »,[22]

Si ergo, dilecte frater, dilecta soror, cum Christo, toti veritati de eius testimonio adhaerens, vis colloqui, debes hinc <(*amare mundum* » — « sic enim dilexit Deus mundum, ut Filium suum unigenitum daret »[23] — illinc vero simul interius

[20] *Rom* 6, 9.
[21] *Lc 2,* **34.**
[22] *Io 11,* **25.**
[23] ***Io* 3, 16.**

oportet te abstrahas a tota « realitate » illa, tam uberi mentemque alliciente, quae dicitur «mundus». Oportet iam animum inducas ut quaestionem moveas *de vita aeterna.* «Praeterit enim figura huius mundi »[24] et unusquisque nostrum huiusmodi transitioni est obnoxius. Homo nascitur, cum dies mortis, respectu habito mundi visibilis, iam *prospicitur;* simul vero homo, cuius interior ratio exsistendi in eo est sita ut se ipsum superet, in se ea etiam omnia fert, quibus superet mundum.

Ea omnia, quibus homo in semet ipso superat mundum — etsi in eo est defixus — explanatur imagine et similitudine Dei, quae in homine ab eius ortu est insita. Omnia vero, quibus homo superat mundum, non solum efficiunt ut *merito ponatur quaestio de vita aeterna,* sed eam etiam pernecessariam reddunt. Hanc ipsam quaestionem homines iam diu movent non solum intra fines religionis christianae, sed etiam extra eos. Oportet vos ea sitis animorum alacritate ut eam etiam quaestionem ponatis, quemadmodum adulescens fecit, de quo in Evangelio agitur. Religio christiana nos docet *mente comprehendere temporalitatem ex prospectu Regni Dei,* ex prospectu vitae aeternae. Sine ea homini temporalitas, quamvis sit uberrima omnique ex parte optime constituta, ad extremum nihil aliud affert quam necessitatem ineluctabilem mortis.

Est autem quaedam *antinomia inter iuventutem et mortem.* Quae quidem mors a iuventute longe abesse videtur. Ita est. Quoniam vero iuventus significat consilium captum de tota vita, consilium initum secundum criterium sensus et valoris, etiam in ipsa iuventute pernecessaria est *quaestio de fine.* Experientia humana, si sibimet ipsi relinquitur, idem affirmat, quod Sacra Scriptura: « statutum est hominibus semel mori » ,[25] atque auctor divino instinctu inflammatus adiungit: « post

[24] *1 Cor* 7, 13.
[25] *Heb* 9, 27.

hoc autem iudicium».[26] Christus vero ait: «*Ego sum resurrectio et vita. Qui credit in me, etsi mortuus fuerit, vivet; et omnis, qui vivit et credit in me, non morietur in aeternum*».[27] Itaque a Christo quaerite, ut adulescens, de quo in Evangelio: «Quid faciam ut vitam aeternam percipiant».

6. Ad hanc interrogationem Christus respondet: «*Praecepta nosti*», quae statim enumerat, ex decalogo deprompta. Quae quidem Moyses olim in monte Sinai accepit, cum *inter Deum* et Israel *foedus pangeretur.* In tabulis lapidéis scripta,[28] cuique Israelitae cotidianam viam sequendam commonstrabant.[29] Adulescens, qui cum Christo colloquitur, praecepta decalogi, ut patet, memoriter *novit,* quin immo cum gaudio valet profiteri: «haec omnia conservavi a iuventute mea».[30]

Oportet nos arbitrari in colloquio, quod Christus cum unoquoque vestrum, iuvenes, habet, *eandem interrogationem iterari:* «*~Nostine praecepta*»? Quae interrogatio certe repetitur, cum praecepta pertineant ad foedus inter Deum et hominum genus. Praecepta fundamenta primaria modi se gerendi statuunt, *vim moralem actuum humanorum* definiunt, modo «organico» cum vocatione hominis ad vitam aeternam conectuntur, necnon cum instauratione Regni Dei in hominibus et inter homines. In verbis Revelationis divinae perspicuus *codex morum* continetur, cuius partes praecipuae sunt tabulae decalogi, in monte Sinai scriptae, ad cuiusque culmen in Evangelio' pervenitur: in sermone supra montem habito,[31] et *in praecepto caritatis?*[32]

Hic morum codex simul alio modo est conscriptus. Videlicet *in conscientia morali humani generis* est scriptus, ita ut.

[26] *Ibidem.*
[27] *Io* 11, 25 s.
[28] Cfr. *Ex* 34, 1; *Dt* 9, 10; *2 Cor* 3, 3.
[29] Cfr. *Dt* 4, 5-9.
[30] *Me* 10, 20.
[31] Cfr. *Mt* 5-7.
[32] Cfr. *Mt* 22, 37-40; *Me* 12, 29-31; *Lc* 10, 27.

qui praecepta, id est legem a Deo revelatam, ignorent, « ipsi sibi sint lex».[33] Ita sanctus Paulus in *Epistula ad Romanos* loquitur, statimque adiungit: « qui ostendunt opus legis *scriptum in cordibus suis,* testimonium simul reddente illis conscientia ipsorum ».[34]

Hic quaestiones summi momenti pro iuventute vestra et pro illo proposito et consilio de vita, quod inde exoritur, attingimus.

Hoc propositum atque consilium conformatur prospectui vitae aeternae imprimis per veritatem operum, quibus illud efficitur. Veritas operum duplici illa scriptione legis moralis ut fundamento innititur: scriptione, quae est in tabulis decalogi Moysi traditis et in Evangelio prolata, et scriptione, quae in conscientia morali hominis veluti est insculpta. Conscientia autem « *testimonium reddit* » *illius legis,* ut ait sanctus Paulus. Quae quidem conscientia — secundum verba *Epistulae ad Romanos* — sunt « cogitationes accusantes aut etiam defenderes ».[35] Nemo nescit quantopere haec verba veritati interiori nostrae respondeant: unusquisque nostrum inde a pueritia vocem conscientiae experitur.

Cum ergo Iesus, cum adulescente colloquens, praecepta recenset: « ne occidas, ne adulteres, ne fureris, ne falsum testimonium dixeris, ne fraudem feceris, honora patrem tuum et matrem »,[36] conscientia recta respondet interius circa eiusmodi opera humana agendo: *aut accusat aut defendit.* Est tamen necessarium ne conscientia a recto itinere deerret; oportet ne fundamentalis ratio principiorum moralium deformetur, eo quod aliquo « relativismo » vel nimio utilitatis studio inficiatur.

Dilecti iuvenes amici ! Responsio, quam Iesus ei dat, quocum secundum Evangelium colloquitur, ad unumquemque et unam-

[33] Cfr. *Rom* 2, 14.
[34] *Rom* 2, 15.
[35] *Ibidem.*
[36] *Mc* 10, 19.

quamque vestrum dirigitur. Christus *de statu iudicii moralis vestri* quaerit, simulque *de statu conscientiarum vestrarum* interrogat. Haec est interrogatio praecipua pro homine : est interrogatio fundamentalis iuventutis vestrae, quae ad totum propositum vitae vim habet, quod in ipsa iuventute suscipi debet. Eius vis intime coniungitur cum modo, quo unusquisque vestrum se gerit respectu *boni et mali.* Eius propositi vis ex indole authentica et probitate conscientiae vestrae essentialiter pendet, pendet etiam ex eius *habitu tenero mollique.*

Hic ergo in re difficili versamur, quatenus temporalitas et aeternitas sibi continenter occurrunt ac quidem in gradu, qui hominis est proprius. Est gradus conscientiae, *gradus valorum moralium,* cum haec sit summi momenti ratio temporalitatis et historiae. Historia enim non solum eventibus efficitur, qui quodam modo « extrinsecus » fiunt, sed imprimis « intrinsecus » concinnatur : est *historia conscientiarum humanarum,* quae aut vicerunt aut victae sunt. Hac in re etiam praecipua magnitudo hominis innititur: eius videlicet dignitas vere germaneque humana. Hic est ille thesaurus interior, quo homo *continenter se ipsum superat,* ad aeternitatem quod spectat. Quodsi verum est: «statutum est hominibus semel mori», verum est etiam hominem thesaurum conscientiae, bonum et malum, quod collegit, secum ferre ultra fines mortis, ut *coram eo, qui est ipsa sanctitas,* extremam ac definitivam veritatem de universa sua vita percipiat: «post hoc autem iudicium ».[37]

Id ipsum in conscientia fieri contingit : ubi in veritate interiore actuum nostrorum quodammodo semper adest ratio vitae aeternae. Simul vero ipsa conscientia, per valores morales, veluti sigillum significantissimum in vita generationum imprimit, necnon in historia et cultu civili consortionum humanarum, societatum, nationum, totius humanitatis.

Quantum hac in re ex unaquaque et unoquoque vestrum pendet !

[37] *Heb* 9, 27.

7. Colloquium Christi cum adulescente pervestigare pergentes, ad alium *gradum* pervenimus, qui est *novus et decretorius.* Adulescens responsionem essentialem et fundamentalem ad interrogationem : « Quid faciam ut vitam aeternam percipiant », accepit; quae quidem responsio cum tota via vitae, quam usque adhuc percurrit, congruit : « haec omnia conservavi a iuventute mea ». Quam vehementer exoptamus unicuique vestrum ut *via vitae vestrae., quam usque adhuc estis emensi,* similiter *congruat cum responsione Christi!* Quin immo exoptamus ut iuventus vobis solidum praebeat fundamentum principiorum sanorum, ut conscientia vestra iam per hos annos florentis aetatis illam perspicuitatem maturam adipiscatur, qua fiat ut in vitae cursu unusquisque vestrum sit semper « persona, quae conscientia moveatur », « persona principiis ducta », « persona *fide digna* », id est credibilis. Personalitas moralis, hoc modo formata, eiusmodi est ut quam maxime conferat ad *vitam « communitariam »,* quam appellant, ad societatem, ad munera et artes atque etiam ad opus in cultu civili et re politica positum, ac denique ad ipsam communitatem Ecclesiae, cuius iam estis vel quondam participes eritis.

Agitur hic tum de plena et penitus adepta indole authentica humanitatis tum de aeque *authentica* natura progressionis *personalitatis humanae,* mulieris vel viri, omnibus cum notis, quae rationem haud iterabilem huiusce personalitatis efficiunt, necnon multiplici modo quasi repercutiuntur in vita communitatis et consortionum humanarum, initio iam a familia sumpto. Unusquisque vestrum aliquomodo conferre debet ad *divitiarum thesaurum* harum communitatum, imprimis *per id quod ipse est.* Nonne hac in via iuventus illa, quae est divitiarum thesaurus « personalis » uniuscuiusque vestrum aperitur? Homo se ipsum considerat, propriam humanitatem, sive *intima* sua sive id quod proprie *terrenum* est illius « *esse cum aliis* » et ((*esse pro aliis ».*

Praecepta decalogi et Evangelii hic significationem decre-

toriam accipiunt, maxime quod ad *praeceptum* attinet *caritatis,* quod facit ut homo Deo patescat et proximo. Caritas enim est « vinculum perfectionis ».[38] Per eam homo et fraternitas inter homines plenius maturescunt. Quam ob rem caritas « maior est »[39] et primum omnium mandatorum, ut Christus docet;[40] in eo et cetera continentur et in unum rediguntur.

Exoptamus ergo unicuique vestrum ut viae iuventutis vestrae ad Christum perducant, ut coram eo, conscientia testimonium reddente, hunc codicem morum evangelicum confirmare possitis, cuius bonis, aetatum decursu, tot homines magni ingenii quodammodo appropinquaverunt.

Non est hic opus huius rei afierre comprobationes, quae universam historiam generis humani pervadunt. Certum est inde a temporibus vetustissimis *regulam conscientiae* omnem hominem ad normam moralem obiectivam dirigere, quae quidem ratione concreta significatur reverentia erga aliam personam et principio, quo quis vetatur facere alteri id quod nolit sibimet fieri.[41]

In hoc animadvertimus iam illam dilucide exsistere disciplinam moralem obiectivam, quam sanctus Paulus affirmat « scriptam in cordibus » et cui « testimonium reddat conscientia ».[42] Christianus in ea facile quasi radium lucis deprehendit Verbi creatoris, quod illuminat omnem hominem;[43] et propterea

[38] *Col* 3, 14.

[39] Cfr. *1 Cor* 13, 13.

[40] Cfr. *Mt* 22, 38.

[41] « Lex moralis — sic ait Confucius — non est a nobis remota ... Sapiens non multum errat, quod ad legem attinet moralem. Hoc enim sequitur principium: ne feceritis aliis id quod nolitis alii vobis faciant» *(Tchung-Yung - Il giusto Mezzo,* 13). Vetus magister Iaponiensis (Dengyô Daishi, qui et Saicho quique inter annos 767-822 p.Cn.n. vixit) hortatur ut « simus immemores nostri ipsorum, benefici in alios, quia in hoc culmen amicitiae et affectus miserationis consistit » (cfr. W. TH. DE BABY, *Sources of Japanese Tradition,* New York 1958, vol. I, p. 127). Et quomodo non meminerimus illius Mahatma Gandhi, qui animis inculcavit «vim veritatis» (satyagraha), quae sine violentia vincit virtute dynamica, quae in actione iusta penitus insidet?

[42] Cfr. *Rom* 2, 15.

[43] Cfr. *Io* 1, 9; CONC. OEC. VAT. II Declar. *Nostra aetate* de Ecclesiae habitudine ad religiones non-christianas, 2.

quod huiusce Verbi, quod factum est caro, est assecla, ad legem superiorem Evangelii ascendit, quod definite ei iniungit — praecepto caritatis — ut proximo *omne bonum faciat,* quod velit sibi fiat. Hoc modo ipse vocem intimam conscientiae suae cum obsequio, quo Christo eiusque verbis penitus adhaeret, veluti sigillo impresso conectit.

Exoptamus vobis etiam ut, postquam quaestiones praecipuas et magni momenti iuventutis vestrae diiudicaveritis, id experiamini — quod attinet ad consilium capiendum de vita, cuius rationes estis suscepturi — quod Evangelium narrat: « Iesus autem intuitus eum dilexit eum ». Exoptamus ut huiusmodi obtutum experiamini! Exoptamus ut veritatem experiamini, qua Christus cum amore vos intuetur !

Ipse cum amore unumquemque respicit hominem. Quod Evangelii plurimis locis comprobatur. Affirmari etiam licet hoc Christi « obtutu dilectionis pleno » paene summam totius *Laeti Nuntii* contineri. Si exordium huiusce obtutus exploramus, ad Librum Genesis oportet nos revocemus, ad illud videlicet momentum, quo, post creatum hominem, « masculum et feminam », Deus vidit quod, quae fecisset, « erant valde bona **M** .[44] Hic primus omnium obtutus Creatoris in obtutu Christi refulget, qui colloquio, quod cum adolescente secundum Evangelium habet, insinuatur.

Novimus quidem *Christum* hunc obtutum *sacrificio redimente in Cruce* postmodum confirmasse et obsignasse, quoniam ope huius sacrificii ille « obtutus » ad peculiarem altitudinem amoris pervenit. In hoc *talis affirmatio hominis et humanitatis* continetur, cuius solum ipse est capax, solum ipse Christus Redemptor et Sponsus. Ipse solus « scit quid sit in homine » :[45] novit profecto eius *infirmitatem,* sed etiam, ac quidem potissimum, eius *dignitatem.*

Exoptamus ut unusquisque et unaquaeque vestrum hunc

[44] ***Gn*** **1, 31.**

[45] **Cfr.** *Io* **2, 25.**

obtutum Christi deprehendat atque penitus experiatur. Nescimus quidem quo vitae momento. Arbitramur id eventurum esse, cum opus fuerit: fortasse in dolore, fortasse una cum testimonio conscientiae purae, quemadmodum in adulescente secundum narrationem Evangelii est factum, aut in condicione rerum prorsus contraria : *una cum sensu culpae admissae,* cum conscientiae angore. Christus enim etiam Petrum respexit, cum is laberetur : cum ter Magistrum suum negasset.[46]

Homini hic *obtutus amoris plenus est necessarius ;* oportet conscius sit se amari, *se in aeternum amari* et electum esse ante mundi constitutionem.[47] Hic vero amor aeternus, quo Deus nos elegit, simul hominem comitatur per vitae cursum, quemadmodum Christi obtutus, amoris plenus. Fortasse maxime cum *tempus est tribulationis, humiliationis, persecutionis, cladis,* cum humanitas nostra coram hominibus paene deletur, iniuria afficitur, proculcatur: tunc conscientia Patrem nos semper amasse in Filio suo, Christum unumquemque semper diligere *firmum* efficitur *praesidium* pro universa nostra humana exsistentia. Cum omnia illi rerum statui videntur favere, in quo quis de se ipso ac de sensu vitae suae dubitet, tunc obtutus ille Christi, id est *conscientia se amari,* qui in eo potentior evasit omni malo omnique eversione, et haec conscientia *efficiunt ut superstite s simus.*

Optamus igitur vobis ut id experiamini, quod sensit adulescens, de quo in Evangelio narratur : « Iesus autem intuitus eum dilexit eum ».

8. Ex loci evangelici inquisitione intellegitur hunc obtutum fuisse quodammodo responsionem a Christo datam testificationi, quam iuvenis de vita sua usque ad id tempus fecerat, videlicet se secundum Dei praecepta egisse : « Haec omnia conservavi a iuventute mea ».

[46] Cfr. *Lc* 22, 61.
[47] Cfr. *Eph* 1, 4.

Simul autem ille « obtutus amoris plenus » *partis extremae* sermonis *exordium* fuit. Iuxta Matthaei narrationem adulescens ipse huius partis initium fecit, quoniam non solum affirmavit se fideliter observasse decalogi mandata, quae totius eius antecedentis vitae rationis proprietas fuerat, sed eodem tempore novam posuit quaestionem. Interrogavit enim : « Quid adhuc mihi deest? ».[48]

Haec interrogatio magnum momentum habet. Ea namque indicat in conscientia morali hominis, et eius quidem iuvenis, qui de tota vita sua consilium capit, *affectationem latere spectantem ad « aliquid amplius »*. Quae afïectatio multis modis animadvertitur, eamque deprehendere possumus etiam in hominibus, qui a nostra religione longe abesse videntur.

Inter religionum non christianarum asseclas, praecipue Buddhismi, Hinduismi et Islamismi, iam a pluribus milibus annorum, hominum « spiritualium » turmas invenimus, qui saepe a iuventute omnia dimittunt, ut paupertatis et castimoniae statui se dedant, Absolutum illud quaesituri, quod est ultra rerum sensibilium speciem, conantur condicionem perfectae liberationis consequi, ad Deum confugiunt amore moti et fiducia, toto animo student eius absconditis obsequi decretis. Hi arcana quadam interiore voce impelluntur, quae in eorum animis sonat, quasi vocibus Pauli respondens : « Praeterit figura huius mundi »,[49] eosque inducit ad maiora et mansura inquirenda: «Quae sursum sunt quaerite».[50] Hi omnibus viribus contendunt ad metam, serio tirocinio incumbentes in animorum suorum purificationem, eo interdum progredientes ut vitam suam amoris causa divinitati dedant. Ita se gerentes, assurgunt tamquam viva exemplaria pro hominibus aetatis suae, quibus ipsis suis moribus ostendunt bona aeterna primum

[48] *Mt* 19, 20.
* *1 Cor* 7, 31.
[50] *Col* 3, 1.

locum obtinere prae fugacibus et aliquando incertis rebus, quae societas praebet, in qua vivunt.

Sed *in Evangelio* afïectatio perfectionis, spectans ad «aliquid amplius)), ad peculiare quiddam refertur. Christus in sermone supra montem habito legem moralem confirmat, cuius potissimum caput sunt tabulae Moseiae decem mandatorum; sed simul his mandatis tribuit *significationem* novam, *evangelicam.* Et omnia — uti iam dictum est — *circa caritatem colliguntur*non solum ut ad *mandatum,* verum etiam ut ad *donum :* « Caritas Christi diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis » .[51]

In hoc novo verborum contextu probe etiam intellegitur *octo Beatitudinum* ratio, qua aperitur Sermo supra montem dictus in Evangelio secundum Matthaeum.[52]

In eodem verborum contextu universitas praeceptorum, ex quibus constat codex fundamentalis doctrinae moralis christianae, *summa consiliorum evangelicorum* completur, quibus singulariter exprimitur et efficitur Christi vocatio ad perfectionem, quae est vocatio ad sanctitatem.

Cum iuvenis interrogat de eo « quod est amplius » : « Quid adhuc mihi deest? », Iesus eum cum amore intuetur; qui amor novam hic habet significationem. Homo a Spiritu Sancto intus *transfertur a vita secundum praecepta ad vitam secundum doni sui conscientiam,* et Iesu obtutus, plenus amoris, indicat hunc interiorem transitum. Iesus dicit : « *Si vis perfectus esse,* vade, vende quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni, sequere me » .[53]

Ita plane est, iuvenes amici dilecti! Homo, christianus *aptus est ad vivendum secundum mensuram doni sui.* Quin immo haec mensura non solum est *maior* quam mensura solorum ofiiciorum moralium, quae ex praeceptis innotescunt, sed

[51] *Rom* **5, 5.**
[52] **Cfr.** *Mt* **5, 3-12.**
[53] *Mt* **19, 21.**

est etiam « *altior* » quam ea et potior. Eo enim testatur pleniorem significationem illius vitae propositi, quam iam in iuventute instituimus. Doni mensura gignit etiam *imaginem maturam* cuiuslibet *vocationis* humanae et christianae, ut mox dicetur.

Nunc tamen Nobis curae est vobis loqui de *peculiari significatione* verborum, quibus Christus est adulescentem illum allocutus; idque facimus persuasum habentes Christum iisdem verbis in Ecclesia *aliquos* suos *iuvenes* collocutores cuiusvis aetatis appellare. Illa verba eius significant peculiarem vocationem in communitate Populi Dei. Ecclesia invenit illud « *sequere me* » ,[54] a Christo dictum, in origine omnis vocationis *ad servitium in sacerdotio ministeriali;* quod quidem in Ecclesia catholica Latina coniungitur cum conscia et libera caelibatus electione. Idem illud Christi « sequere me » Ecclesiae occurrit in origine *vocationis religiosae,* in qua per professionem consiliorum evangelicorum (castitatis, paupertatis et oboedientiae) vir vel mulier rationem vitae, *quam ipse Christus in terra ad effectum adduxit,* agnoscunt ut suam, *propter Regnum Dei.*[55] Vota religiosa nuncupando hi statuunt peculiare amoris erga Deum super omnia dare testimonium et simul illius vocationis ad aeternam cum Deo coniunctionem, quae ad *omnes dirigitur.* Oportet tamem *aliqui* hoc coram ceteris singularissimo modo testificentur.

Haec argumenta tantummodo Epistula in hac leviter tangimus, quia alibi iam diffuse et pluries sunt tractata.[56] Ea tamen commemoramus, quoniam in contextu orationis Christi cum iuvene singularem accipiunt perspicuitatem, maxime quod ad paupertatem evangelicam propositam spectat. Ea commemoramus etiam, quia Christi vocatio verbis « sequere me » ex-

[54] Cfr. *Me* 10, 21; *Io* 1, 43; 21, 23.

[55] Cfr. *Mt* 19, 12.

[56] Cfr. exempli causa IOANNIS PAULI II Adh. Ap. *Redemptionis donum: AAS* 76 (1984), 513-546.

pressa, secundum hunc ipsum sensum singularem et charismaticum, animadvertitur plerumque iam *in iuventute;* aliquando ipsa aetate puerili.

Eam ob rem, vobis omnibus, iuvenes, hoc gravi momento quo vestra personalitas, sive feminina sive masculina, adolescit, cupimus dicere: si *eiusmodi vocatio* cor tuum tangit, eam ne restinxeris! *Sine eam ad maturitatem vocationis crescerei* Ei operam da per precationem et mandatorum observantiam! «Messis quidem multa».[57] Maxime opus est ut multi Christi vocatione: «Sequere me» contingantur. Plurimi opus sunt *sacerdotes* secundum cor Dei — et Ecclesiae et mundo huius temporis maxime opus est *testificatione vitae Deo sine ulla exceptione donatae:* nempe testificatione eiusmodi amoris sponsalis erga ipsum Christum, quae utique Regnum Dei in conspectum hominum deducat illudque admoveat mundo.

Sinite ergo Christi verba iterum compleamus: de « messe multa». Scilicet ita res est: multa est messis haec secundum Evangelium, haec salutis messis... *u Operarii autem pauci».* Fortasse hoc magis hodie animadvertitur, quam antehac, praesertim in quibusdam nationibus, sicut et in nonnullis Institutis vitae consecratae ac similibus.

« Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam » ,[58] addit Christus. Haec verba, praecipue his temporibus, statuta ratio fiunt precationis et actionis pro vocationibus sacerdotalibus et religiosis. Cum hac ratione *Ecclesia ad vos se convertit, iuvenes.* Vos quoque: rogate! Et si huius Ecclesiae precationis fructus in intimis animis vestris nascitur, audite Magistrum dicentem: « Sequere me ».

9. Haec Evangelii verba spectant sine dubio ad vocationem sacerdotalem aut religiosam; sed simul efficiunt quo altius intellegamus *quaestionem vocationis secundum sensum etiam ampliorem et principaliorem.*

[57] *Mt* 9, 37.
[58] ÜÍÍ 9, 37 s.

Possimus hic loqui de *vocatione « vitae »*, quae quodammodo idem est ac illud *propositum vitae,* quod unusquisque vestrum tempore iuventutis suscipit. Sed tamen, « vocatio » quiddam amplius significat quam « propositum » : in hac altera re ego ipse sum subiectum quod illud suscipit; et hoc melius congruit veritati personae, qualis est unaquaeque et unusquisque vestrum. Hoc « *propositum* » est « *vocatio* », quatenus in ea varia sentiantur elementa, quae *vocant.* Haec elementa efficiunt plerumque certum quendam ordinem valorum (qui dicitur etiam « ordo hierarchicus valorum »), e quibus oritur forma quaedam perfecta vitae persequenda, iuvenilem animum alliciens. In hoc rerum cursu « vocatio » fit « propositum », et propositum incipit esse etiam vocatio.

Sed cum *coram Christo* simus et considerationes nostras de iuventute ponamus in eius colloquio cum adulescente, oportet illud <(propositum vitae » cum « vocatione vitae » altius perspiciendo comparare. Homo est *animans creatus* et item filius Dei adoptivus in Christo: *est filius Dei.* Hinc homo interrogat: « quid est mihi faciendum? » in iuventute sua quaerit non solum a se et ab aliis hominibus, a quibus possit exspectare responsionem, imprimis a parentibus et educatoribus, sed etiam *a Deo,* utpote *Creatore suo et patre.* Hoc quaerit in animi penetralibus, in quibus didicit cum Deo arcta necessitudine esse coniunctus, imprimis *in precatione.* Is igitur quaerit a Deo : « Quid est mihi faciendum? »; quod est consilium tuum de vita mea? Consilium in me creando captum et paternum? *Quae est voluntas tua?* Nam opto eam implere.

His in condicionibus « propositum » significationem accipit «vocationis vitae)), tamquam aliquid quod *homini creditur* a *Deo veluti officium.* Iuvenis se ad se revocans, simulque colloquium serens cum Christo in precatione, cupit quasi *hoc aeternum consilium intellegere,* quo Deus, creator et pater, in eum fertur. Tum sibi persuadet officium sibi a Deo concreditum omnino *in sua ipsius voluntate positum esse,* et simul cum va-

riis interioribus et exterioribus adiunctis conecti. Haec inspiciens, is qui iuvenilem agit aetatem, puer vel puella, instituit propositum vitae suae *et agnoscit* hoc propositum ut *vocationem, qua vocatur a Deo.*

Iuvat ideo Nos, iuvenes omnes, quibus hanc Epistulam damus, praeclarum hoc vobis committere opus, quod cum inventione, coram Deo, vocationis vitae cuiusque vestrum coniungitur. Illiciens opus hoc est. *Est officium, quo animus capitur.* Hoc opere proficit et crescit humanitas vestra, dum vestra iuvenilis personalitas interiorem maturitatem gradatim adipiscitur. Confirmamini in eo, quod unusquisque et unaquaeque vestrum est, et mente ut id fiat, *quod debet fieri: pro se — pro hominibus — pro Deo.*

Una cum hoc processu propriam « vocationem vitae » cognoscendi, progredi deberet perceptio rationis, qua haec vocatio vitae est pariter vocatio « christiana ».

Est hic notandum tempore, quod fuit ante Concilium Vaticanum II, notionem « vocationis » revocatam esse *ante omnia* ad sacerdotium et ad vitam religiosam, perinde quasi Christus dixisset evangelicum illud « sequere me » adulescenti illi, solummodo respectu eiusmodi casuum. Concilium hanc notionem *dilatavit.* Vocatio sacerdotalis et religiosa suam peculiarem indolem servavit suumque sacramentale et charismaticum momentum in Populi Dei vita. Tamen eodem tempore *renovata* a Concilio Vaticano II *conscientia* omnes baptizatos participes esse *trium* Christi *munerum,* prophetici, sacerdotalis et regalis, sicut et conscientia *universalis vocationis ad sanctitatem,*[59] efficiunt ut omnis vocatio vitae hominis, ut vocatio christiana, vocationi evangelicae congruat. *Illud Christi « sequere me »* auditur in variis viis, quas discipuli et testes divini Redemptoris terunt. Variis quidem modis aliquis Christi imitator fieri potest, id est *non tantum* testificando Regnum eschatologicum verita-

[59] **Cfr.** CONC. OEC. VAT. II **Const. dogm.** ***Lumen gentium*** **de Ecclesia,** 39-42.

tis et amoris, *verum etiam* operam dando omnibus temporalibus rebus mutandis secundum spiritum Evangelii.[60] Hinc initium sumit etiam *apostolatus laicorum,* qui ab ipsa vocationis christianae natura seiungi non potest.

Maximi ponderis sunt, ea quae *ante posuimus,* quoad *propositum vitae,* quod praecipue iuventutis vestrae alacritati dynamicae convenit. Hoc propositum — praeter res concretas « vitae », quibus illud implebitur — est vobis considerandum, ratione habita verborum, quibus Christus est adulescentem illum allocutus.

Oportet etiam *recogitetis* — et quidem penitus — *de baptismatis et confirmationis significatione.* Etenim in his duobus sacramentis continetur fundamentale depositum vitae et vocationis christianae. Hinc via ad Eucharistiam ducit, quae comprehendit plenitudinem sacramentalis elargitionis, christiano concessae: omnes Ecclesiae divitiae in hoc Amoris sacramentum congeruntur. Item — semper quidem respectu Eucharistiae — oportet meditari *Sacramenti paenitentiae* argumentum, cuius momentum est tantum ut in christiana persona formanda pro eo nihil substitui possit, praesertim si cum eo moderatio spiritus coniungitur, nempe *schola ordinata vitae interioris.*

Haec breviter perstrinximus, etsi unumquodque Ecclesiae Sacramentum certam et propriam *congruentiam* habet *cum iuventute* et cum iuvenibus. Confidimus fore ut hoc argumentum subtiliter ab aliis tractetur, maxime a pastoribus, consulto missis ut iuventuti adiutricem operam praebeant.

Ipsa Ecclesia — ut docet Concilium Vaticanum II — est <(veluti sacramentum seu signum et instrumentum intimae cum Deo unionis totiusque generis humani unitatis ».[61] Omnis vocatio vitae, uti *vocatio* « christiana », *posita atque infixa est*

[60] **Cfr.** CONC. OEC. VAT. II **Const. past.** ***Gaudium et spes*** **de Ecclesia in mundo huius temporis,** 43-44.

[61] CONC. OEC. VAT. II **Const. dogm.** ***Lumen gentium*** **de Ecclesia, 1.**

in sacramentalitate Ecclesiae: ea igitur formatur per fidei nostrae Sacramenta. Haec faciunt ut a puerili aetate nostrum veluti <(ego » humanum actioni Dei salvificae aperiamus, scilicet Sanctissimae Trinitatis. Per ea *vitam Dei communicamus,* germanam vitam humanam quam maxime vivendo. Tali modo vita humana novum accipit momentum et simul suam *proprietatem christianam:* conscientia officiorum, quae Evangelium homini imponit, completur conscientia doni, quod omnia superat. <(Si scires donum Dei » ,[62] dixit Christus, cum muliere Samaritana colloquens.

10. In hoc amplo ambitu, in quo iuvenile vestrum vitae propositum continetur respectu notionis vocationis christianae, cupimus animos vobiscum, iuvenes, intendere, ad quos haec Epistula datur, ad rem, quae *quodammodo est iuventuti cuiusque vestrum principalis.* Una est haec ex vitae humanae maximis rebus et una ex praecipuis quaestionibus, in quibus cogitatio, vis creatrix et humanus cultus versantur. Haec est etiam unum ex potissimis argumentis biblicis, quod Nos ipsi crebro scrutati sumus et assidue enucleavimus. *Deus creavit hominem: masculum et feminam,* inserens ita in totam humani generis historiam peculiarem « duplicitatem » *cum plena aequitate,* quatenus agitur de dignitate humana et *de mira completiva ratione,* quatenus agitur de divisione « attributorum », proprietatum et munerum, sexui virili aut muliebri hominis inhaerentium.

Quocirca hoc argumentum est, quod suapte natura insitum est in illo quod personale « ego » cuiusque vestrum dicitur. Iuventus est illud temporis spatium, quo magna haec res, in modum experientiae et potentiae creatricis, *animam et corpus* cuiusque pueri et puellae pervadit, et in intima conscientia manifesta fit una cum sui ipsius cognitione, tota cum multiplici sua vi « potentiali ». Tum etiam in prospectu iuvenilis animi

» ***Io* 4,** IO.

nova reperitur experientia: est haec *experientia amoris,* quae ab initio postulat ut in illud propositum vitae inseratur, quod iuventus sponte gignit et format.

Haec omnia habent identidem subiectivam suam *expressionem non iterabilem,* suas affectionales *divitias,* suam vel metaphysicam *pulchritudinem.* Simul haec omnia continent vehementem *hortationem,* ne ea corrumpatur, ne eiusmodi divitiae deleantur neve talis pulchritudo contaminetur. Pro certo habeatis oportet hanc hortationem *ab ipso Deo* manare, qui hominem creavit « ad imaginem et similitudinem suam », « virum quidem et mulierem ». Hoc monitum ex Evangelio oritur et *in voce conscientiarum iuvenum* animadvertitur, dummodo simplicitatem suam et nitorem servaverint : « Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt ».[63] Ita est. *Per amorem illum,* qui in vobis nascitur — et in totius vitae consilium et propositum inseritur — est vobis Deus videndus, qui caritas est.[64]

Rogamus ergo vos ne colloquium cum Christo intermittatis hoc spatio maximi momenti iuventutis vestrae; quin etiam rogamus vos ut maiore etiam officio vos devinciatis. Cum Christus dicit «sequere me», eius vocatio *potest significare-,* «ad alium etiam amorem te voco; *sed potest saepissime significare* : <(Sequere me » : sequere me, qui sum sponsus Ecclesiae — sponsae meae —; veni, tu quoque evade sponsus sponsae tuae... evade et tu sponsa sponsi tui. Uterque *particeps* fiat illius mysterii, *illius sacramenti,* quod in Epistula ad Ephesios magnum esse affirmatur : magnum dicitur « de Christo et ecclesia ».[65]

Multum interest ut vos, in hac etiam via Christum sequamini nec eum effugiatis, in hac re versantes, quam merito putans *magnum vestrorum cordium eventum-,* rem dicimus, quae est solummodo in vobis et inter vos. Optamus ut credatis et per-

[63] *Mt* 5, 8.

[64] Cfr. *1 Io* 4, 8. 16.

[65] Cfr. *Eph* 5, 32.

suasum habeatis hanc magnam quaestionem habere suam *rationem supremam in Deo,* qui caritas est — in Deo, qui in absoluta suae divinitatis unitate est simul communio Personarum : Patris, Filii et Spiritus Sancti. Optamus ut credatis et persuasum habeatis huius vestri « magni mysterii » humani *principium in Deo esse, qui est Creator,* et in Christo Redemptore fundari, qui, sicut sponsus, « seipsum dedit » et omnes viros et mulieres *docet « se donare* » pro plenitudine dignitatis personalis, qua unusquisque et unaquaeque vestrum pollet. Christus nos docet amorem sponsalem.

Ingredi viam vocationis matrimonialis significat *discere amorem sponsalem* in dies, in annos : amorem secundum animam et corpus, amorem qui « patiens est, benignus est, qui *non quaerit quae sua sunt...* non cogitat malum»: amorem, qui « congaudet veritati», amorem, qui «omnia sustinet».[66]

Hoc ipso amore indigens vos, iuvenes, si futurum matrimonium vestrum *totius vitae experimento sit probandum.* Quod quidem experimentum ad ipsam pertinet essentiam vocationis, quam per matrimonium in propositum vitae vestrae vultis inserere.

Quare Nos *non desinimus orare Christum et Matrem pulchrae dilectionis* pro amore, qui in iuvenum animis oritur. Saepe in vita Nobis facultas data est sequendi propius, quodammodo, hunc iuvenum amorem. Huius experientiae gratia intelleximus *quam essentialis sit haec quaestio,* quae hic tractatur, quam gravis et quam grandis. Opinamur futura hominis magna ex parte definiri in semitis huius amoris, initio iuvenilis, *quem tu et illa... quem tu et ille* invenitis in viis vestrae iuventutis. Hic est quasi quidam casus mirificus, sed est etiam magnum officium.

Hodie *principia doctrinae moralis christianae* ad matrimonium pertinentia multis in hominum consortionibus secun-

[64] Cfr. *1 Cor* 13, 4. 5. 6. 7.

dum falsam imaginem proponuntur. Contenditur hominum consortionibus et etiam universis societatibus imponere *exemplar, quod ipsi auctores profitentur « progressionis indicium » « nostraeque aetati accommodatum* ». His in casibus non notatur secundum tale exemplar virum, et fortasse imprimis mulierem, mutari ex subiecto in obiectum (obiectum peculiaris fraudis), et totum magnum *illud quod in amore continetur,* ad « *voluptatem* » redigi, quae etiamsi ea ambae partes fruantur, non desinit esse in se caecus amor sui ipsius. Demum *infans,* qui fructus est et nova amoris amborum veluti « incarnatio », fit magis ac magis *fastidiosa res adiuncta.* Civilis cultus materialismi, qui dicitur, nimisque rerum utendarum avidus, pervadit hanc miram summam amoris coniugalis et paterni et materni et ei adimit *altum illud humanum,* quod continet quodque ab initio etiam signo et repercussu quodam divino interius commendatur.

Dilecti iuvenes amici! *Ne siveritis a vobis has divitias auferri!* Ne inserueritis in propositum vitae vestrae, quod deforme, inane, corruptum est : amor « congaudet veritati ». *Quaerite* hanc *veritatem,* ubi ea est vere! Si oportet, firmi estote in obstando opinionibus, quae vulgantur et communibus sententiis, quae propagantur. *Ne amorem timueritis, qui homini certa imponit officia!* Haec officia, qualia invenitis in constanti Ecclesiae doctrina, possunt vestrum amorem reddere amorem verum.

Si umquam alias id esset Nobis faciendum, hic praesertim cupimus votum iterare, quod initio protulimus, id est, ut sitis « *semper parati ad defensionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe* ». Ecclesia et humanum genus vobis committunt magnam quaestionem illius amoris, quo matrimonium nititur, familia futura. Illa et illud confidunt *vos effecturos esse, ut amor renascatur;* confidunt vos eum humane et christiane pulchrum reddituros. Humane et christiane magnum, maturum, conscium officiorum.

11. In amplo campo, ubi propositum consiliumque vitae, in iuventute captum, obvium fit « *ceteris* », rem potissimam tetigimus. Consideremus adhuc hanc gravis ponderis rem, qua illud veluti « ego » personale nostrum patescit vitae « cum ceteris » et <(pro ceteris » in foedere matrimoniali, verbis valde significantibus in Sacris Litteris tractari : « *Relinquet vir patrem suum et matrem suam et adhaerebit uxori suae* ».[67]

Illud « relinquet » peculiari consideratione est dignum. Historia generis humani inde ab exordio transit — et transibit usque ad finem — *per familiam.* Homo in hanc intrat ortu, quem parentibus debet: patri et matri, ut deinde, tempore opportuno, hunc priorem ambitum vitae et amoris *relinquat* et ad *alium transeat.* « Relinquens patrem et matrem », unusquisque et unaquaeque vestrum illos simul quodammodo *secum portat, hereditatem* multiplicem adit, quae in iis et in eorum familia proximum initium habet et fontem. Hoc modo, unusquisque vestrum, etsi *relinquens, « manet* » : hereditas, quam adit, eum devincit illis, qui eandem ei reliquerunt quibusque multum debet. Ipsa et ipse eandem hereditatem aliis tradent. Ideo quartum quoque decalogi mandatum maximum habet momentum: « Honora patrem tuum et matrem tuam ».[68]

Hic, ante omnia, *hereditas* in eo est posita ut *quis homo sit,* deinde ut homo sit in magis definita condicione personali et sociali. Hac in re pondus habet etiam corporis similitudo cum parentibus. Sed hac maior est cuncta *hereditas humani cultus,* in qua fere cotidie *sermo* potissimum continetur. Parentes quemque vestrum hoc sermone uti docuerunt, qui est significatio praecipua vinculi socialis cum aliis hominibus. Quod vinculum definitur amplioribus ipsa familia finibus aut ambitus cuiusdam. Hi sunt fines saltem *tribus* alicuius et plerumque fines *populi* vel *nationis,,* in qua nati estis.

Hac ratione hereditas familiaris dilatatur. Per educationem

[67] *Gn* 2, 24; cfr. *Mt* 19, 5.

[68] *Ex* 20, 12; *Dt* 5, 16; *Mt* 15, 4.

familiarem certum et definitum humanum cultum participans etiam populi vestri vel nationis *historiam* participatis. Vinculum familiare significat simul annumerari inter communitatem familia maiorem et aliud etiam fundamentum identitatis personae. Si familia est prima uniuscuisque vestrum educatrix, pariter — *per familiam* — educatrix est tribus, educator populus, educatrix natio, cui coniungimur unitate humani civilisque cultus, linguae et historiae.

Haec hereditas est etiam *vocatio sensu ethico accepta.* Fidem accipiendo et hereditate adipiscendo valores et omnia, quae cultus propriae societatis, nationis, historia continent, unusquisque et unaquaeque vestrum *quoad spiritum augetur* in sua ipsius humanitate. Subit hic mentem *parabola de talentis,* quae a Creatore accipimus per parentes nostros nostrasque familias, et etiam per communitatem nationis, cuius participes sumus. Respectu huius hereditatis non licet nobis *desides esse,* nedum neglegentes, sicut ultimus servorum illorum fecit, qui in parabola de talentis recensentur.[69]

Omnia nobis sunt facienda, quae possumus, ut hanc hereditatem spiritalem *accipiamus, confirmemus, teneamus, amplificemus.* Hoc est magnum omnium societatum officium, praesertim fortasse earum, quae *sui iuris esse* incipiunt, aut earum, quae periculo obstare debent ne haec eadem ratio, ex qua sui iuris sunt, et suae nationis essentialis identitas aut extrinsecus, destruantur aut intrinsecus dissolvantur.

Ad vos scribentes, iuvenes, nitimur animo percipere implicatas et diversas condiciones *tribuum, populorum,, nationum* in orbe terrarum. Vestra iuventus vestramque vitae propositum, quod unusquisque et unaquaeque vestrum iuvenili tempore suscipit, *historiae* harum diversarum societatum ab initio *sunt inserta,* idque fit non «extra», sed potissimum «intus». Hoc vobis efficitur quaestio conscientiae familiaris ac deinde nationis: *quaestio quidem, quae ad cor attinet, ad conscientiam.*

[69] ***Mt* 25, 14-30;** *Lc* **19, 12-26.**

Notio « patriae » progreditur proxime cum notione familiae coniuncta et quodammodo altera in alterius finibus. Vos gradatim, hoc sociale vinculum experientes, vinculo familiari amplius, incipitis *in vos suscipere bonum commune* illius maioris familiae, quae est « patria » terrena cuiusque vestrum. Illustres homines historiae nationis, tum antiquae tum huius aetatis, vestram quoque iuventutem regunt et eum *fovent profectum socialem,* qui saepius « amor patrius » appellatur.

12. En ergo huic familiae et societatis copulationi, quae est patria vestra, pedetemptim inseritur argumentum, quod cum parabola de talentis arcte conectitur. Per gradus enim vos *illud « talentum »* vel « *talenta » illa agnoscitis,* quae cuiusque vestrum sunt propria, incipientes iis modo fecundo uti eaque *multiplicare* : quod *fit per laborem.*

Quam ingens est hac in provincia copia viarum, facultatum, studiorum! Ne exempli quidem gratia haec omnia recensendus, quia periculum est ne plura omittamus, quam quae considerare possimus. Totam igitur illam varietatem et *multiplicitatem viarum* praesumimus. Ea ostendit etiam multiplicem inventionum thesaurum, quem iuventus secum portat. Evangelium revocando, licet affirmare *iuventutem tempus esse, quo talenta discernantur;* estque pariter tempus, quo itinera varia ineuntur, in quibus tota humana industria, labor et vis creatrix progressa sunt et progredi pergunt.

Vota facimus ut omnes vosmet ipsos *pervideatis* in his itineribus. Optamus ut et ingrediamini cum cura, cum diligentia, cum alacritate. *Labor* — quilibet labor — *virium contentioni* coniungitur : « In sudore vultus tui vesceris pane », [70] et in hac experientia contentionis virium unusquisque et unaquaeque vestrum inde a prima aetate partem habet. *Labor* tamen *hominem simul format* ratione peculiari et *aliquo modo creat.*

[70] *Gn* 3, 19.

Itaque semper de virium contentione agitur, quae vim habet creatricem.

Haec non solum ad opus inquisitionis aut, universe, ad cognitionale opus intellectus pertinent, sed etiam ad communes corporis labores, in quibus specie nulla inest « vis creatrix ».

Labor proprius temporis iuventutis est imprimis *praeparatio ad laborem aetatis maturae,* obque eam rem cum schola coniunctum. Dum ergo haec verba vobis, iuvenes, scribimus, cogitamus de omnibus scholis, quae sunt in toto terrarum orbe, quibus vita vestra iuvenilis sociatur multos per annos, ex ordine in diversis gradibus, pro processu mentium et propensionibus : *a ludis litterariis ad studiorum Universitates.* Cogitamus etiam de cunctis personis adultis, fratribus et sororibus Nostris, qui sunt praeceptores vestri, educatores, iuvenum mentium et iuvenum ingeniorum moderatores. Quantum est eorum officium! Quam peculiare onus, quod in se recipiunt! Sed quantum est etiam meritum eorum !

Cogitamus, denique, de iis iuvenum turnus, vestrorum aequalium, qui — in quibusdam praecipue societatibus et in quibusdam locis — *institutione carent,* saepe etiam ipsa elementaría institutione. Haec continuo et Instituta provocant, quorum interest, tum nationalia tum internationalia, ut eiusmodi rerum condicionibus necessariis progressibus consulatur. *Institutio* enim unum est ex *primariis bonis* cultus civilis. Ea singularis momenti est pro iuvenibus. Ex ea etiam magnam partem pendent universae societatis futura.

Sed cum argumentum tractamus institutionis, studii, scientiae et scholarum, quaestio oritur, quae ad hominem, et praesertim ad iuvenem, maximum habet momentum. Est haec *quaestio de veritate.* Veritas est lumen mentis humanae. Namque si ea, iam a iuventute, cognoscere nititur res secundum varia earundem pondera, hoc propterea facit ut veritatem possideat : *ut ex veritate vivat.* Talis est animi humani conformatio : sitis veritatis est eius fundamentalis cupiditas et significatio.

Christus autem dicit: «Cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos ».[71] Ex verbis, quae in Evangelio continentur, haec sine dubio in iis sunt annumeranda, quae summi sunt ponderis. Ea etenim totum, quod est homo, respiciunt. Ea explanant in quibus rebus veluti inaedificentur introrsus, pro spiritus humani mensuris, *dignitas et magnitudo hominis propriae*. Cognitio vero, quae hominem liberat, non in sola institutione est posita, etsi in Universitatibus studiorum traditur, — potest enim vel ad illitteratum pertinere; haec tamen institutio, ut cognitio rerum iuxta methodum ordinata, debet huic dignitati et magnitudini servire. Ea igitur servire debet veritati.

Ministerium veritatis etiam in *labore* praebetur, ad quem exercendum vocabimini post expletum vestrae institutionis curriculum. In schola debetis facultates ingenii, rerum technicarum et practicarum adipisci, quae efficient ut vestro munere frugifere fungamini in magno laboris humani campo. Sed si verum est scholae esse ad laborem praeparare, etiam ad opus manuum, *verum quoque est ipsum laborem magnorum et gravium valorum esse scholam;* nam quandam quasi eloquentiam labor habet, quae efficaciter animi culturae hominis prodest.

Ex ratione tamen inter institutionem et laborem, quae propria est societatis huius temporis, *gravissimae* oriuntur *quaestiones indolis practicae*. Illam praesertim difficultatem significamus, quae ad coactam operum vacationem spectat et, in universum, ad operis faciendi penuriam, quae multis modis iuveniles generationes totius mundi premit. Eadem — sicut bene nostis — alias infert quaestiones, quae ab annis scholae circa futura incertitudinem animis vestris offundunt. Vos quaeritis : Opusne me est societati? Inveniamne et ego congruentem laborem, unde in mea ipsius sim potestate? unde meam familiam constituere possim in honestis vitae condicionibus et, ante omnia, in domo, quae mea sit? Ad summam, verumne est societatem *meam* operam adiutricem exspectare?

[71] *Io* 8, 32.

Harum interrogationum pondus Nos movet ut etiam hac oblata occasione rerum publicarum moderatores et omnes, quorum est oeconomiae et profectui nationum prospicere, commonefaciamus *laborem ius hominis esse* ideoque eum esse comparandum, curas de eo sedulissimas adhibendo et in temperatione rerum oeconomicarum imprimis cavendo ut aptas laboris occasiones omnibus praebeantur, ante omnia iuvenibus, qui hodie persaepe patiuntur coactam operum vacationem. Omnes persuasum habemus « laborem esse hominis bonum — ac quidem humanitatis eius — quia per eum homo *non solum mutat naturam,* suis necessitatibus eam accommodans, sed etiam *se ipsum ut hominem perficit,* immo quodammodo *magis homo evadit* ».[72]

13. Id quod spectat *ad scholam veluti institutionem et ambitum,* in se certe pertinet ad iuventutem imprimis. At, nostra quidem sententia, verborum supra memoratorum Christi eloquentia circa veritatem magis etiam iuvenes ipsos tangit. Si enim non dubitatur quin *familia educet,* quin *schola instituat et educet,* simul vero actio tum familiae tum scholae imperfecta manebit (immo et fieri poterit infecta), *si unusquisque et unaquaeque vestrum,* iuvenes, non per se opus propriae educationis susceperit. Familiaris et scholaris institutio vobis solum nonnulla *elementa ad sui educationis opus* potest suppeditare.

Et hac in re verba Christi : « cognoscetis veritatem, et veritas liber abit vos », fiunt essentiale quoddam propositum. Iuvenes — si loqui ita par est — innatum sibi habent « *veritatis sensum*». Libertati autem inservire veritatem oportet: iuvenibus etiam sua sponte inest « *libertatis cupido* ». Quid vero significat liberum esse? Significat propriam libertatem in veritate adhibere scire — esse « revera » liberum. *Esse revera liberum* haudquaquam significat omnia, quae mihi placent, facere vel quae agere cupio. In se enim libertas regulam veri-

[72] IOATTNIS PAULI II **Litt. Enc.** ***Laborem exercens,*** **9:** ***AAS*** **73 (1981), 599 s.**

fatis complectitur, veritatis disciplinam. Esse revera liberum significat *propria libertate uti ad id quod verum est bonum.* Porro igitur : esse revera liberum significat hominem esse rectae conscientiae, respondere de se, « pro aliis » esse hominem.

Quae omnia *ipsum interiorem nucleum* efficiunt illius quam educationem nominamus atque imprimis illius quam educationem sui appellamus. Ita est: sui educatio! Etenim talis interior structura, ubi **u** veritas nos liberos facit», non potest « extrinsecus » solum exstrui. Quemque « intrinsecus » eam efficere necesse est — *aedificare illam in labore, cum perseverantia ac patientia* (id quod non semper facile accidit iuvenibus). Quae omnino aedificatio vocatur sui educatio. De ea loquitur etiam Dominus Iesus, cum praedicat: solum «in patientia » possidere possumus nostras « animas » .[73] « Possidebitis animas vestras »: en sui educationis fructus.

In his omnibus novus modus invenitur considerandi iuventutem. Non sane iam agitur de aliquo vitae proposito simplici, quod in posterum implendum erit. Nam illud *in adulescentia iam impletur,* si per laborem et institutionem ac praesertim per ipsam sui educationem creamus vitam ipsam, *iacientes fundamenta* serioris progressionis personalitatis nostrae. Sic profecto dici potest iuventus « fictrix quae omnem sculpit vitam »; atque forma, quam ea impertit concretae ipsi humanitati cuiusque vestrum, in totam stabilitur vitam.

Quod, si magnam *vim positivam* prae se fert, pro dolor!, *negativam vim* pariter magnam potest habere. Obstringere oculos vobis non licet coram periculis, quae vobis insidian tur ipso iuventutis tempore. Nam et illa signare valent omnem dein vitam.

Verbi gratia indicamus invitamentum ad exasperatam quandam rerum omnium censuram, quae universa velit in controversiam adducere atque retractare; vel incitamentum ad perpetuam dubitationem de bonis translaticiis, unde facile

[73] **Cfr. *Lc* 21, 19.**

quis in genus aliquod prolabitur cynicismi impudentis, quoties interest quaestiones dirimere de opere, de vitae curriculo, vel de coniugio ipso. Et quomodo silentio transire possumus etiam illecebram illinc proñciscentem, quod praesertim in nationibus prosperioribus amplificatur mercatura oblectamentorum, quae homines abstrahit a serio vitae officio atque instituit ad desidiam, ad caecum sui ipsius amorem, ad segregationem a ceteris? Carissimi iuvenes, minatur vobis usus perversus artis praeconiorum publicorum, quae naturae inclinationem suftulcit ad laborem fugiendum, dum promittit se cuique cupiditati statim satis facturam; eodem autem tempore rerum consumendarum studium, cum illa coniunctum, hominibus persuadet ut se ipsos perficiant maxime bonis materialibus fruendo. Quot demum iuvenes, pervicti fascinatione fallacium somniorum, sese dedunt impulsui efïrenato instinctuum vel in viis specie promissorum plenis at revera sine exspectationibus . proprie humanis ambulant obviam periculis ! Oportere hic rursus putamus ea repeti, quae iam in Nuntio scripserimus, quem vobis nominatim dedicaverimus ob diem ad pacem fovendam toto orbe terrarum : « Vestrum invitari nonnulli possunt ut a propriis officiis réfugiant in fallaces orbes potionum alcoholicarum et medicamentorum psychotropicorum, in transeuntes, sexus rationes sine ulla matrimonii familiaeque obligatione, in indifferentis animi affectus, in cynicismum ac violentiam. Cávete vobis a mundi deceptione, qui perperam usurpare studet vel declinare vires vestras et aerem validamque inquisitionem in beatitudinem vitaeque ipsius sensum » . [74]

Haec singula perscribimus vobis ut vehementem, qua tenemur, erga vos sollicitudinem testemur. Si enim oportet vos esse ((paratos semper ad defensionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe », ideo *omne, quod huic minatur spei,* nostrum angorem elicere debet. Eosque universos, qui

[74] **Nuntius ob celebrandum diem ad pacem fovendam toto orbe terrarum 1985, n. 3: *AAS* 77 (1985), 163.**

variis quidem illecebris ac speciebus adulescentiam vestram corrumpere student, commonefacere debemus *Christi vocum,* quibus de scandalo loquitur eiusque auctoribus: « vae autem illi, per quem scandala veniunt! Utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius et proiciatur in mare, quam ut scandalizet unum de pusillis istis ».[75]

Ponderosa dicta! eius praesertim in ore, qui amorem revelaturus venit. Propterea, qui intento animo perlegat haec ipsa Evangelii verba, sentiat oportet quam intima sit *repugnantia inter bonum et malum, virtutem inter et peccatum.* Clarius etiam animadvertere debet *quantum ponderis habeat in Christi conspectu iuventus uniuscuiusque vestrum.* Amor enim ipse in iuvenes haec gravia dictavit asperaque verba. In eis quasi quaedam vocis imago reperitur ex evangelica collocutione Christi cum adulescente, ad quam Epistula haec perpetuo refertur.

14. Sinite Nos hanc meditationum Nostrarum partem absolvere dicta illa revocando, quibus Evangelium *ipsam Iesu Nazareni iuventutem* exponit. Brevia quidem ea sunt, tametsi triginta annorum spatium amplectuntur ab illo peractorum in domicilio familiari iuxta Mariam et Ioseph fabrum. Lucas evangelista narrat: « Et Iesus proficiebat sapientia et aetate et gratia apud Deum et homines ».[76]

Iuventus itaque « profectus » seu incrementum est. Consideratis autem eis omnibus, quae hoc de argumento sunt iam dicta, illa Evangelii vox videtur insigniter *pressa et significans.* Profectus « aetate » refertur ad naturalem hominis coniunctionem cum tempore: quod quidem incrementum est velut <(ascendens » aetas in toto hominis curriculo. Huic praeterea respondet tota maturitas animi corporisque: augmentum est cunctarum virium, *quibus constituitur* plerumque singularis homo. At necesse omnino est huic progressioni conveniat etiam profectus « sapientia et gratia ».

[75] ***Lc*** 17, I S.
[76] ***Lc* 2, 52.**

Vobis universis, dilecti iuvenes amici, talem «profectum» omnino exoptamus. Dici enim potest *per illum iuventus* proprie vereque esse *iuventus.* Hoc namque pacto propriam ea accipit nec umquam iterabilem naturam. Hoc item pacto tribuitur et unicuique vestrum, secundum personalem vestram et « communitariam » experientiam, uti *bonum peculiare.* Simili deinde pacto confirmatur etiam in adultorum hominum experimento, qui post se iam adulescentiam reliquerunt quique ab aetate illa « ascendente » transeunt ad aetatem « descendentem » tota in vitae summa.

Sit igitur iuventus « profectus » seu incrementum oportet, quod secum ferat *progrediens augmentum omnium, quae sunt vera et bona et pulchra,* etiam cum « extrinsecus » coniungitur cum dolore, cum amissione carorum propinquorum cumque patientia mali, quod sine intermissione in mundo, ubi vivimus, adest.

Iuventutem « incrementum » esse decet. Cuius rei causa summi profecto interest ut quis *aspectabilem mundum contingat,* orbem videlicet *naturae.* Haec necessitudo aliter per iuventutem locupletat nos quam ipsa scientia de mundo « ex libris hausta ». Directo scilicet ea ditat nos. Asseverari licet nos, naturam sic semper attingentes, suscipere in vitam humanam nostram *mysterium creationis ipsum,* quod ante nos recludatur incredibili quadam abundantia varietateque rerum aspectabilium ac simul continuo nos alliciat ad id quod abscondatur quodque haud videatur. *Sapientia* — sive per oraculum librorum instinctu divino conscriptorum[77] sive ceteroqui per multorum eximiorum ingeniorum testificationem — videtur *sua in luce ponere* multipliciter « *perlucidam mundi speciem* ». Prodest homini mirandum hunc evolvere librum, qui est « liber naturae » unicuique nostrum reseratus. Id quod iuvenis mens et cor in ipso legunt, penitus *concinere* videtur

[77] Cfr. ex. gr. *Ps.* 104 [103]; 19 [18]; *Sap* 13, 1-9; 7, 15-20.

cum *sapientiae cohortatione*: « Posside sapientiam, posside prudentiam ... Ne dimittas eam, et custodiet te, dilige eam, et servabit te ».[78]

Nostrae aetatis homo, praesertim in provincia technici cultus atque industriae quaestuosae usquequaque progressae, factus maximum in modum est explorator ipsius naturae, quam haud raro ad proprias utilitates tractat, dum sic plures eius opes ac venustates delet et *loca ipsa naturalia* suae terrestris vitae coinquinat. Sed homini contra est data natura etiam uti argumentum admirationis contemplationisque, nempe tamquam magnum mundi speculum. In ea enim refertur *Conditoris foedus* cum eius *creatura*, cuius veluti centrum in homine est positum iam inde a principio, recta via creato « ad imaginem » sui Creatoris.

Quapropter vobis, iuvenes, cupimus ut profectus « aetate et sapientia » per hanc necessitudinem cum natura eveniat. Facite ut huic rei vobis suppetat tempus! Nolite tempori parcere! *Suscipite fatigationem quoque ac laborem*, quem interdum coniunctio haec cum natura secum affert, maxime cum assequi studemus metas valde arduas. Labor hic vim habet creatricem simulque elementum continet *sanae quietis*, quae necessaria est perinde ac studium et opus.

Appellationem suam etiam biblicam habet hic labor ac nisus, nominatim apud sanctum Paulum, qui omnem christianam vitam *certamini in curriculorum stadio*[79] comparat.

Quisque et quaeque vestrum indiget huius fatigationis ac nisus, quibus videlicet non corpus dumtaxat probatur et firmatur, verum totus etiam homo laetitiam experitur sui dominandi necnon *superandi impedimenta resque adversas*. Haec sine dubio una est partium illius « incrementi », quod iuventutem designat.

Similiter optamus ut hic « profectus » contingat per con-

[78] *Prv* 4, 5 s.

[79] Cfr. *1 Cor* 9, 24-27.

sortionem *cum operibus hominis,* immo vero potius cum *hominibus vivis.* Quot sunt opera, quae progredientibus saeculis homines patraverunt! Quam magna eorum praestantia et varietas! Videtur iuventus acriter percipere veritatem et bonum, et pulchritudinem, quae in hominis iacent operibus. Si necessitudine attingimus ea opera in ordine tot diversarum cultus humani formarum, tot artium ac tot disciplinarum, *discimus nos veritatem de homine* (adeo insigniter declaratam in Psalmo 8), quae quidem veritas potest effingere altiusque pervadere humanitatem cuiusque nostrum.

At inquirimus peculiariter in hominem colendis *rationibus consortii cum hominibus.* Per tale consortium necesse est iuventus efficiat ut « proficiatis sapientia ». Illud enim tempus est, quo novae ineuntur necessitudines, *societates et amicitiae,* maioris quidem ambitus quam solius familiae. Amplus panditur campus experientiarum, quae non modo pondus habent ad cognoscendas res, sed eodem tempore etiam ad educandum moresque conformandos. Omne hoc experimentum iuventutis perutile erit, quoniam in unoquoque et unaquaque vestrum sensum criticum gignet imprimisque *facultatem discretionis* inter ea cuncta, quae sunt humana. Beata erit haec iuventutis experientia, si paulatim ex ipsa didiceritis essentialem *veritatem de homine* — de unoquoque homine ac de vobis ipsis —, quae veritas ita praeclaris verbis Constitutionis pastoralis *Gaudium et spes* inscriptae breviter perstringitur: « hominem, qui in terris sola creatura est quam Deus propter seipsam voluerit, plene se ipsum invenire non posse nisi per sincerum sui ipsius donum ».[80]

Discamus igitur hoc modo cognoscere homines, quo plenius ipsi simus homines per hanc facultatem « nos donandi »: *esse* homines *« pro aliis».* Talis autem de homine veritatis — talis anthropologiae — *culmen,* quod assequi non possumus, inve-

[80] CONC. OEC. VAT. II **Const. past.** *Gaudium et spes* **de Ecclesia in mundo huius temporis, 24.**

nitur *in Iesu Nazareno.* Quocirca iuventus etiam eius est tanti momenti, dum scilicet « proficiebat sapientia... et gratia apud Deum et homines ».

Precamur etiam hoc « incrementum » vobis *per necessitudinem cum Deo.* Ratione quidem obliqua, prodesse ei potest necessitudo cum natura hominibusque; sed recta via proficit ipsi *potissimum oratio.* Orate et discite orare! Recludite ante eum corda vestra et vestras conscientias, qui vos melius perspicit quam vosmet ipsi. Loquimini cum illo! Scrutamini altius Dei viventis Verbum, Sacris Scripturis lectitandis ac ponderandis.

Hae *viae. rationesque* sunt, quibus ad Deum accedi tur et cum eo initur necessitudo. Reminiscimini mutuam hanc esse rationem. *Deus respondet* enim maxime « gratuito sui ipsius dono », quod donum sermo biblicus « gratiam » nuncupat. In Dei igitur gratia contendite vivere!

Quae omnia ad argumentum « incrementi » seu profectus pertinent, de quo scribentes praecipuas solum quaestiones eius efferimus; earum quippe unaquaeque fusiorem accipere potest enucleationem. Quod optamus ut contingat variis in *societatibus iuvenilibus* et coetibus, in motibus et consociationibus, quae complures adsunt singulis in nationibus continentibusque, dum quaeque dirigitur propria a se enodata ratione *operis spiritalis atque apostolatus.* Instituta haec, in quibus Ecclesiae Pastores partem habent, cupiunt adulescentibus viam demonstrare illius « profectus », qui certo quodam modo efficit *evangelicam iuventutis definitionem.*

15. Ecclesia respicit iuvenes; immo praecipue *se ipsam in iuvenibus conspicit* — in vobis nempe universis atque in unoquoque et unaquaque vestrum. Hoc iam a primordiis factum est, temporibus scilicet apostolorum. Sancti Ioannis nimirum verba in ipsius *Prima Epistula* insigne possunt testimonium esse : « Scribo vobis, *adulescentes : Vicistis Malignum.* Scripsi

vobis, parvuli: *Nostis Patrem...* Scripsi vobis, adulescentes: Fortes estis, et verbum Dei *in vobis manet»*[81]

Apostoli autem voces adduntur colloquio Christi cum adulescente, de quo in Evangelio, ac resonant valida quidem vocis imagine *a generatione in generationem.*

Nostra porro aetate, exeunte videlicet secundo post Christum millennio, etiam Ecclesia se in iuvenibus conspicit. *At quomodo Ecclesia se ipsam intuetur?* Concilii Vaticani II doctrina sit eius rei testimonium singulare. Videt quidem se Ecclesia veluti « *sacramentum* seu signum et instrumentum *intimae cum Beo unionis totiusque generis humani unitatis»*[82] Contuetur ergo se sociatam cum maxima hominum familia continenter augescente. In modis universalibus se ipsa contemplatur. *In viis oecumenismi* se videt, unitatis scilicet christianorum omnium, pro qua Christus ipse oravit quaeque aetate nostra sine ulla controversia urgetur. In colloquio cum assectatoribus etiam *religionum non christianarum* omnibusque bonae voluntatis hominibus se ipsam intuetur. Talis autem collocutio est colloquium salutis, quod paci quoque in mundo proficere oportet necnon iustitiae inter homines.

Vos, iuvenes, Ecclesiae spes estis, quae hoc videlicet pacto se ipsam conspicit *suumque in mundo munus.* Loquitur ea vobiscum hoc de munere. Novissimus nuntius, die primo mensis Ianuarii huius anni MCMLXXXV, ad pacem fovendam toto orbe terrarum editus, est huius rei testificatio. *Ipse* enim vobismet nominatim est inscriptus secundum certam illam sententiam ac persuasionem: « pacis viam simul iuvenum esse viam » (« Pax et iuvenes coniuncte progrediuntur »). Quae quidem persuasio est invitatio eodemque tempore obligatio: rursus nempe id agitur ut sitis « parati semper ad defensionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe », quae

[81] *1 Io 2,* 13 s.

[82] CONC. OEC. VAT. II Const. dogm. *Lumen gentium* de Ecclesia, 1.

vobis adhaeret. Prout intellegitis, spes ista ad praecipuas postulationes itemque universales spectat.

Cotidie inter caros vestros versamini. Ambitus vero ille paulatim *dilatatur.* Maior usque hominum numerus communicat vitam vestram et ipsi vos detegitis lineamenta communionis, quae ad eos vos ligat. Ferme semper haec *communitas* est quodam modo *distincta.* Differt enim, sicut animadvertebat ac dicebat Concilium Vaticanum II sua in Constitutione dogmatica de Ecclesia necnon in Constitutione pastorali de Ecclesia in mundo huius temporis. Nonnumquam enim iuventus vestra conformato in ambitibus *uniformibus,* quod ad religiones attinet, nonnumquam in condicionibus *diversis* religione vel etiam in limite inter fidem atque infidelitatem, sive haec latet sub agnosticismi aut atheismi forma multiplicibus rationibus picti.

Videntur tamen, positis quibusdam quaestionibus, hae multiplices ac variae iuvenum communitates *admodum similiter* sentire et cogitare et contra agere. Videntur exempli gratia inter se devinciri aequali prorsus iudicio et sensu de hoc : quod centena hominum milia versantur in maxima egestate, quin immo inedia intereunt, dum eodem simul tempore incredibiles pecuniarum summae impenduntur in atomica fabricanda arma, quorum cumulata copia iam nunc importare potest sui ipsius destructionem ipsi hominum generi. Aliae similes praeterea *contentiones sunt ac minationes,* ea quidem amplitudine, quae adhuc per humani generis historiam numquam est cognita. His de rebus sermo fit in supra commemorato nuntio ineuntis anni; quapropter eas quaestiones praetermittimus. Nobis omnes conscii sumus futurum prospectum vitae amplius decies milies centenorum milium hominum, vergente ad finem altero post Christum millennio, praemonstrare videri *possibilitatem calamitatum et Gladium* magnitudinis reapse « apocalypticae ».

Hoc in rerum statu, iuvenes, vos merito interrogare potestis superiores generationes : Cur ad hoc est perventum? Quare ta-

lis effecta est condicio periculorum pro humana familia in hoc terrarum orbe? *Quaenam sunt causae* iniustitiae, quae f erit oculos? *Cur tot* homines fame pereunt? *Tot* profugorum millena milia ad diversarum nationum fines? *Toties* principalia hominis iura conculcantur? *Tot* carceres et campi detinendis captivis, *tanta* meditata violentia, *tot* occisiones innocentium, *tot* hominibus illatae violentiae atque cruciatus, *tot* vexationes hominum corporibus et conscientiis inflictae? Quae inter omnia etiam id accidit ut homines aetate florentes sint, quorum conscientia gravetur tot innocentium caede, quoniam ipsis persuasum vehementer sit hac sola ratione — *terroris nempe praeparati et cogitati* — mundum fieri meliorem posse. Vos igitur rursus quaeritis : *quare?*

Singula haec, iuvenes, interrogare vobis licet; quin immo interrogare vos oportet! Agitur enim de mundo, in quo *hodie* vivitis et *cras* vivere debebitis, cum maturioris aetatis homines iam transierint. Non sine causa ergo rogatis vos: Cur adeo immensa hominum *progressio* — quae cum alia non potest conferri ulla aetate priore historiae — in regione scientiarum ac technicae artis ; cur *progressio* in dominatu materiei per hominem convertitur tot rationibus *adversus hominem?* Iure quidem percontamini insuper, cum affectu quidem interioris trepidationis: Potestne hic rerum status revolvi? *Potestne ipse mutari? Poterimusne nos eum immutare?*

Hoc recte quidem interrogatis. Ita est. Et haec praecipua interrogatio est in vestrae generationis ambitu.

Qua porro sub forma protrahitur *vestra cum Christo collocutio* aliquando in Evangelio incollata. Adulescens ille quaesivit: «quid faciam, ut vitam aeternam percipiam ?». Atque vos quaestionem movetis *secundum tempora,* quibus vos iuvenes estis : quid nos facere necesse est ne vita — vita hominum virens — convertatur in mortis atomicae veluti sepulcretum? *Quid nobis est faciendum* ne peccatum universalis iniustitiae nobis dominetur? Peccatum dicimus ipsius despicientiae

hominis ac neglegentiae dignitatis illius, licet plurima proferantur, quae iura ipsius confirmant. *Quid nos facere oportet?* Ac rursus : *Sciemusne nos id efficere?*

Respondet autem Christus, haud secus ac iam primo Ecclesiae saeculo responderat iuvenibus Apostoli verbis : « Scribo vobis, *adulescentes: Vicistis Malig(num.* Scripsi vobis, parvuli: *Nostis Patrem* ... Scripsi vobis, adulescentes: *Fortes estis,* et verbum Dei manet ».[83] Quae Apostoli dicta, duobus ante annorum milibus pronuntiata, simul sunt etiam responsio aetati nostrae data. Utuntur enim simplici vehementique *sermone fidei,* qui victoriam secum infert de malo, quod est in mundo : « Et haec est victoria, quae vicit mundum : fides nostra i).[84] Vim suam hae voces accipiunt *de experientia,* apostolica ac posteriorum generationum christianarum, *Crucis ac Resurrectionis Christi.* Qua in experientia totum confirmatur Evangelium. Inter alia vero etiam corroboratur veritas, quae continetur colloquio a Christo cum adulescente habito.

Immoremur igitur, in extrema hac Epistula, *hisce in apostolicis dictis,* quae confirmatio simul vobis sunt ac provocatio. Sunt autem et responsio.

Agitatur in vobis, in iuvenilibus pectoribus vestris, *desiderium germanae fraternitatis inter omnes homines,,* sine partitionibus atque dimicationibus et distinctionibus. Ita sane ! Fraternitatis multiplicisque coniunctionis vos, iuvenes, vobiscum portatis desiderium *neque* certe desideratis *mutuam hominis contentionem contra hominem* qualibet sub specie. Nonne porro haec fraternitatis cupido — homo alterius est hominis proximus! homo pro altero homine est frater! — *testificatur forsitan id ipsum: quod « nostis Patrem* » (uti Apostolus scribit)? quandoquidem ibi tantum fratres sunt, ubi aliquis est pater. Et *ibi* dumtaxat, *ubi Pater est, homines sunt fratres.*

Vos ideo si fraternitatis desiderium geritis in vobis ipsis, id

[83] *1 Io* 2, 13 s.
[84] *1 Io* 5, 4.

significat omnino: « *verbum Dei in vobis manet* ». Ea quidem doctrina in vobis subsistit, quam Christus attulit quaeque merito nomen habet « Laeti Nuntii ». Haeret autem in labiis vestris, vel in cordibus saltem defigitur, *precatio* Domini, quae a *verbis* incipit : « Pater noster ». Quae oratio Patrem patefaciens confirmat simul homines esse fratres; atque secundum interiorem suam sententiam adversatur omnibus *agendi rationibus* conceptis *ex principio pugnae* hominum adversus homines quavis sub forma. Oratio « Pater noster » amovet hominum animos ab inimicitia et odio, violentia et terrore, discriminibus condicionibusque, in quibus hominis dignitas eiusque iura conteruntur.

Scribit Apostolus adulescentes *vos fortes esse, quod verbum Dei in vobis manet,* illa videlicet doctrina, quae Evangelio Christi continetur quaeque precatione « Pater noster » perstringitur. Etiam. Fortes estis his ex praeceptis divinis; fortes estis hac ex oratione. Fortes estis, *cum ipsa vobis inserat amorem,* benevolentiam, observantiam erga hominem, eius vitam, dignitatem, conscientiam, opiniones ipsius et iura. Si « nostis Patrem », fortes estis virtute fraternitatis humanae.

Estis autem fortes etiam ad *pugnam : non sane ad pugnam contra hominem,* obtentu cuiusvis ideologiae aut praxis a radicibus Evangelii ipsis avulsae, at fortes *pro contentione adversus malum,* adversus malum verum: contra id omne, quod Deum offendit, contra iniuriam omnem omnemque quaestum iniquum, adversus omne falsum ac mendacium, adversus illud omne, quod offendit et deicit, contra omnia, quae consortionem humanam corrumpunt ac mutuam necessitudinem, adversus omne scelus in vitam intentum, contra quodlibet peccatum.

Scribit Apostolus : « *Vicistis Malignum* » ! Et ita profecto est. Reverti perpetuo oportet *ad mali peccatique radices* in historia generis humani rerumque universitatis, quemadmodum rediit Christus ad eas ipsas radices in suo mysterio pa-

sehali Crucis ac Resurrectionis. Dedecet timere nominatim appellare *primum mali artificem-. Malignum.* Artificium, quod adhibebat hic et adhibet, in eo quidem est positum ut sese *non indicet ut malum,* quod inde a principio inseruerat, ex homine ipso crescat, ex institutis ipsis necnon ex vinculis necessitudinis inter homines, inter omnium nationum ordines ... ut magis ac magis fiat illud *peccatum « structurarum »* utque minus semper designari possit tamquam *peccatum « personale »*; ut igitur homo magis aliquo modo « liberatum » sentiat se a peccato, at tamen magis eodem tempore in eo radicetur.

Asseverat Apostolus : « adulescentes : fortes estis » : *necesse dumtaxat est « verbum Dei in vobis »* maneat. Tunc estis fortes: sic enim pertingere poteritis ad mali absconditas machinationes eiusque radices et ita pedetemptim *commutare mundum,* transformare eum *humanioremque* reddere ac *magis fraternum* simulque *magis ad Deum pertinentem.* Mundum quidem a Deo non licet revelli nec Deo opponi neque licet hominem a Deo abstrahi eique opponi. Id namque naturae mundi adversaretur ipsiusque hominis naturae: istud esset *adversus intimam* rerum *veritatem,* quae totam constituit « realitatem ». Profecto cor hominis est inquietum, donec in Deo requiescat. Hae sancti Augustini, viri eximii, voces praesentem suam utilitatem numquam amittunt.[85]

16. Agite ergo, iuvenes amici! *vestris in manibus hanc deponimus Epistulam,* quae tramitem sequitur collocutionis Christi cum adulescente in Evangelio narratae quaeque ex Apostolorum testificatione necnon priorum aetatum christianarum profluit. Vobis has Litteras concredimus volvente hoc Anno Iuventuti dicato, dum *ad alterius millennii finem* propinquamus. Eam vobis tradimus hoc anno, quo vicesima anniversaria memoria recolitur Concilii Vaticani II ad finem perducti, quod iuvenes

[85] Cfr. S. AUGUSTINI *Confess.* I, 1: *CSEL* 33, p. 1.

« spem Ecclesiae » appellavit[86] atque ad iuvenes illius temporis — quemadmodum ad eos qui nunc sunt et qui quavis erunt aetate — « extremum illum Nuntium » direxit, in quo Ecclesia esse perhibetur quasi veri nominis iuventus mundi, talis, quae « ea possideat, quae vigorem vimque allicientem iuvenum efficiunt: id est facultatem laetandi de iis, quae incipiunt, sese gratuito donandi, se renovandi, se conferendi ad novas adipiscendas victorias ».[87]

Facimus hoc die *Dominica in Palmis de Passione Domini,* qua die possumus complures vestrum convenire peregrinatores in Area hic Romae ante Petrianam Basilicam patente. Hac nominatim die Episcopus Romanus vobiscum *precatur* pro *omnibus totius orbis iuvenibus, pro unoquoque eorum et unaquaque.* In communitate precamur Ecclesiae ut circumdati vos ipsis temporibus difficilibus, quibus nunc vivimus, sitis « parati semper ad defensionem omni poscenti vos rationem de ea, quae in vobis est, spe ». Ita est; vos omnino ipsi, quandoquidem futura aetas ex vobis pendet; *e vobis finis pendet huius millennii initiumque novi.* Itaque ne sitis desides; officia vestra in vos recipite in quovis campo, qui vobis in mundo hoc nostro patescit! Eandem ob intentionem precantur etiam vobiscum Episcopi ac Sacerdotes variis in locis.

Sic autem orantes in magna communitate iuvenum universae Ecclesiae omniumque Ecclesiarum *constituimus ante oculos Mariam,* quae a principio iam operis eius inter homines comitatur Christum. Haec est Maria, quae in *Cana Galilaeae* pro iuvenibus interpellat, pro novellis illis coniugibus, cum in epulis nuptialibus vinum hospitibus defecit. Tunc enim Christi Mater homines illic adstantes in epularum ministerium his verbis alloquitur: «Quodcumque dixerit vobis, facite ».[88] Ille est Christus.

[86] **Decl.** *Gravissimum educationis* **de educatione christiana, 2.**

[87] **Cfr.** *AAS* **58 (1966), 18.**

[88] *Io* **2, 5.**

Iteramus nos has voces Matris Dei ad vosque dirigimus, iuvenes, et ad vestrum unumquemque et unamquamque: « Quodcumque dixerit Christus vobis, facite ». Et in Sanctissimae Trinitatis nomine benedicimus vobis. Amen.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXXI mensis Martii, Dominica in Palmis de Passione Domini, anno MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

IOANNES PAULUS PP. II

HOMILIAE

I

In basilica S. Caeciliae ob annum Musicae in Europa dicatum habita.*

((Ti farò mia sposa per sempre, / ti farò mia sposa nella giustizia e nel diritto, / nella benevolenza e nell'amore ! ».

1. Con queste parole, il profeta Osea esprime l'amore che Dio porta verso Israele, il popolo della promessa; giustamente la Liturgia le applica a Santa Cecilia, per indicare in sintesi la sua vita di vergine e martire di Cristo.

Sono lieto di poter celebrare la Santa Messa in questa insigne Basilica dedicata alla celebre Martire romana, onorata in tutta la Chiesa, e colgo volentieri l'occasione per rivolgere dall'Altare un saluto particolarmente affettuoso a tutti gli abitanti di Trastevere, questo luogo tanto rinomato fin dai tempi antichi, per la sua schietta romanità, per i tanti e prestigiosi ricordi storici e letterari, e soprattutto per i diversi ambienti religiosi e assistenziali che lo rendono tipico e suggestivo. Desidero pure esprimere il mio apprezzamento per le varie iniziative di preghiera e di formazione che qui si svolgono.

Ci troviamo in un luogo denso di memorie sante e di intensa spiritualità. Sappiamo infatti che, sulla casa della martire, fin dal terzo secolo sorse un luogo di culto, che venne poi rinnovato da Papa Pasquale I nell'anno 821 per custodire il corpo di Santa Cecilia, ritrovato

*** Die 22 m. Novembris a. 1984.**

nelle catacombe. Fin dai primi tempi, pertanto, questo tempio è stato luogo di adorazione, di preghiera, di pellegrinaggi. Infatti, il nome della martire Cecilia è glorioso e venerato fin dal periodo delle persecuzioni, è stato incluso nel « Canone Romano)) della Santa Messa, **è** ricordato in molteplici documenti e repertori che riguardano la storia, Farte, l'architettura, la liturgia, la leggenda, tra cui il poetico e commovente racconto di Jacopo da Varagine nella « Leggenda Aurea ». Cecilia è dunque una santa tutta romana e nello stesso tempo anche universale e noi, in questo secolo ventesimo, vogliamo continuare a venerarla e prepararla, ascoltando il suo messaggio di fede e di amore e trasmettendolo alle generazioni venture.

2. Nei tempi burrascosi della persecuzione, Cecilia consacratasi totalmente a Cristo, fu ((testimone » della fede, tanto da convertire — come narra la ((Passio » primitiva — anche il giovane pagano Valeriano e il fratello di questi, Massimo. « Testimonianza in greco si dice "martirio" — affermava Sant'Agostino — parola che noi usiamo ordinariamente invece del corrispondente termine latino. Tanto è vero che, volendo designare coloro che affrontarono umiliazioni e tormenti per rendere testimonianza a Cristo e lottarono fino alla morte in difesa della verità, noi li chiamiamo "martiri")).* Tale fu infatti santa Cecilia, che affrontò con coraggio e serenità la morte, perché profondamente convinta della verità in cui credeva, partecipe così dell'opera redentrice del primo Martire Gesù. Così Sant'Agostino continuava il suo commento : ((I principi si assidono e decretano di sbarazzarsi dei martiri di Cristo; i martiri con il loro soffrire decretano di riscattare i nemici ormai perduti. Gli uni rendono il male per il bene ; gli altri il bene per il male » . [2]

Gesù morì in Croce per la Verità, ma anche per salvare l'umanità dal male : egli fu vittima di espiazione : « In questo sta l'amore — scrive l'Apostolo Giovanni —: non siamo stati noi ad amare Dio, ma è lui che ha amato noi e ha mandato il suo Figlio come vittima di espiazione per i nostri peccati » . [3] Essere martire significa accettare di morire con Cristo e per Cristo per testimoniare l'autenticità della sua morte redentrice e per partecipare alla sua opera di salvezza. Il martire accetta con coraggio la prova che si abbatte misteriosamente su di lui e si ab-

[1] ***Enarr. in Ps.*** **118, sermo 9, 2.**
— Par ailleurs, de graves difficultés surgissent là où l'Etat adopte une idéologie athée. Il y a, certes, une grande diversité de situations, selon que l'Etat se trouve ou non en face de fortes communautés confessionnelles, à la foi vigoureuse. Mais, en général, il existe une contradiction entre les déclarations officielles sur la liberté religieuse, laissée prétendument aux personnes privées, et la propagande antireligieuse, à laquelle s'ajoutent, ici ou là, des mesures de coercition empêchant le libre exercice de la religion, le libre choix des ministres du culte, le libre accès aux séminaires, la possibilité de catéchèse des jeunes, sans compter les discriminations pour les droits civils des croyants, comme si l'adhésion de foi mettait en péril le bien commun !

— Bien plus, il existe au moins une situation, en Europe, où l'idéologie athée fait tellement corps avec l'Etat que l'athéisme est imposé

[1] N. 2.

aux consciences et que tout geste religieux, en n'importe quelle confession, est absolument interdit et sévèrement puni.

Dans ces différentes situations, ce qui est en cause, c'est l'esprit de tolérance bien compris, qui n'est pas indifférence religieuse mais respect des consciences, c'est-à-dire de l'une des libertés les plus fondamentales, et respect de la distinction des domaines politique et religieux, telle que le Christ l'a si bien formulée : « Rendez à César ce qui est à César, et à Dieu ce qui est à Dieu)).[4]

4. Au-delà de la réciprocité des droits et de la stricte justice dans l'égalité de traitement, il faut en arriver à une solidarité commune face aux grands enjeux de l'humanité. Tous les peuples se trouvent dans une situation d'interdépendance mutuelle, sur le plan économique, politique, culturel. Chaque pays a ou aura besoin des autres. Dieu a confié la terre à l'ensemble de l'humanité, faisant de la solidarité une loi qui vaut pour le bien comme pour le mal. Certes, il y a eu des chances diverses pour ce qui est de la richesse des terres ou des sous-sols, de la faveur des climats, des talents attachés à telle ou telle civilisation, et aussi de la peine que se sont donnée les hommes, selon leur esprit d'entreprise plus ou moins développé. Le progrès économique et social peut être retardé par la difficulté qu'éprouvent surtout les jeunes nations à maîtriser les nouveaux processus de production et de répartition, parfois aussi par la négligence, voire la corruption, des hommes, auxquelles il faudra porter courageusement remède. Mais, de toute façon, ces situations d'inégalités appellent les êtres raisonnables que sont les hommes à surmonter ensemble ces handicaps, et, devant la cruauté du sort qui touche des fractions entières de l'humanité, il n'y a pas de prétextes valables pour refuser la contribution à leur survie et à leur développement. L'entraide solidaire est la seule réponse pleinement humaine, et même l'intérêt bien compris de tous à long terme. C'est une seule et même aventure que nous courons tous. A Edmonton, au Canada, j'ai plaidé une fois de plus pour les pays du Sud, et je suis heureux de voir des Chefs d'Etat sensibiliser l'opinion de leur peuple à cet enjeu capital.

L'impérieux besoin de progresser dans cet esprit de solidarité est si évident que je me contenterai de deux exemples.

Beaucoup de pays en voie de développement ont contracté des

[4] *Mt* 22, 21.

dettes énormes, qui s'aggravent. Je sais que le problème est complexe ^t qu'il entraîne éventuellement la question de la prudence des emprunts et de leur utilisation réelle pour des investissements dans le pays. Mais la situation est devenue inextricable pour beaucoup de pays débiteurs : sans un nouveau système de solidarité, comment pour**Tont**-ils rembourser? Comment pourraient-ils sortir de l'impasse? Il y va de l'intérêt de tous, y compris des pays riches qui risquent de se trouver isolés. Il y va du sens humain de la solidarité. Pour des chrétiens, un tel renouveau des rapports pourra difficilement se faire sans l'amour généreux et désintéressé dont le Christ lui-même est le modèle -et la source.

L'autre exemple est celui que, tous les jours, l'actualité souligne devant nos yeux atterrés, si du moins nous ne détournons pas le regard et le cœur, comme l'a bien dit votre Doyen : la famine des pays de la «écheresse, notamment en Afrique. On sait bien que les pays concernés ne peuvent actuellement — et par eux seuls — émerger de cette situation dramatique, empêcher des millions de gens de mourir, ni enrayer pour demain l'expansion du désert. Mais la situation peut être redressée : non seulement il faut continuer à apporter les secours d'urgence, prélevés entre autres sur les surplus que certains sont tentés de détruire pour équilibrer une économie trop circonscrite, mais il faut mettre en commun les techniques que Dieu nous a permis de découvrir. Je parlais, au début, de signes positifs. Je tiens à souligner celui-ci : le fait que, ces derniers temps, des organisations de la communauté internationale, des pays et des institutions ont accepté de relever le défi, est très encourageant.

5. Selon les principes de réciprocité et de solidarité exposés, il serait possible de mettre en œuvre une collaboration plus efficace des membres •de la communauté mondiale en d'autres domaines précis où la violence poursuit ses ravages et où de graves menaces pèsent sur l'humanité.

Il s'agit de contribuer à décourager les solutions de violence et •d'aider à surmonter la peur, le climat de méfiance qui paralyse certains pays, provoque leur repli sur soi, mais peut aussi les entraîner dans le mensonge, le durcissement, la provocation, la violence. Certes, on y invoque encore la justice ou l'autodéfense, mais un autre climat, une nouvelle philosophie, comme je le disais le 1er janvier de cette année, permettrait de trouver d'autres solutions à la justice et à la sécurité. •Je retiens ici quatre domaines. Et là pourraient coopérer, non seule-

ment les parties directement concernées par tel différend ou tel conflit, mais un nombre croissant de pays et notamment les organisations internationales.

a) Sans que l'on puisse parler d'ingérence dans les affaires intérieures des autres, ne leur serait-il pas possible d'user de leur influence pour décourager les conflits en cours, pour aider à reprendre les chemins du dialogue, chercher des solutions négociées susceptibles d'être acceptées par tous, sauf peut-être par ceux qu'une idéologie aveugle ou qu'un intérêt machiavélique entretient dans leurs desseins? On pourrait au moins attendre des autres pays qu'ils s'abstiennent de soutenir les parties en conflit dans la poursuite d'opérations qui font tant de morts et de ruines.

Ici, on ne peut s'empêcher de penser au Liban. Quand pourra-t-il finalement trouver la paix souhaitée et la capacité de renforcer ses propres institutions dans la loyale collaboration entre les diverses composantes de la nation? Comment mettre prudemment un terme aux interventions extérieures et, lorsque celles-ci prendront fin, comment garantir la paix, éviter les vengeances et les massacres que tout le monde a encore en mémoire?

On pourrait raisonner de façon semblable pour les guerres et les violences sans merci qui se poursuivent entre l'Iran et l'Irak — ce conflit étant alimenté par un courant continu d'armes fournies par les parties les plus diverses —, et par ailleurs en Afghanistan, au Cambodge, en plusieurs pays d'Amérique centrale. Si le Saint-Siège en parle, même lorsque ses coreligionnaires ne sont pas en cause, c'est qu'il ne peut se résoudre à voir ruiner et massacrer des innocents, qui ont déjà payé si cher l'absurdité de la guerre.

L'Eglise sait bien que la désescalade est difficile, mais il faut avoir le courage de la commencer. Pour sa part, par exemple en cette Amérique centrale, elle est prête à s'offrir comme le lieu ou l'instance permettant aux parties de se rencontrer, de se comprendre, de commencer un dialogue sincère de paix.

fi) Il faut également décourager la violence et la peur sur le plan du désarmement; faire baisser le plus possible le niveau des armements, encourager une nouvelle philosophie des relations internationales, renoncer à des intérêts égoïstes et idéologiques qui alimentent les tensions, les haines, les subversions, et consacrer les énergies et

ressources libérées par le désarmement aux grandes causes de notre temps : la lutte contre la faim, le développement, la promotion humaine.[5]

c) Il importe encore de lutter ensemble contre le terrorisme international, en n'encourageant en aucune façon les terroristes, et, sur un autre plan, le trafic de la drogue, devenu un véritable fléau. Sur ces terrains, il semble d'ailleurs que, mis à part le drame encore créé récemment par quelques pirates de l'air, il y ait eu des progrès, qui résultent surtout d'une plus grande solidarité internationale.

d) Mais il faudrait décourager la violence sous tous ses aspects, y compris celle qui sévit à l'égard des prisonniers politiques, secrètement et sans aucun frein, comme si c'était une affaire laissée à l'arbitraire des pouvoirs, même sous le prétexte de la sécurité, dans les camps de concentration, dans les prisons, dans les autres lieux d'internement. Il est des cas où l'on s'acharne sur eux de façon ignoble, voulant aller jusqu'à la destruction complète de leur personnalité. C'est la honte de notre humanité. Il faudrait pour le moins une dénonciation de ces faits, une condamnation très nette de la part de l'opinion internationale, et un droit de visite des instances humanitaires reconnues légitimement à cet effet.

Cela vaut pour tous les droits humains violés, comme pour la liberté religieuse.

6. Pour terminer, je désire vous livrer encore trois réflexions : sur la contribution des jeunes, sur l'éducation aux valeurs morales, sur la profondeur spirituelle de la réconciliation.

Oui, il est bon, il est nécessaire de miser sur les jeunes. La plupart des pays représentés dans ce Corps diplomatique ont une proportion énorme de jeunes. Dans l'intérêt de la paix, il importe que ceux-ci puissent faire des choix éthiques valables. L'Organisation des Nations Unies nous a invités à entrer dans l'Année internationale des jeunes, et j'y ai consacré le Message de la Journée de la paix : « La paix et les jeunes marchent ensemble». Ce n'est pas que les jeunes aient l'expérience que vous avez : sans doute ne voient-ils pas toutes les difficultés de la vie politique, nationale et internationale. Ils ont aussi leurs faiblesses, leurs tentations, leur violence, et parfois ils s'évadent des responsabilités concrètes. Il ne s'agit pas de faire de la démagogie avec eux. Mais savons-nous prendre en compte leurs aspirations légi-

[5] Cf. ma déclaration après l'Angélus du 1er janvier 1985.

times, qui souvent rejoignent généreusement l'essentiel? De toute façon, ils seront demain les artisans de la paix. Comment sont-ils préparés à ce rôle? Nos façons de traiter de la justice et de la paix sont-elles susceptibles de les satisfaire? Comment leur procurer un exemple, un espoir, une insertion professionnelle qui les sorte du traumatisme du chômage, qui les amène à participer activement? Comment surtout les éduquer aux vraies valeurs et au respect des autres?

7. Sans cette éducation aux valeurs morales, dans le peuple et chez ses responsables ou futurs responsables, toute construction de la paix reste fragile ; elle est même vouée à l'échec, quelles que soient l'habileté des diplomates ou les forces déployées. Il revient aux hommes politiques, aux éducateurs, aux familles, aux responsables des médias de contribuer à cette formation. Et l'Eglise est toujours prête à y apporter sa part.

Je n'ai pas à détailler ici ces valeurs morales. On pense à la loyauté, à la fidélité aux engagements pris, à l'honnêteté, à la justice, à la tolérance, au respect des autres — de leur vie, de leurs conditions de vie, de leur race —, au partage, à la solidarité ... Les chrétiens aiment rattacher toutes ces vertus sociales à la charité, à l'amour, et les fonder sur la dignité transcendante de toute personne humaine dont Dieu est garant, et sur l'exemple du Christ.

Mais va-t-on assez loin dans le respect de l'homme? Ne devrait-il pas commencer dès l'embryon humain? Aujourd'hui, des manipulations génétiques, des expériences audacieuses se multiplient, et elles passent vite d'un pays à l'autre. Ces problèmes deviennent en quelque sorte internationaux. Qui oserait dire qu'il ne s'agit que de prouesses techniques? Qui ne voit les graves problèmes humains qui sont en cause et qui devront trouver des solutions sur le plan du droit, sur le plan de l'éthique? Le respect des valeurs morales à ce niveau fait partie du respect de l'homme qui est à la base de la paix, qui commence évidemment par le respect de la vie humaine. Tout pays, surtout s'il dispose de puissants moyens d'influence, doit mesurer sa responsabilité quant à la valeur éthique des techniques, des méthodes ou des conceptions plus ou moins morales ou sectaires qu'il exporte ou laisse exporter.

8. Enfin l'Eglise sait bien qu'il est difficile de guérir les hommes de la tentation de guerre, de l'égoïsme, de la haine. On la dit parfois utopique. Elle n'est pas naïve au point de penser que l'on réussira sur

terre à exorciser toute violence. Dans l'exhortation post-synodale publiée en décembre dernier, *Reconciliatio et paenitentia,* j'ai parlé d'« un monde éclaté jusque dans ses fondements ». Et pour nous, la racine de ces déchirures est une blessure au cœur même de l'homme, un péché originel. Le drame de l'humanité — beaucoup de philosophes l'avouent eux-mêmes — est un drame spirituel, un drame surtout de l'humanisme athée.[6] Mais tout en sachant que sur cette terre on ne peut réaliser la réconciliation définitive des hommes avec Dieu, avec les autres, avec eux-mêmes, avec la création, l'Eglise veut y travailler avec ardeur, comme signe, ébauche et témoignage du monde à venir. Elle croit toujours que la libération du cœur pécheur de l'homme, par le pardon et par l'amour, est possible, que le progrès du dialogue, de la réconciliation, de la fraternité est possible, surtout si les hommes se réconcilient avec Dieu. Sa part spécifique est de travailler à ce niveau-là, dans sa catéchèse et dans ses sacrements. Mais elle s'engage aussi dans l'œuvre de réconciliation sociale, avant tout par l'action du Saint-Siège et de ses divers organismes. Elle veut mettre sa structure institutionnelle et son autorité morale au service de la concorde et de la paix.[7]

C'est ce dont, je l'espère, vous continuerez à être les témoins ici. Mon propos était moins de vous exposer les réalisations du Saint-Siège — qui sont bien au-dessous de nos désirs et de notre idéal — que de vous encourager, Excellences, Mesdames, Messieurs, à concourir vous-mêmes à la création du climat de réciprocité, de solidarité et de collaboration internationale dont nous avons parlé. C'est l'honneur de votre noble profession, surtout lorsque vous l'exercez auprès d'une autorité spirituelle. Nous aurons contribué ensemble à préparer un monde plus humain, plus digne des hommes et de Dieu. Nous confions ce projet à l'inspiration et à la grâce de Dieu. J'invoque sur chacun d'entre vous sa Bénédiction. C'était là l'essentiel des vœux cordiaux que je suis heureux de vous renouveler.

[6] Cf. exhortation citée, n. 2.

[7] Cf. *iUd.,* n. 25.

V

Ad Uruquariae episcopos occasione oblata « ad Limina » visitationis coram admissos.*

Queridos Hermanos en el episcopado:

1. A través de las relaciones quinquenales y de los coloquios que he tenido con cada uno de vosotros, he podido familiarizarme con la realidad eclesial y humana en la que desempeñáis vuestra misión de Pastores. Me ha alegrado constatar que, a pesar de la falta de personal y de medios materiales suficientes, habéis logrado una presencia evangelizadora cada vez más acorde con las orientaciones del Concilio Ecuménico Vaticano II y de las Conferencias de Medellin y Puebla.

Con profundo gozo recibo hoy colectivamente a los sucesores de Monseñor Jacinto Vera, primer Obispo de Montevideo, cuyo espíritu eclesial se ha mantenido vivo en vosotros, puestos por el Espíritu Santo- para regir la Iglesia de Dios en Uruguay. En este momento deseo aseguraros que en mi mente no está sólo presente vuestra misión pastoral, sino que en el centro de mi pensamiento están vuestras personas e intenciones, las dificultades y sacrificios tantas veces desconocidos, los momentos de soledad o la sensación de impotencia que, en vista de vuestro arduo cometido, puedan quizá insinuarse en vuestro espíritu. Ante ello, sabed que estoy junto a vosotros, que os acompaño con afecto fraterno, y que esto se traduce en frecuente recuerdo en la plegaria. En ella presento también al Señor las necesidades de todos los miembros de vuestras diócesis.

En este espíritu de amor eclesial quiero ahora adentrarme en algunas reflexiones que deseo hacer con vosotros, acerca de algunos puntos que considero oportunos para el bien de la Iglesia que peregrina hacia el Padre en Uruguay.

2. Para lograr el gran objetivo de una verdadera renovación en la fe de vuestros fieles, que los conduzca decididamente a tratar de implantar la civilización del amor en vuestra tierra, es necesaria la evangelizaron en profundidad de la cultura de vuestro pueblo. Porque, en efecto, la cultura tiene un poder mayor que todas las otras fuerzas.

La difusión, en vuestro País, de una concepción laicista de la sociedad, de la educación y de la cultura; el secularismo imperante en las

* Die 14 m. Ianuarii a. 1985.

concepciones ideológicas y morales, la vision no correcta del valor de la vida y de la estabilidad de la familia, constituyen un urgente llamado a aunar esfuerzos para crear una cultura siempre más acorde con los principios evangélicos.

No podemos olvidar que « lo esencial de la cultura está constituido por la actitud con que un pueblo afirma o niega una vinculación religiosa con Dios, por los valores o desvalores religiosos. Estos tienen que ver con el sentido último de la existencia y radican en aquella zona más profunda donde el hombre encuentra respuesta a las preguntas básicas y definitivas que lo acosan)).*

Y puesto que la religión o irreligión son inspiradoras de todos los restantes órdenes de la cultura —familiar, económico, político, artístico, etc.— en cuanto los libera hacia lo trascendente o los encierra en su propio sentido inmanente, no podemos dejar de comunicar con todos los medios el mensaje de Jesús, teniendo en cuenta a todo el hombre, tratando de alcanzarlo en su totalidad, a partir de su vocación divina a la comunión con Dios y la fraternidad universal con los demás hombres. Para ello hay que evangelizar « no de una manera decorativa, como un barniz superficial, sino de una manera vital, en profundidad y hasta en sus mismas raíces, la cultura y las culturas del hombre)).[2]

Sólo con esa evangelización podrá obtenerse que la visión cristiana de la realidad esté presente desde los primeros momentos en que la persona humana comienza a plantearse el sentido de la vida y de la historia humana; y podrá lograrse que el Evangelio transforme la conciencia de cada uno de los hombres y de la humanidad, orientando sus obras, sus proyectos, su vida entera y el contexto social en que se desenvuelven.[3] Esa cultura engendrada por la fe es una gran tarea a realizar. Es la cultura que podemos llamar cristiana, porque la fe en Cristo no es un mero y simple valor entre los valores que las varias culturas describen, sino que para el cristiano es el juicio último que juzga a todos los demás, siempre con pleno respeto de su consistencia peculiar.

3. En esta acción de la Iglesia respecto de la cultura, tuvieron particular importancia y siguen teniéndola las Universidades Católicas. Por eso he visto con gozo la reciente fundación en Uruguay de la Universidad Católica Dámaso Antonio Larrañaga.

[1] **Puebla 389.**
[2] *Evangelii nuntiandi,* **20.**
[3] **Cf.** *Gaudium et spes,* **58;** *Evangelii nuntiandi,* **18.**

Es mi ferviente deseo que por medio de ella pueda hacerse pública, estable y profunda la presencia del pensamiento cristiano en los esfuerzos de promoción de la cultura superior. La Iglesia, en efecto, consciente de su misión salvifica en el mundo, auspicia la creación de centros de instrucción, incluida la superior, y quiere que sean florecientes y eficaces, para que a través de ellos el auténtico mensaje de Cristo no esté ausente del importantísimo campo de la cultura humana.

Confío, por ello, en que sabréis prestar a vuestra Universidad Católica —así como a la escuela católica en general que tiene tan importante cometido— el debido apoyo y aliento, para que cumpla adecuadamente su función, al servicio del pensamiento cristiano y de la causa de promoción integral del pueblo uruguayo.

4. No cabe duda de que para ejercer con mayor eficacia y adaptación a la realidad estas urgentes y delicadas tareas, necesitáis potenciar la dimensión colegial de vuestra labor como Conferencia Episcopal.

Es verdad que ésta no puede tomar el puesto que corresponde a cada Obispo, pastor inmediato y propio de la diócesis en nombre de Cristo.[4] Sin embargo, es evidente que la mutua colaboración de los hermanos dentro de la misma Conferencia es un eficaz medio para lograr un mayor bien de los fieles a escala nacional.[5] Porque la problemática frecuentemente ampliada a nivel nacional, requiere estudios y orientaciones al mismo nivel, con la sincera colaboración de todos, con planteamientos que sean diáfanos y unitarios. Sólo así, se guía oportunamente a los fieles, evitando confusiones y divisiones. Esto habrá de alentaros a estudiar conjuntamente con caridad, franqueza y humanidad los problemas más graves, de tal modo que con la sincera colaboración de todos se logre una línea sustancialmente común que facilite a cada uno el ejercicio de su propia función pastoral.

Es lógico que en vuestros documentos habréis de ocuparos ante todo de los temas referentes a la vida religiosa de vuestro pueblo, vista en su realidad concreta existencial, para proyectar sobre ella la luz del Evangelio, con todas sus exigencias y dimensiones, con visión no de técnicos sino de pastores.

En esa tarea, vivid profundamente la unión entre vosotros mismos, así como con el Sucesor de Pedro y con toda la Iglesia. Esa unidad entre vosotros se convertirá en el más poderoso motivo para promover la

[4] Cf. *Lumen gentium,* 20, 23.

[5] Cf. Canon 447.

unidad entre vuestros sacerdotes, agentes pastorales y miembros todos de vuestras Iglesias particulares.

5. Quisiera ahora indicaros tres caminos para potenciar la unidad operativa y dinámica en vuestro ministerio pastoral.

Como Obispos sois la voz de Cristo en vuestro País. Sois maestros de la verdad. En una Iglesia servidora de la verdad, sois los primeros evangelizadores y ninguna otra tarea podrá eximiros de esta misión sagrada. Tendréis, pues, que velar para que vuestras comunidades avancen continuamente en el conocimiento y puesta en práctica de la Palabra de Dios, alentando y guiando incluso a los que enseñan en la Iglesia. Por ello, al promover la colaboración de los teólogos que ejercitan su misión específica dentro de la Iglesia, no podréis dejar de prestar el servicio del discernimiento de la verdad, dentro de la fidelidad debida al Magisterio de la Iglesia. Y, cuando fuera necesario, evitando magisterios paralelos de personas o grupos.[6]

Como Obispos tenéis también una precisa responsabilidad en campo litúrgico en cuento pontífices y santificadores. Por ello habréis de procurar la promoción de la liturgia y la fructuosa celebración de la Eucaristía.[7] Habréis de cuidar en ello el respeto a las normas de la Iglesia, sobre todo en la celebración de la Eucaristía, que nunca podrá dejarse a la mera iniciativa particular de personas o grupos que ignoran las orientaciones dadas por la Iglesia. A este propósito habréis de pensar si no ha llegado el momento de fijar normas definitivas y unitarias sobre la elección de textos y libros litúrgicos, de acuerdo con las indicaciones de la Santa Sede.

Como Obispos sois los servidores de la unidad. Con la sagrada potestad que os ha sido confiada en la ordenación episcopal, tenéis que suscitar la confianza y participación responsable de todos, creando en la diócesis un clima de comunión eclesial orgánica, sin renunciar a hacer uso de la función de gobierno —que es responsabilidad vuestra— en los asuntos que exigen una rectificación en la conducta o en la disciplina eclesiástica de personas o comunidades. Particularmente delicado puede ser el servicio del gobierno eclesial en momentos de efervescencia política, para que cada uno colabore debidamente en la construcción de la ciudad terrena, pero sin olvidar que « los pastores, puesto que deben preocuparse de la unidad, se despojarán de toda ideología polí-

[6] Cf. Puebla 687.

[7] Cf. *Lumen gentium*, 22.

tico partidista que pueda condicionar sus criterios y actitudes ».[8] Sólo así podrán ser promotores de paz social, de reconciliación y convivencia democrática, dentro del debido interés por guiar moralmente la comunidad fiel hacia objetivos de mayor justicia social y de defensa y promoción de los derechos de cada uno, empezando por los más pobres.

6. En los últimos años habéis experimentado un significativo aumento de vocaciones en el Seminario Mayor. Me alegro de ello y os aliento a redoblar vuestros esfuerzos en ese campo, empezando por la promoción de las vocaciones a nivel de seminario menor. Al mismo tiempo, con el énfasis particular que merece este importante sector, os encarezco que cuidéis mucho la buena formación de los candidatos al sacerdocio. Los esfuerzos puestos en ello son trascendentales para la Iglesia.

Y para que las vocaciones encuentren el ambiente natural en el que puedan germinar y desarrollarse, cuidad con gran diligencia la importantísima pastoral de la familia. Insistid y orientad a vuestros sacerdotes, a fin de que pongan esa tarea apostólica entre sus prioridades absolutas. Con ello multiplicarán la eficacia de su apostolado, si logran hacer de cada familia una verdadera iglesia doméstica y un centro impulsor de evangelización de otras familias.[9]

Sé que os preocupa con frecuencia la disgregación familiar y la falta de claros criterios morales en ese campo. Por ello, trazad adecuados planes de acción, coordinados a nivel diocesano y nacional; abrid a los laicos la grandeza humana y cristiana de su misión; recordadles su deber de ser fieles al Magisterio de la Iglesia en el terreno de la paternidad responsable y de la procreación, siguiendo las normas contenidas en la encíclica *Humanae vitae.* Interesad en ello a vuestros sacerdotes, para que colaboren debidamente en esa tarea.

Con gran sentido pastoral, ayudad a los esposos cristianos en sus dificultades y problemas, a fin de que se sientan alentados siempre hacia el amor misericordioso de Jesús[10] y hacia la integridad de la vida cristiana. Así podrán ser centros impulsores de vivencia plena del ideal cristiano y de contribución sólida al bien de la sociedad. Esta necesita tanto en Uruguay familias unidas, sanas moralmente, abiertas a los demás, creadoras de moralidad a todos los niveles, educadoras en la fe, respetuosas de los derechos de cada persona, empezando por el

[8] Puebla 526.

[9] Cf. *Familiaris consortio,* 52-55.

[10] Cf. *Humanae vitae,* 25.

respeto a la vida de cada criatura, desde el momento mismo de su concepción. No dejéis, pues, de inculcar a este propósito la enseñanza constante de la Iglesia sobre la sacralidad de toda vida humana, de la AIDA en todas las fases de su existencia.

7. Queridos Hermanos : Al concluir nuestro encuentro, os ofrezco •estas reflexiones como vuestro hermano en la Sede de Pedro, como manifestación de profunda gratitud por lo que sois y lo que intentáis ser con la ayuda del Señor : un signo de esperanza en Cristo Jesús, fuerte y fecundo como el signo de la cruz, para poder ser ante el pueblo signo de Cristo resucitado. Porque es El, el crucificado-resucitado, quien comunica hoy mediante nuestro ministerio la gracia de la salvación a cada hombre.

Que la Virgen de los Treinta y Tres, Patrona del Uruguay, a quien veneráis con tanta devoción, os asista con la fuerza de la Pascua de su Hijo. Y que el Espíritu de Jesús os santifique en la fidelidad a vuestro sacrificado y celoso ministerio.

Con mi recuerdo en la plegaría por vosotros y vuestras comunidades de fe cristiana, imparto a todos con afecto la Bendición Apostólica.

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

*die **2** Aprilis 1985.* — Metropolitanae Ecclesiae Olindensi et Recifensi Exc.mum P. D. Iosephum Cardoso Sobrinho, O. Carm., hactenus Episcopum Paracatuensem.

— Metropolitanae Ecclesiae Maciensi Exc.mum P. D. Iosephum Lamartine Soares, hactenus Episcopum titularem Fussalensem et Auxiliarem Olindensem et Recifensem.

die IS Aprilis. — Metropolitanae Ecclesiae Massiliensi Exc.mum P. D. Robertum Coffy, hactenus Archiepiscopum Albiensem.

— Cathedrali Ecclesiae Bellovacensi R. D. Adolf um Mariam Hardy, e clero dioecesis Nannetensis.

*die **20** Aprilis.* — Titulari episcopali Ecclesiae Tadamatensi R. D. Adamum Odzimek, professorem Sacrae Scripturae Seminarii Sandomiriensis-Radomensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Eduardi Materski, Episcopi Sandomiriensis-Radomensis.

*die **25** Aprilis.* — Titulari episcopali Ecclesiae Dusensi, R. D. Rogerum Kaffer, moderatorem scholae Divinae Providentiae in dioecesi Ioliettensi in Illinois, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Iosephi Imesch, Episcopi Ioliettensis in Illinois.

— Cathedrali Ecclesiae Limeirensi, Exc.mum P. D. Ferdinandum Legal, S. D. B., hactenus Episcopum Itapevensem.

*die **26** Aprilis.* — Titulari episcopali Ecclesiae Thysdritanae R. D. Abelardum Alvarado Alcantara, moderatorem Seminarii maioris archidioecesis Mexicanae, quem deputavit Auxiliarem E.mi P. D. Ernesti S. R. E. Cardinalis Corripio Ahumada, Archiepiscopi Mexicani.

die 27 Aprilis. — Cathedrali Ecclesiae Cabimensi E. D. Robertum Lückert Leon, Vicarium Generalem archidioecesis Maracaibensis.

die S Maii. — Cathedrali Ecclesiae Sanctae Mariae Ormensi, Exc.mum P. D. Marcellum Gervais, hactenus Episcopum tit. Eosamarkensem.

die 10 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Nationensi, R. D. Matthaeum Ustrzycki, Vicarium Generalem dioecesis Hamiltonensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Antonii Tonnos, Episcopi Hamiltonensis.

die 15 Maii. — Titulari episcopali Ecclesiae Medianensi R. D. Ioannulum Renardum Koch, parochum Ecclesiae cathedralis Erfordiensis, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Ioachimi Wanke, Administratoris Apostolici permanenter constituti territoriorum Erfordiensis-Meiningensis.

— Coadiutorem Exc.mi P. D. Henrici Donze, Episcopi Tarbiensis et Lourdensis, Exc.mum P. D. Ioannem Sahuquet, hactenus Episcopum titularem Uticensem.

die 2ff- Maii. — Cathedrali Ecclesiae Sanctae Rosae in Argentina, Exc.mum P. D. Atilanum Vidal, hactenus Episcopum titularem Selendetensem et Auxiliarem archidioecesis Rosariensis.

COLLATIO DIGNITATIS EPISCOPALIS

Ioannes Paulus, divina Providentia Pp. II, die 15 mensis Aprilis anno 1985, ad dignitatem episcopalem evexit rev.mum patrem Leonardum Gómez Serna, O. P., Praelatum Ecclesiae Tibuensis.

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

I

PALAIEN.

Canonizationis Servae Dei Alfonsae ab Immaculata Conceptione (in saeculo: Annae Muttathupadathu), Sororis professae Congregationis Clarissarum Tertii Ordinis S. Francisci.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum ***in*** *Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Fecundum Evangelii semen quod, secundum acceptam antiquitus opinionem, primum in Indiam est ab Apostolo Thoma importatum, saeculorum decursu in regionibus illis est divino consilio diffusum et conspersum praedicatione et apostolicis incommodis ingentis missionariorum multitudinis, ex quibus iuvat nos commemorare Sanctum Franciscum Xaverium et Robertum de Nobili.

Multiformis praedicatorum fidei actio, dedita unicae salvificae veritatis nuntio, quae Christus est (cf. *Io* 14, 6), et propagationi Regni Dei ad omnes gentes (cf. *Mt* 28, 19-20), effecit ut parvum illud semen, Spiritu Sancto iuvante, fieret arbor magna et hospitalis (cf. *Mt* 13, 31-32) et radices in profundum ageret etiam amplis in illis Indiae partibus, historia sua, vetusto humano civilique cultu et nobilibus religionibus claris; quin India, sapientium et patientium, urbanorum et liberalium gentium mater, Ecclesiae non paucos filios et filias dedit, qui amore et fidelitate erga divinum Magistrum eminuerunt. Splendei in his, prestantissima margarita, Famula Dei Soror Alfonsa ab Immaculata Conceptione, Ecclesiae catholicae membrum excellens, strenua et fortis testis donationis ex toto et hilare factae Domino Iesu, qui, quoniam cor suum humilibus et parvulis aperuit, eam sponsam elegit, in secreta solitudinis duxit, in ardua via rexit usque ad plenam purificationem, in ignem divini amoris, perpetuo ardentem,

et in caelestium mysteriorum contemplationem immisit, eique inenarrabilia intimae suae familiaritatis dona concessit; animam eius, simplicem sicut columbam et candidam sicut lilium vallium, experimento docuit in sola Christi cruce esse pacem et salutem et Deum unum esse fontem summae beatitudinis, ad quam totius orbis terrarum populi vocantur.

Ipsa Serva Dei a pueritia nihil aliud optavit, quam in corde Christi abdita latere, se cum eius doloribus coniungere et in omnibus rebus Dei obsequi voluntati. Animae lucernam continenter aluit oleo caritatis, meditationis, precatione, neglectione sui, amore in humiles et in animas. Etsi acerbis et diuturnis morbis aegra, atque non rectis interpretationibus exposita, citato gradu incessit in vitae cursu, plena laetitia affecta coram Altissimo et « delectationibus usque in finem)> in dextera eius *(Ps* 16, 11). Ab omnibus rebus caducis expedito corde, in lege Domini voluntatem habuit et in lege eius meditata est die ac nocte, et fuit tamquam lignum plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dat in tempore suo et cuius folia non defluunt (cf. *Ps* 1, 2-3).

Sicut Sanctus Franciscus Asisinas, eximia Christi imago, et exemplum secuta Sanctae Clarae, eiusdem seraphici patriarchae arbuscula, corpore quidem terram, spiritu vero caelum habitabat; et, superiore docta sapientia, quo modo ii, virtutum aedificium exstruxit super fundamentum humilitatis, mansuetudinis, patientiae, paupertatis, oboedientiae et castitatis. Ex eo miro aedificio, quod Serva Dei brevi tempore struxit virtutes christianas constanter, prompte et iucunde exercendo, mira cum aequabilitate et peritia, spirituale solacium hauserunt et etiam nunc hauriunt quot iam Christum sectantur, et quot purissimam lucem et numquam deficientia bona supremae veritatis cupiunt; novimus enim non tantum Indiae catholicos, verum etiam non christianos Servam Dei peculiariter admirari et colere, et multos peregrinantes eius petere sepulcrum, quod terram ubi situm est pulchriorem facit et sanctiorem.

In ea terra, plane *Kudamaloor,* in civitate *Kerala,* Soror Alfonsa nata est die 19 mensis Augusti anno 1910, a Iosepho Muttathupadathu et Maria Puthukari, probis et piis parentibus ritus Syri-Malabariensis, qui ei in baptismate nomen Annae imposuerunt. Vix tres annos nata matre orbata, sedulorum cognatorum curae credita est, qui accurate ad Dei cognitionem et amorem et ad religiones eam egerunt. Die 27 mensis Novembris a. 1917 sacramentum Confirmationis

accepit. Ab anno 1917 ad annum 1920 publicam scholam Arpukarae frequentavi^ ubi indolem suam mitem ostendit, promptum et alacre ingenium, singularem, pro sua aetate, moderationem, animi benignitatem et precationis amorem. Postea Mattuchiram demigravit, ut studia exsequeretur, in quae consueta cum diligentia incubuit, sibi praeceptorum et condiscipulorum existimationem et benevolentiam concilians; nec minus Christianae doctrinae discendae studuit, caritati exercendae erga proximum, pietati in Eucharistiam, celebrationibus religiosis.

Annis 1920-1927 amitae hospitio est usa, quae omni sollertia et severa disciplina operam dedit ut eius formationi eiusque futuro prospiceret, omnibus viribus eam ad vitam coniugalem dirigens; quod propositum ut assequeretur, iubebat eam pretiosas induere vestes et praestantibus exornabat monilibus; sed Serva Dei nec inania mulierum nec matrimonium curabat, quoniam statuerat totam se Deo consecrare et virginitatis suae thesaurum illibato cum pudore servare. Die sponsalium propinquante, quae consanguinitate coniuncti voluerant, iuvenis illa, obstinata ad mundo omnino renuntiandum bonisque terrenis ut Domino serviret, instanter per precationem auxilium quaerebat et ardenti fervore ieiunia et abstinentias multiplicaban Iam periculo imminente, die pristino sponsalium, Serva Dei, cum aliud effugium non repperisset, virili animo pedes suos gravibus adustionibus ussit, quarum causa tandem integra ei fuit facultas suam persequendi vocationem.

Die 27 mensis Maii a. 1927 ingressa in sacrum ephebeum coniunctum cum domo Clarissarum Franciscanarum Bharananganamae, et die 2 mensis Augusti insequentis anni in eam Congregationem religiosam uti postulans est admissa, nomine sumpto Alfonsa ab Immaculata Conceptione; dein se contulit ad conventum Changanacherrensem, ut formationem ad doctrinam pertinentem perficeret. Die 19 mensis Maii a. 1930 vestem religiosam induit in urbe Bharananganam.

Ad id temporis Serva Dei commoda valetudine usa erat, sanam corporis constitutionem ostendens, talem nimirum qua posset tolerare vitae austeritatem, quae propria erat Communitatum Clarissarum Franciscanarum. Sed ea valetudinis condicio dura et irreparabili mutatione afficienda erat. Changanacherrum reversa studia perfectura, non potuit scholae annum ad finem adducere, quin etiam compulsa est ad studia omittenda, tam dilecta, in quibus diligentia et impendio eminebat. Post quinque annos ex inopinato convaluit divino interventu, quem Soror Alfonsa tribuit intercessioni Venerabilis.

Cyriaci Eliae Chavara, qui catholici sacerdotii decus et lumen virtutum excellentia splendens in Indiae caelo fuit.

Anno 1935 novitiatum iniit, per quem diligentissime et constanti fervore ad suam formationem se dedidit; die 12 mensis Augusti anno 1936 se votis perpetuis adiunxit Ecclesiae peculiari modo. Interea denuo infirmitate valetudinis laboraverat eiusque iuveniles anni conficiebantur successione gravium et acerborum morborum qui, sine intermissione, alius post alium eam impediebant quominus aliquod opus utile pro suo Instituto religioso faceret. Caelestis Sponsus, cui se totam consecraverat, voluit eam secum esse in Calvariae via, crucem ei imposuit suam, et amantibus verbis ab ea postulavit ut clarum et laetum testimonium daret efficacitatis salvificae doloris et redemptionis opus singulariter participaret, adimplens in carne sua ea, quae desunt passionum Christi, pro corpore eius, quod est Ecclesia (cf. *Gol* 1, 24).

Mala corporis, calumniae, vitiosae existimationes, aerumnae omne genus eam immani continuatione et vehementia excruciaverunt, illa autem dicebat : ((Dolores omnes propter Deum pati debemus. Debemus esse sicut folia exsiccata posita tamquam fimus pro rosa. Omnes vident florem rosam sed non putant ipsa folia adiuvasse ad auctum eius. Pariter debemus offerre nosmetipsos pro bono Ecclesiae », et addebat : <(dolores pati ob amorem iisque gaudere : hoc unum expeto in hoc mundo ». Re vera Servae Dei dolor fuit ager in quo ea invenit thesaurum absconditum, de quo Evangelium loquitur (cf. *Mt* 13, 44) : plena laetitiae omnes opes suas omniaque cetera bona deseruerat, ut agrum illum emeret et thesaurum illum possideret, qui est Regnum Dei. Tranquillo animo consensit ad morborum et spiritus laborum ignem transeundum, ut pretiosa fieret et refulgens sicut aurum et posset pro Ecclesia, pro missionariorum apostolatu, pro patria sua divinas gratias impetrare.

Soror Alfonsa potuit Christi passionem cum laetitia participare et se quasi holocaustum suavis odoris offerre pro bono populi Dei, quia cotidie gratiae divinae perfecte satisfecit, nullum alium amavit, nisi Iesum cruci afiixum et in sua vocatione mansit eadem, qua héroes, ratione. Summam christianam perfectionem attigit in alas quasi se librans ardentis fidei, spei simplicis et firmae, caritatis perfectae erga Deum et proximos, in quibus et suos vexatores annumeravit.

Semper quaerens quod nobile est, quod sanctum, copiose hausit e fontibus gratiae, verbi Dei cognitionem coluit et erga Eucharistiam, Sacrum Iesu Cor et Dei sanctissimam Matrem fervidam pietatem. Ma-

ximopere exercuit prudentiam, fortitudinem, iustitiam, temperantiam, humilitatem et paenitentiam; oboedientia, paupertate, castitate, suavitate et lenitudine enituit in sua Congregatione.

Magnis exornata meritis et hilaris sicut sponsa quae sponsum exspectat, Serva Dei pie de vita decessit in domo Bharanaganamensi die 28 mensis Iulii anno 1946.

Cum magnum et fulgidum lumen non possit occultari, quin claritatem emittat, Soror Alfonsa adhuc viva ampla et solida fama sanctitatis floruit, quam post mortem fama signorum non parva est secuta. Quam ob rem apud Curiam Palaiensem annis 1955-1962 instructus est processus ordinarius informativus ; edito, die 8 mensis Ianuarii anno 1970, Decreto super scriptis Servae Dei, et Decreto super Introductione Causae, die 1 mensis Iunii anno 1979, adornatus est processus apostolica auctoritate super virtutibus (aa. 1980-1981). Parata deinde necessaria *Positione* (a. 1984), Consultores Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, in Congressu Peculiari die 10 mensis Iulii anno 1984 celebrato, et postea Patres Cardinales, in Congregatione Ordinaria die 23 Octobris a. 1984, relatore Eminentissimo Cardinali Vladislao Rubin, fassi sunt Servam Dei Alfonsam ab Immaculata Conceptione heroum in modum exercuisse virtutes théologales, cardinales et his adnexas.

Facta de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II fideli relatione, Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium excipiens, mandavit ut super virtutibus Servae Dei Decretum appararetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto, necnon Causae Ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, Servae Dei Alfonsae ab Immaculata Conceptione (in saeculo Annae Muttathupadathu), Sororis professae Clarissarum Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis, heroum in modum exercitis, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 Novembris A. D. 1984.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. & S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

BAIOCEN. ET LEXOVIEN.

Canonizationis Servi Dei Petri Francisci Jamet, Sacerdotis saecularis, Superioris Instituti Sororum a Bono Salvatore.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Magnae consolationis et vehementis incitamenti ad bonum pro omnibus Christi asseclis est Concilii Vaticani II doctrina de sanctorum exemplo : <(In vita eorum qui, humanitatis nostrae consortes, ad imaginem tamen Christi perfectius transforman tur (cfr. *2 Cor* 3, 18), Deus praesentiam vultumque suum hominibus vivide manifestat. In eis Ipse nos alloquitur, signumque nobis praebet Regni sui, ad quod tantam habentes impositam nubem testium (cfr. *Hebr* 12, 1), talemque contestationem veritatis Evangelii, potenter attrahimur » *(Lumen Gentium,* 50).

Unum ex his exemplaribus, per quod Deus nos alioqui voluit, profecto fuit Servus Dei sacerdos Petrus Franciscus Jamet, superior Instituti Filiarum Boni Salvatoris Cadomensis.

Natus die 12 mensis Septembris anno 1762, est postridie baptizatus in paroecia Nostrae Dominae in oppido *Fresnes,* quae tunc in finibus erat sita dioecesis Baiocensis, nunc vero in finibus dioecesis Sagiensis in Gallia. Eius parentes fuerunt Petrus Jamet et Maria Bunot, locupletes, operosi et honesti agricolae, qui octo genuerunt filios ; e quibus duo sacerdotes facti sunt, et una religiosa.

Familiae mos cotidianus erat precatio communis et lectio vespertina alicuius Sacrarum Litterarum loci aut libri ad virtutem pietatemque excitantis.

Studiis elementariis perfectis, Servus Dei ascriptus est in ephebeum loci *Tire* appellati, ut studia humanitatis ibi exerceret. Viginti fere annos natus clare animadvertit se ad sacerdotalem vitam vocari, et anno 1782 conscriptus est ad Studiorum Universitatem Cadomensem, philosophiae et theologiae quinquennium frequentaturus. Quo melius

ad sacerdotium se praepararet, anno 1784 ingressus est seminarium eius loci, a Patribus Congregationis Iesu et Mariae rectum.

Die 22 mensis Septembris anno 1787 est sacerdos ordinatus. Studia pergens, prima laurea, seu baccalaureatu in theologia est donatus et « Maître-ès-Arts » dignitatem et nomen consecutus est. Sed progredi nequivit ob ortam Gallicarum rerum mutationem.

Cum autem anno 1790 cappellanus et confessor factus esset Filiarum Boni Salvatoris, Cadomi institutarum anno 1720 a Matre Anna Leroy, tota eius vita sacerdotalis ad alium cursum et certam rationem est conversa. Nam Servus Dei magna cura et apostolico ardore benefico illi Instituto se dedidit, cuius etiam superior est creatus anno 1819, adeo ut postea habitus sit et vocatus « alter Conditor » Instituti. Mutationis rerum Gallicarum initium (a. 1789) et eventus, qui illud sunt secuti quique ad summum gradum pervenerunt tempore *Terroris,* occasionem Servo Dei dederunt ad ostendendam suam sacerdotis studiosissimi et impavidi indolem. Renuit enim ius iurandum a rerum novarum molitoribus exactum, in vincula ductus est et apertae mortis minae in eum ictatae sunt. Mirandum fere in modum liberatus, omni ope incubuit in dispersas Filias Boni Salvatoris adiuvandas, clandestino Divinum Sacrificium celebrabat, pressos fideles confirmavit et sodales dubios sustinuit.

Si Servo Dei cruentum defuit martyrium, tamquam supremum amoris testimonium (cfr. *Io* 15, 13), non tamen ei animus defuit martyrii; ita ut liceret postea ei scribere : ((Gaudeo, quod Deus, quamvis me martyrio non iudicaverit dignum, tamen, pro sua misericordia, me vocavit ad palmam martyrii caritatis ferendam ».

Et hoc caritatis martyrium cotidie obiit tum etiam, cum, rerum mutatione finita, Gallia aliquantum disserenavit. Tunc vehementi studio animum intendit in restaurandum et augendum Institutum Boni Salvatoris prosperis exitibus. Tantum numerus religiosarum increbuit, ut novas actionis formas exordirentur. Eius merito administratio suscepta est surdorum mutorumque eorumque educatio; quae navitas propria Instituti facta est. Ipse hac in re novam studiorum rationem consecutus est, et novorum modorum illos imminutos fratres instituendi initium fecit, etiam a magistratibus probatus. Deinde decrevit ut Institutum etiam amentes aliosque infelices curaret; quam ob rem non defuit qui Servum Dei compararet cum Sancto Iosepho Benedicto Cottolengo, cum eo aetate coniuncto.

De doctrina quoque bene meruit uti Rector Studiorum Universitatis

Cadomensis ab anno 1822 ad annum 1830; quo munere fungens, professoribus et alumnis renovatam auram fidei christianae restituit, iam « illuminismo)) et « rationalismo », qui dicuntur, extenuatae.

Eo peropportune et alacriter moderante, Institutum Boni Salvatoris Albiae (a. 1832) et Ponte Abbatis (a. 1836) domos condidit, et ipsas pro surdis mutisque et pro amentibus. Indefatigata Servi Dei industria et operosa caritate, signa illa adhuc fieri videbantur Messiae, quae Christus enumeravit coram missis Praecursoris (cfr. *Mt* 11, 5), simulque ad ipsum Jamet poterat pertinere laus Divino Magistro a turbis tributa: « ... surdos fecit audire et mutos loqui» *(Me* 7, 37).

Sed fons eiusmodi providorum operum erat Servi Dei vita interior, quam ostendebat heroum modo omnes christianas et sacerdotales virtutes exercitando. Presbyter Jamet fide eminebat adamantina, dure pertentata tempore mutationis rerum Gallicarum terribilis, firmiter nisa verbo Dei et Ecclesiae magisterio, omnino erga Romanum Pontificem fidelis, contra quamlibet Gallicanam aut Iansenianam corruptelam. Quae fides efficiebat ut profunda pietate SS. Trinitatem coleret (eius *Meditationes de mysterio 88. Trinitatis* in multas linguas conversae sunt), SS. Eucharistiam et Beatam Virginem Mariam, atque animosus, quin etiam fere temerarius esset, quandoquidem magna opera est aggressus soli Providentiae confisus.

Spe theologali tota eius vita et navitas ad unum Deum dirigebantur, cum ipse se a se abstraxisset et ab omni humano proposito. Haec causa bonorum externorum dereliçtionis secundum verum paupertatis spiritum ; hinc eius consueta animi tranquillitas, etiam in discriminibus et in rebus adversis ; hinc eius continua caeli cupiditas, ut se cum Bono suo coniungeret.

[6] Cfr. *ibid.* 14, 26.
[7] Cfr. *ibid.* 16, 7; 20, 22.

La Chiesa infatti è simile al corpo, che « è uno » pur « avendo molte membra » (composta di molti membri).[8]

Nel momento in cui Cristo risorto va dagli Apostoli, proprio essi costituiscono l'inizio del nuovo corpo di Cristo : di quel corpo che è la Chiesa. Questo corpo, nel momento dell'inizio della Chiesa nel cenacolo della risurrezione, è deposto in loro: viene iniziato in loro. I Dodici costituiscono il principio del nuovo Israele.[9] Nel ricevere lo Spirito Santo, diventano una sola realtà : la Chiesa, nuovo corpo di Cristo.

« Tutti sono stati battezzati in un solo Spirito per formare un solo corpo. Tutti si sono abbeverati a un solo Spirito » .[10]

Ciò avvenne quando Cristo « alitò su di loro e disse : "Ricevete lo Spirito Santo" » .[11]

4. Il giorno di Pentecoste è il giorno della nascita della Chiesa. Il Corpo di Cristo, unito dallo Spirito Santo nei cuori degli Apostoli a partire da quel giorno, si manifesta al mondo.

Quanto avviene nel cenacolo della Pentecoste — e intorno al cenacolo — costituisce si può dire ciò che sono i sintomi della venuta al mondo della Chiesa. Viene al mondo — o piuttosto entra nel mondo — la Chiesa, il Corpo di Cristo, maturo per vivere ed agire nel mondo. In mezzo a tutte le nazioni.

5. Questo si esprime innanzitutto attraverso « un rombo come di vento che si abbatte gagliardo » :[12] infatti Colui, che viene mandato dal Padre « nel nome di Cristo », è il « Soffio ». È Lui che compie l'unione dei cuori. Grazie a Lui i Dodici usciranno dal cenacolo come Chiesa: come un solo Corpo, nel quale vive il Cristo, Crocifisso e Risorto.

[8] Cfr. *1 Cor* 12, 12.
[9] *Ad Gentes*, 5.
* Cfr. *1 Cor* 12, 13.
[11] *Gv* 20, 22.
[12] *At* 2, 2.
[13] *IUd.* 2, 4.

6. Questi si manifesta contemporaneamente nel segno delle lingue. Lingue come di fuoco si accendono sopra le teste degli Apostoli ad essi cominciano a parlare « in altre lingue ».[13]

Queste sono per essi lingue « straniere », diverse da quella natia. E contemporaneamente queste sono lingue proprie, le lingue materne di questa gente che si è radunata attorno al cenacolo, di questa folla.

E vi erano — come lo testimoniano gli Atti degli Apostoli — « Parti, Medi, Elamiti e abitanti della Mesopotamia, della Giudea, della Cappadocia, del Ponto e dell'Asia, della Frigia e della Panfilia, dell'Egitto e delle parti della Libia vicino a Cirene, stranieri di Eoma. Ebrei e proseliti, Cretesi e Arabi ».[14] L'intero Medio Oriente di allora, e di oggi, — ed insieme « il mondo mediterraneo » : la culla della Chiesa.

7. Tutti erano l'annuncio della molteplicità nella Chiesa, — l'annuncio della sua universalità; erano la prima dimensione storica di questa universalità, che si realizza attraverso una molteplicità di lingue, di culture, di popoli e di nazioni.

Tutti sono stati redenti nella croce di Cristo, giustificati mediante la Sua risurrezione.

Tutti — forse anche senza saperlo — attendevano di diventare un corpo in Cristo : di diventare la Chiesa, il nuovo Israele. Attendevano che dalla molteplicità emergesse questa mirabile unità, operata da un solo Spirito.

« . . . battezzati... in un solo Spirito ... abbeverati a un solo Spirito».[15]

8. Allora dunque — al centro stesso di questo evento — gli Apostoli dovettero comprendere fino in fondo le parole che Cristo aveva detto loro il giorno della Risurrezione:

« Pace a voi ! Come il Padre ha mandato me, anch'io mando voi ».[16]

[14] *At* 2, 9-11.
[15] *1 Cor* 12, 13.
[16] *Gv* 20, 21.

Di fronte a questa folla capirono definitivamente di essere « mandati ». Lo Spirito Santo operò questo mandato, questa missione che si manifestò nei loro cuori e sulle loro labbra. Questo divenne in essi una realtà matura.

Le persone radunate intorno al cenacolo si domandavano: ((Costoro che parlano non sono forse tutti Galilei? E com'è che ...li udiamo annunziare nelle nostre lingue le grandi opere di Dio»?[17]

9. Era l'inizio del mandato e della missione di tutta la Chiesa, che di secolo in secolo, e di generazione in generazione, parla sempre nuove lingue.

In questa molteplicità di lingue essa è insieme universale e una : costituisce un corpo solo !

Oggi, nel nostro « cenacolo » romano, presso la tomba di San Pietro, risuonano in modo particolare alcune di queste lingue parlate dalla Chiesa di oggi: la lingua italiana, francese, spagnola, inglese, tedesca, polacca, olandese, ucraina, slovacca, tamil, ibo e etiopica.

Cari Fratelli, che insieme con me celebrate questa Santa Eucaristia di Cristo sulla tomba di San Pietro, neo-Cardinali! Voi siete un segno particolare di questa universalità, composta di molte lingue ed insieme dell'unità della Chiesa: unita dallo Spirito Santo per opera della Croce e della Risurrezione di Cristo. Siete la testimonianza della Chiesa apostolica unita intorno a Pietro, così come nel giorno stesso della Pentecoste.

Oggi — nella solennità di Pentecoste — dovete vivere di nuovo il senso delle parole, pronunciate dal Signore risorto: « Pace a voi ! Come il Padre ha mandato me, anch'io mando voi ».

Nella chiamata al cardinalato è contenuta la speciale espressione della missione di tutta la Chiesa, un particolare

" *At 2,* **7-8. 11.**

accento dell'eredità apostolica unita all'ufficio episcopale, al servizio episcopale e, particolarmente, al servizio di Pietro.

Dovete dunque testimoniare questa unità, che è contenuta nella molteplicità e nell'universalità — e costruirla in modo particolare. Assicurarla. E manifestarla. Tutto ciò si trova sull'asse del grande mistero del Corpo di Cristo, che « essendo uno ha molte membra » — e tutte le membra vengono animate da « un solo Spirito ».[18]

10. Pace a voi !

Pace a voi, cari Fratelli e Sorelle, che in questo momento mi state ascoltando qui, presso la tomba di San Pietro. E a voi, che, in tutto l'orbe terrestre, vi unite a noi.

Pace a voi : Chiese tutte del Popolo di Dio che nella comunione con chi presiede alla carità formate un'unica Chiesa: il corpo di Cristo, diffuso in tutto il mondo.

Pace a voi tutti, Fratelli e Sorelle, che insieme con noi confessate lo stesso Cristo anche se non siete con noi nell'unità della stessa Chiesa. Oggi imploriamo insieme lo Spirito Consolatore, affinché avvicini il tempo di questa unione, che ebbe il proprio inizio nell'evento della Pentecoste di Gerusalemme.

Pace a voi tutti, Fratelli e Sorelle, che siete uniti dal sacerdozio universale nel sacramento del santo Battesimo ; e specialmente a voi, che sul fondamento di questo sacerdozio vi siete donati totalmente a Cristo mediante i voti religiosi.

Pace a voi, presbiteri della Chiesa, servi di Dio e del Popolo di Dio su tutta la terra.

Pace a voi, venerati fratelli nell'episcopato, servi e pastori di questo popolo.

Pace a te, venerato Collegio dei Cardinali, oggi rinnovato ed arricchito di nuovi membri.

Pace a te, Chiesa di Dio !

[18] Cfr. *1 Cor* 12, 12. 14.

Pace a te, mondo di oggi. Che lo Spirito della pace abiti in te, rinnovando il volto della terra!

11. Ecco, il Cristo Risorto venne nel cenacolo e « i discepoli gioirono».[19]

Ecco, lo Spirito promesso discese sugli Apostoli... « i discepoli gioirono ».

Cari Fratelli e Sorelle ! Che nessuno « ci tolga questa gioia **M .**[20] Amen.

Adstantes Protonotarii Apostolici, iuxta suetum mandatum, de omnibus in sacris consistoriis peractis iuridica instrumenta confecerunt.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

URDANETENSIS

Distracto territorio ab archidioecesi Lingayensi-Dagupanensi nova constituitur dioecesis Urdanetensis.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Non raro catholicorum utilitas postulat ut alicuius ecclesiasticae circumscriptionis fines mutentur et nova disponantur ratione; quod cum contingit, Nostrum est diligenti cura consulere ut omnia bene cedant. Qua re, quoniam Venerabilis Frater Fridericus G. Limón, Archiepiscopus Lingayensis-Dagupanensis, ob magnam fidelium copiam in sua archidioecesi degentium, audita Conferentia Episcopali in Insulis Philippinis, postulavit ut distracto ab eadem archidioecesi territorio, nova constitueretur dioecesis, Nos, cognita propensa sententia Venerabilis Fratris Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titularis Mallianensis, in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, et auditis Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus Sacrae Congregationis pro Episcopis negotiis agendis praepositis, aeque fieri censuimus si postulationi concederemus. Hinc, Nostra Apostolica auctoritate et potestate,

[19] ***Gv* 20, 20.**

[20] **Cfr. *ibid.* 16, 22.**

haec quae sequuntur decernimus, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumunt suppleto consensu. Ab archidioecesi Lingayensi-Dagupanensi detrahimus territorium harum paroeciarum, quae hic recensentur : The Holy Cross (Alcalá) ; St. Louis Bertrand (Asingan) ; St. Adolfus (Balungao) ; The Holy Child (Binalonan) ; Our Lady of the Nativity (Natividad) ; St. Jude Thaddeus (Pozorrubio) ; St. Anthony of Padua (Rosales) ; St. Bartholome w (San Manuel) ; Our Lady of the Pillar (Sta. Maria) ; St. Nicholas of Tolentino (San Mcolas) ; St. Pascual Baylon (San Quintín) ; St. Thomas Aquinas (Sto Tomas) ; Our Lady of Mt. Carmel (Sisón) ; St. Patrick (Tayug) ; Our Lady of the Immaculate Conception (Umingan) ; Our Lady of the Immaculate Conception (Urdaneta) ; St. Anthony, the Abbot (Villasis) ; Our Lady of Mt. Carmel (Carmen, Rosales) ; insuper territorium harum quasi-paroeciarum : Our Lady Queen of the Universe (San Jose, Urdaneta) ; Our Lady of the Miraculous Medal (Panganiban, Tayug) ; St. Vincent Ferrer (Bantug, Asingan) : et ex ita deducto utroque territorio novam constituimus dioecesim *TJrdanetensem,* iisdem circumscriptam finibus, quibus idem duplex territorium in praesens definitur, eiusque sedem episcopalem in urbe Urdaneta collocamus et templum paroeciale ibidem situm et Conceptioni Immaculatae Beatae Mariae Virginis dicatum ad gradum et dignitatem Ecclesiae Cathedralis evehimus, insignibus et privilegiis ornatum, quae eiusmodi Ecclesiarum sunt propria. Eandem dioecesim suffraganeam facimus archidioecesi Lingayensi-Dagupanensi, eiusque Episcopum pro tempore, cum ceteris Praesulibus locorum Ordinariis per omnia exaequatum, iuri metropolitico Archiepiscopi Lingayensis-Dagupanensis subicimus. Ut autem Pastor noviter institutae dioecesis sicut decet adiuvetur, praecipimus ut quam primum collegium consultorum pro iure eligatur, et ad eius dignam et congruam sustentationem providendam, statuimus ut hoc fiat Curiae emolumentis, fidelium oblationibus et portione ei obventura ex divisione, ad normam canonis 112 C. I. C. facienda, bonorum quae hucusque mensae episcopalis Lingayensis-Dagupanensis fuerunt. Quod ad seminarium condendum et ad candidatorum formationem attinet, praescripta iuris communis servari volumus normasque a Sacra Congregatione pro Institutione Catholica statutas, simul monentes ut selecti seminarii alumni in philosophicis et theologicis disciplinis erudiendi, atque sacerdotes studiis penitus excolendi, Romam mittantur ad Pontificium Collegium Philippinum. Item servari sacros canones volumus, quoad novae dioecesis regimen et administrationem necnon, sede vacante, administratoris dioecesani electio-

nem, fidelium iura et onera et alia id genus. Denique decernimus ut, dioecesis constitutione perfecta, sacerdotes Ecclesiae illi habeantur ascripti, in cuius territorio ecclesiasticum habeant officium ; ceteri vero sacerdotes, clericis et seminarii alumni, illi Ecclesiae incardinati maneant vel incardinentur, in cuius territorio legitimum habeant domicilium; et acta atque instrumenta, quae ad constitutam dioecesim, ad eius fideles et ad bona temporalia forte contingant, a Curia Lingayensi-Dagupanensi ad Curiam TJrdanetensem mittantur, ut in tabulario serventur. Haec omnia perficienda committimus Venerabili Fratri Brunoni Torpigliani, necessariis et opportunis eidem factis facultatibus etiam delegandi, ad.effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere imposito, re acta, instrumentorum sincera exempla ad Sacram Congregationem pro Episcopis mittendi, rite signata et sigillo impressa. Quae statuimus, nunc et in posterum firma servari iubemus. Contrariis quibuslibet nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die duodecimo mensis Ianuarii, anno millesimo nongentesimo octogesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Laurus Governatori, *Proton Apost.*

Loco © Sigilli
In Beeret. Status tab., n. 151101.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

De coronatione Imaginis B. M. V. « dei Carmen » quae in paroeciali templo oppiduli Paucartambo, in archidioecesi Cuschensi, colitur, a Summo Pontifice facta, intexitur historia.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Per litteras, die altero Septembris, superiore anno datas, Venerabilis Frater Alcides Mendoza Castro, Archiepiscopus Cuschensis, de bono gregis, cuius est Pastor, sollicitus, vehementer orabat suo suique cleri atque fidelium nomine ut, occasione

capta itineris Nostri ad Americam Latinam, imaginem beatae Mariae Virginis vulgo ((Nuestra Señora del Carmen », quae in loco Paucartambo, in sua archidioecesi, assidue colitur, pretioso diademate coronaremus. Ac multa quidem ad rem addebat in Litteris Venerabilis ille Praesul : de antiqua videlicet veneratae imaginis origine et historia ; de prodigiis, quae longa per saecula in filiorum utilitatem beata Virgo operata esset ; de pietate populi erga tam benevolam Matrem potentemque advocatam ; de laetissimis fructibus, qui e concesso beneficio colligi possent; de gaudio tandem, quod e Nostra benevolentia populus esset hausturus. Precibus ergo tam ardentibus Venerabilis Praesulis Cuschensis concedere volentes, simulque populi eius Ecclesiae certum dilectionis Nostrae dare documentum, at maxime amorem erga beatissimam Christi Matrem, Parentem alteram omnium, ostendere cupientes, die III Februarii, hoc anno, petita gessimus, quando Cuzci, in urbe Peruviana nobilissima, sollemni caerimonia caelestem Virginem caelorumque Reginam pretiosa corona redimiimus coram frequentissimo populo atque ampla Venerabilium Fratrum Episcoporum corona, fore fidentes ut, aucta filiorum pietate atque religione, maiora daret beatissima Virgo suae signa bonitatis. Ne vero tantae rei memoria et recordatio periret, has Litteras dari iussimus, ac publici iuris fieri. Contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xin mensis Februarii, anno MDCCCCLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli

Jn Secret. Status tal., n. 150008.

II

Sinitur Episcopus Lublinensis imaginem B. M. V. titulo « Amabilis », geu « a Rosario », in loco Janów Lubelski veneratam, diademate redimire nomine atque auctoritate Summi Pontificis.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Libenti semper animo id agere consuevimus, quod in beatissimae Virginis Mariae honorem cedit : praeterquam quod enim est Illa Redemptoris Nostri Mater amabilis, est etiam et decus nostrum, quotquot christiano nomine censemur, et

valium, quo in hoc perpetuo atque terrestri bello eius filii muniemur, et omnium laudum ac virtutum exemplum, quod fidentes sequamur. Ceterum laus Mariae, Christi laus est; omniaque congesta ad eam ornamenta in Filium recidunt. Quare, cum Venerabilis Frater Boleslaus Pylak, Episcopus Lublinensis, ab hac apostolica Sede petierit, suo scilicet clerique populique nomine, ut gratiosam imaginem beatae Mariae Virginis, quae in templo paroeciali loci Janów Lubelski, in sua dioecesi, colitur, nomine et auctoritate Nostra diademate redimire posset : egregiam enim esse erga illam populi pietatem ac magna prodigia quae a Christi Matre per illam imaginem tot per saecula manassent; Nos, rati posse hoc beneficium ad christianam fidem intendendam animos excitare, quam aequissime petitis concedimus. Apostolica ergo Nostra usi potestate, facultatem facimus sacro Praesuli Lublinensi ut qua die velit pretiosum diadema venerando beatae Mariae Virginis capiti imponat titulo ((Amabili)) sive per se sive per alium, et sic sollemnissima caerimonia honorem addat honori, laudem laudi beatissimae Virginis Christi Matris ac nostrae. Contrariis nihil impedientibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xix mensis Februarii, anno MDCCCCLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 118665.

III

Templum Sancti Servatii sacrum in urbe Traiecti ad Mosam, Ruremundensis dioecesis, ad Basilicae Minoris gradum attollitur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod monumentum primi quidem ordinis consilia multorum saeculorum multorumque simul artificum opera et construxerunt et cohonestaverunt, templum videlicet magnum Sancti Servatii in Nederlandica urbe Maastricht dioecesis ipsius Ruremundensis plus iam nongentos quadraginta quinque annos, ex quo tempore ab Episcopo Cameracensi Nithardo est ad eiusdem Sancti honorem Deo consecratum, sublime tollitur veluti domicilium peregrinatorum piorum innumerabilium necnon sacellum memoriis nobilium reliquiisque caelitum insigne. Quandoquidem in eo iam feliciter est ut

thesaurus hic artis multiplicis ac pietatis funditus redintegretur ac renovetur, Venerabilis Frater Episcopus ipse Ruremundensis, Ioannes Baptista Gijsen haud sine iustissima causa congruere apprime est arbitratus tum antiquae tum novae illius templi dignitati honorificum titulum Basilicae Minoris, quem ineunte hoc anno rite proinde ab hac expetivit Sede Apostolica, çoncinentibus scilicet cum eo sacerdotibus et religiosis ac fidelibus ipsis propriae communitatis. Agnoscentes autem Nos palam illius sacrae aedis momentum atque fructum simul perpendentes renovatae magis fidei certius pro venturum ex concessi tituli praestantia libenter obsequimur adlatis sacri Praesulis precibus et de consilio Congregationis pro Cultu Divino deque apostolicae potestatis Nostrae plenitudine statuimus harum Litterarum virtute ut quod memoravimus templum Sancti Servatii sacrum in urbe Maastricht Ruremundensis dioecesis ad ordinem legitime provehatur Basilicae Minoris eodemque tempore universis instruatur iuribus ac privilegiis quae aedibus illo titulo praestantibus ex canonibus sacris conveniunt. Volumus praeterea singillatim ea cuncta ad amussim hac de re adservari quae ad Decretum « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII foram datum sunt ceteroquin servanda. Contrariis quibuslibet rebus neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Februarii, anno MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco *Q*< Sigilli
***In** Secret. Status tab., **n.** 150119.*

IV

Campitemplense paroeciale Roncovillae templum evehitur ad dignitatem Basilicae Minoris.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Documentis quidem probatur paroeciale templum B. M. V. Visitationi dicatum, quod Roncovillae exstat intra dioecesis Campitemplensis fines, cum a prima ipsius structura reliquis deinceps saeculis induisse artis speciem quae usque ad Baroci generis aetatem in morem venisset, sed etiam restitutum crebro ipsum esse et ampliatum usque ad praesens. Quod vero pluris interest, memo-

riae proditum est complures quotannis Christifideles ex variis dioecesibus Voralbergensibus necnon ex finitimis Italiae et Helvetiae regionibus peregrinantes praeclarum id templum obire solitos esse peculiaris erga B. M. V. pietatis causa. Quae cum ita sint, cumque in eodem paroeciali templo sive sueta ministeria expediantur pastoralia sive incepta caritatis foveantur, Nos precibus venerabilis Episcopi Campitemplensis assentiendum esse censemus, qui, sua ipse suique cleri ac populi vota expromens, nuper petiit ut praestabile, quod diximus, templum honore tituloque Basilicae Minoris decoraretur. Quare, Nobis propositam confirmantes sententiam Congregationis pro Cultu Divino, summa potestate Nostra Apostolica per has Litteras perpetuumque in modum memoratam sacram aedem B. M. V. Visitationi pie dedicatam ad gradum et honorem *Basilicae Minoris* evehimus, omnibus ei traditis iuribus et privilegiis ceterorum id genus templorum propriis, servatis tamen servandis ad mentem Decreti « de titulo Basilicae Minoris » die VI mensis Iunii anno MCMLXVIII evulgati. Contrariis haud obstantibus. Iubemus denique has Litteras Nostras religiose observari suosque nunc et in posterum effectus habere.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXVII mensis Februarii, anno MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Plumbi

In Secret. Status tab., n. 150120.

LITTERAE MUTUO DATAE

a Serenissimo Principe Hassan II, Rege Marochii, et a Ioanne Paulo II, Summo Pontifice: de Statuto Ecclesiae Catholicae in Marochio.

Summus Pontifex Regi Marochii respondit :

A SA MAJESTÉ HASSAN II
Roi DU MAROC

C'est avec une profonde satisfaction que j'ai pris connaissance du Message du 30 décembre dernier, par lequel Votre Majesté, au terme d'entretiens entre nos Représentants, a bien voulu fixer par écrit un ensemble de dispositions législatives, adaptées aux exigences de notre temps, en vue de mieux définir et situer la présence de l'Eglise catholique au Maroc.

Rex Marochii Summo Pontifici scripsit :

¿jU*jtl > » î 4lJïj L c JUX«!) 4JJ1 *AZS. ¿J**

L.S.

CJ__> \ j^ìiS~\j A _>_) yus <**J» "V-^bJ
.jVlj^Vlj j*JÜbd) jCtwÛA ,J.JUé>Îj ô'jjl)

Refertur etiam versio officialis litterarum Regis Hassan II, quae edita est in commentario, cui titulus a Bulletin Officiel - Royaume du Maroc, N. 376If, 25 rebia I U05 (19 décembre 198k) ».

Au Nom de Dieu, le Clément Miséricordieux.
Il n'y a de force ni de puissance que par Dieu,
le Très-Haut et Très-Grand.

Le serviteur de Dieu, qui compte sur l'assistance de Dieu, le Commandeur des Croyants, fils du Commandeur des Croyants.

(Grand Sceau de Sa Majesté Hassan II)

A SA SAINTETÉ JEAN-PAUL II.

TKÈS SAINT-PÈRE ET ILLUSTRE AMI,

Nous adressons à Votre Sainteté Nos meilleures salutations et l'expression de Notre sincère amitié et de Nos sentiments de considération et d'estime.

J'ai examiné avec une attention toute particulière le statut ainsi octroyé à l'Eglise et je ne puis qu'exprimer à Votre Majesté ma plus vive gratitude pour ce geste significatif continuant et confirmant la tradition d'accueil et de compréhension qui, depuis des siècles, caractérise les relations du Royaume du Maroc avec l'Eglise catholique.

Ainsi assurée de pouvoir exercer publiquement et librement sa mission spirituelle, l'Eglise catholique sera mieux à même d'assurer ses activités propres — telles que le culte, le magistère, la juridiction interne, la bienfaisance, l'enseignement religieux et l'assistance aux prisonniers —, en faveur de ses fidèles.

En outre, la possibilité qu'auront les supérieurs des circonscriptions ecclésiastiques de don-

ji$C Julo \J¿% J I j b oT.o«.»,"',>') J3
' <£y~^ ^Uxî) C'J-AÎI J

""Jai <¿/0a_J j j j çr$3j^> Jj~S>î
oij J J-*VI' !Â*> J>UVl ut

¡/y
"oJLJU uJ! *4JJI ¿tfí ôî

Nos représentants diplomatiques respectifs se sont récemment entretenus de ce que devra être au Royaume du Maroc le statut de l'Eglise catholique.

Depuis des temps immémoriaux, un esprit d'entente fraternelle a toujours marqué, dans Notre pays, les rapports entre chrétiens et musulmans. Nos Ancêtres en ont fait une règle de conduite qui ne fut à aucun moment transgressée, quelles que fussent les vicissitudes du temps passé.

Nous-Même, depuis que Dieu Nous a confié les rênes du pouvoir, avons tenu à ce que cette règle fut scrupuleusement observée.

Nous comprenons cependant le légitime souci de Votre Sainteté de voir cette coutume ancestrale traduite dans les réalités contemporaines dans les formes qui répondent le mieux aux exigences de notre époque.

Et pour ce qui est précisément de la forme, Nos qualités respectives — Votre Sainteté en tant que Chef de l'Eglise catholique, Nous-Même en tant que Commandeur des Croyants — confèrent à la teneur de la présente lettre valeur de dispositions législatives.

ner naissance aux associations à but confessionnel, éducatif et charitable, de gérer le patrimoine, de recevoir les aides nécessaires au fonctionnement des institutions et de bénéficier de certaines exemptions, permettra à l'Eglise qui est au Maroc de vivre toujours plus harmonieusement sa foi et de témoigner de son esprit de service.

Je donne donc mon accord pour que l'Eglise et les catholiques dans le royaume chérifien se conforment en tout aux normes convenues, lesquelles seront dûment communiquées aux chefs spirituels concernés. Appréciant à sa juste valeur la marque de bienveillance ainsi manifestée, tous auront à cœur, j'en suis sûr, d'observer ces sages dispositions assurant à chacun la liberté de croire et de vivre sa foi dans

q\«.¿..ySt 1 ^4_0.3 o-Á_*

<—*J) ^L_*£I 4_»_s U <äU)
'^IjJI sluàSÎlj JbJb'UUÎl o U a U J L j

dLaaj-Jlj CA—jJj ^—^«sall

< 4 r<tj-xj)j d*w^j oí-"»»".'»3*

'<J^$iJÜ 4*SXI ¿jr*£> °i,s^J

Quant au fond, l'Eglise catholique continuera, au Royaume du Maroc, d'exercer publiquement et librement ses activités propres, en particulier celles relatives au culte, au magistère, à la juridiction interne, à la bienfaisance de ses fidèles et à l'enseignement religieux.

L'Eglise catholique est représentée par les supérieurs de circonscriptions ecclésiastiques qui peuvent exercer, soit directement, soit par mandataires, tous actes concernant la gestion de ses biens. Les prêtres, religieux, religieuses et assimilés qui exercent leurs activités dans les œuvres de l'Eglise — y compris dans les établissements d'assistance et d'éducation — ne seront soumis à aucun impôt du fait qu'ils ne perçoivent pas de salaire. De même, bénéficieront de l'exonération fiscale les édifices du culte et les bâtiments religieux. Afin de subvenir à sa subsistance, l'Eglise est habilitée à recevoir l'aide nécessaire.

Le statut ainsi octroyé à l'Eglise catholique comprend en outre le droit

une société soucieuse de coexistence et de collaboration.

Il m'est agréable de redire à Votre Majesté mes sentiments de très haute estime et l'assurance de mes ardentes prières, alors que j'invoque sur Sa Personne et sur le Peuple marocain tout entier les abondantes bénédictions du Dieu Tout-Puissant.

Du Vatican, le 5 février 1984.

IOANNES PAULUS PP. II

L. S.

4iU-öVb J>o."..*û < j y y1531 <Uu*:,flJ
OUjk>4-Í ¿¿,jfi> "cP" j £ « uLC*.* VI» J]
UT < <jUao-V!j < ^ j > JXJIj <*JL>JJ)

*<_jL-ô < jl^«x^lj ,y\j Jlj-»
,UJiJ>UJ

o) — ^ j ^ - w î j Uy'jjfl o\—> I {J-o-cî

i » ^ f t i i ^T^vj yj->-
*1404 ,Llc JjVl ^ / j 25
.^1983 ¡u— 30 ¿i)/)

de créer des associations à but confessionnel, éducatif et charitable, ainsi que le droit de visite aux prisonniers de confession catholique.

Nous sommes ainsi certain qu'en créant chez Nous les conditions d'une coexistence paisible entre musulmans et catholiques, Nous ne faisons que projeter dans la réalité marocaine l'esprit d'extrême tolérance qui caractérise l'islam et qui a toujours présidé à Nos rapports.

Veuillez agréer, Votre Sainteté, l'assurance de Notre profonde amitié et l'expression de Notre très haute considération.

Fait au Palais Royal de Rabat, le vendredi 25 rebia I 1404 correspondant au 30 décembre 1983.

EPISTULAE

I

E.mo P. D. Ioanni Willebrands, V expleto saeculo ab ortu Martini Luther, missa.

MEINEM EHRWÜRDIGEN BRUDER JOHANNES KARDINAL WILLEBRANDS, PRÄSIDENT DES SEKRETARIATES FÜR DIE EINHEIT DER CHRISTEN.

Am 10. November 1983 jährt sich der 500. Geburtstag von Doktor Martin Luther aus Eislebén. Viele Christen, im besonderen evangelisch-lutherischen Bekenntnisses, erinnern sich aus diesem Anlaß jenes Theologen, der auf der Schwelle zur Neuzeit wesentlich zu den tiefgreifenden Veränderungen der kirchlichen und säkularen Wirklichkeit des Abendlandes mit beigetragen hat. Unsere Welt erfährt auch heute noch seine Geschichtsmächtigkeit.

Für die katholische Kirche ist mit dem Namen Martin Luther durch die Jahrhunderte hindurch die Erinnerung an eine leidvolle Zeit verbunden, vor allem aber das Wissen um den Beginn großer kirchlicher Spaltungen. Der 500. Geburtstag von Martin Luther soll daher für uns eine Gelegenheit sein, in Wahrhaftigkeit und christlicher Liebe über die geschichtsträchtigen Ereignisse der Reformationszeit nachzudenken. Gerade aus der zeitlichen Distanz heraus lassen sich historische Vorgänge oft besser verstehen und darstellen.

Namhafte Persönlichkeiten und Gremien in der lutherischen Christenheit haben sich dafür ausgesprochen, das Luther-Gedenkjahr in echt ökumenischem Geiste zu gestalten und Martin Luther besonders in einer Weise zu Wort kommen zu lassen, die förderlich für die Einheit der Christen sein soll. Ich begrüße diese Intention und erkenne darin eine brüderliche Einladung für ein gemeinsames Bemühen sowohl um ein vertieftes und vollkommeneres Bild der historischen Ereignisse als auch um eine kritische Auseinandersetzung mit dem mannigfachen Erbe Luthers.

In der Tat haben die wissenschaftlichen Bemühungen evangelischer wie katholischer Forscher, die sich in ihren Ergebnissen inzwischen weitgehend begegnen, zu einem vollständigeren und differenzierteren Bild von der Persönlichkeit Luthers wie auch von dem komplizierten Geflecht der historischen Gegebenheiten in Gesellschaft, Politik und Kirche der ersten Hälfte des 16. Jahrhunderts geführt. Überzeugend

sichtbar geworden ist dabei die tiefe Religiosität Luthers, der von der brennenden Leidenschaft für die Frage nach dem ewigen Heil getrieben war. Deutlich geworden ist freilich auch, daß sich der Bruch der Kircheneinheit weder auf Unverständnis seitens der Hirten der katholischen Kirche noch auf mangelndes Verstehen des wahren Katholizismus auf **Seiten** Luthers allein zurückführen läßt, so sehr solches mitgespielt haben mag. Die Entscheide, um die es ging, reichten tiefer. Bei dem Streit um das Verhältnis von Glaube und Überlieferung waren Grundfragen der rechten Auslegung und Aneignung des christlichen Glaubens im Spiel, deren kirchentrennende Wirkung durch bloßes historisches Verstehen nicht zu überwinden ist.

So ist im Blick auf Martin Luther und in der Suche nach Wiederherstellung der Einheit ein zweifaches Bemühen nötig. Zunächst ist das Fortgehen sorgfältiger historischer Arbeit wichtig. Es geht darum, durch unvoreingenommene, allein von der Suche nach Wahrheit geleitete Forschung ein gerechtes Bild des Reformators wie der ganzen Epoche der Reformation und der in ihr wirkenden Personen zu gewinnen. Wo Schuld ist, muß sie anerkannt werden, gleich welche Seite sie trifft; wo Polemik die Sicht verzerrt hat, muß sie richtiggestellt werden, wiederum unabhängig davon, um welche Seite es sich handelt. Dabei kann uns nicht die Absicht leiten, uns zu Richtern der Geschichte auf zuwerf en, sondern das Ziel darf einzig sein, besser zu erkennen und damit wahrheitsfähiger zu werden. Nur in einer solchen Haltung, die sich der Reinigung durch die Wahrheit ohne Vorbehalte stellt, können wir zu einem gemeinsamen Verstehen des Damaligen finden und so auch neue Ausgangspunkte für das Gespräch von heute gewinnen.

Dies aber ist das zweite, was nötig ist : Die historische Klärung, die sich dem Damaligen in seiner weiterwirkenden Bedeutung zuwendet, muß Hand in Hand gehen mit dem Dialog des Glaubens, in dem wir hier und jetzt nach Einheit suchen. Er findet seine feste Grundlage in dem, was uns gemäß den evangelisch-lutherischen Bekenntnisschriften auch nach der Trennung verbindet : im Wort der Schrift, in den Glaubensbekenntnissen, in den Konzilien der alten Kirche. Ich vertraue darauf, daß das Einheitssekretariat unter Ihrer Leitung, sehr verehrter Herr Kardinal, diesen in Deutschland schon vor dem 2. Vatikanischen Konzil mit großem Ernst begonnenen Dialog fortführt in dem Geiste, der seinen Grundlagen entspricht : in der Treue zum geschenkten Glauben, die Bußfertigkeit und Bereitschaft hörenden Lernens insichschließt.

In der anbetenden Demut vor dem Mysterium der göttlichen Vorsehung und im ehrfürchtigen Hinhorchen auf das, was der Geist Gottes uns heute in der Erinnerung an die Vorgänge der Reformationszeit lehrt, strebt so die Kirche danach, die Grenze ihrer Liebe weiterzuziehen und auf die Einheit aller zuzugehen, die als Getaufte den Namen Jesu Christi tragen. Ich begleite die Arbeit Ihres Sekretariates und alle ökumenischen Bemühungen für das große Anliegen der Einheit aller Christen mit meinem besonderen Gebet und Segen.

Aus dem Vatikan, am 31. Oktober 1983.

IOANNES PAULUS PP. II

II

Ad universum clerum Cecoslovachiae MC anniversaria memoria incidente ab obitu S. Methodii.

Dilecti -filii,

1. Convenistis, dilecti Sacerdotes ac Religiosi Cecoslovachiae, in clarissimum Velehrad oppidulum, ad Sancti Methodii sepulcrum, una cum Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali Francisco Tomásek, cumque Venerabili Fratre Iosepho Vrana, Administratore Apostolico Olomucensi, ceterisque Episcopis atque Moderatoribus vestris, ut qua par est pietate, annum millesimum centesimum celebraretis ab obitu clarissimi gentium vestrarum apostoli. Nam die vi Aprilis, anno DCCCLXXXV, post fervidam fortissimamque vitam, quam omnem in praedicando Evangelio convertendisque animis impendisset, Methodius caeleste praemium tulit, eiusque mortales exuviae istic depositae sunt.

Cuius sane vita, statim post eius excessum conscripta, ita narrat : « Discipuli autem eius curantes eum, dignos honores (ei) reddiderunt et officium ecclesiasticum Latine et Graece et Slovenice peregerunt et deposuerunt eum in cathedrali ecclesia... Homines vero, innumerabilis populus congregatus, comitabantur (eum) cum candelis, deflentes bonum doctorem et pastorem, viri et mulieres, parvi et magni, divites et pau-

peres, liberi et servi, viduae et orphani, peregrini et domestici, infirmi et sani, omnes, qui factus est omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret ***(1** Cor* 9, 22) ».[1]

Quae narratio, tametsi ieiuna, nequibat tamen aut esse plenior aut ad commovendum aptior. S. Methodius enim per omne vitae suae spatium se vere animis lucran dis dederat, omnibus omnia factus; unde et populus, in quem civium ordines omnes coalescebant, orans deflens, profecto se ostendit studium eius apostolicum penitus percepisse, eiusque libenti animo pressisse vestigia.

Iamvero, tot saeculis exactis postquam, opere completo, ad Deum excessit, S. Methodius, una cum S. Cyrillo, suo fratre eodemque philosopho (qui Romae mortuus est atque in Basilica S. Clementis conditus) adhuc praesens spirat: exemplo videlicet atque doctrina, ac potissimum intercessione pro vobis : Sacerdotibus primum ac Religiosis, atque omnibus deinde Cecoslovachiae Christifidelibus.

Non sane decuit aut potuit sacram mortis eius memoriam praeteriri silentio; ac dum laetamur de hoc vestro conventu, quem ad alendam pietatem formandosque animos agitis, deque reliquis coeptis quae iniistis, non quidem facere potuimus, quin exhortantia atque incitantia verba Nostra vobis crederemus, in Decessorum Nostrorum similitudinem.[2]

[1] *Vita Methodii,* **XVII, 11-13.**

[2] **Cfr. Leonis XIII Litteras Encyclic.** *Grande Munus,* **die xxx mensis Septembris, anno** MDCCCLXXX, **ad hoc datas, ut Cyrilli atque Methodii cultum ad universam extenderet Ecclesiam; Benedicti XV Epistulam** *Saepe Nobis,* **die xxx mensis Novembris, anno MDOCccxxi, ad episcopatum Cecoslovachum missam ; Pii XI Epistulam** *Quod S. Cyrillum,* **die** XIII **Februarii, anno** MDCCCCXXVII **conscriptam, ut** MC **anniversariam memoriam ab ortu S. Cyrilli celebraret; Ioannis XXIII Litteras Apostolicas** *Magnifici eventus* **die xi Maii exaratas, anno** MDCCCCVIII, XI **nempe centenario anno intercidente ab adventu SS. Methodii et Cyrilli in Mora viam; Pauli VI Litteras Apostolicas** *Antiquae nobilitatis,* **die altero mensis Februarii, anno** MDOCCOIXIX, **datas, ad memoriam xi centenariam celebrandam post S. Cyrilli mortem; Pauli VI** *Homiliam,* **die xiv Februarii, anno** MDCCCCXXIX **in templo S. Petri Romae habitam, inter sollemnem celebrationem, quam Decessor ille Noster cum Venerabili Fratre Nostro S. R. E. Cardinali Beran atque Episcopis Cecoslovachiae, Romam peregrinantibus, habuit.**

2. Verum enimvero de vita S. Methodii, antequam missionem in Magnam Moraviam iniit, admodum pauca accepimus. Id autem certo cognoscimus, eum Thessalonicae anno Dcccxii natum, et quidem e familia christiana fide insigni, primum quidem rem publicam attigisse, deinde Monachorum institutum amplexum esse; ob quam causam et in montem Olympum secessisse, qui est in Bithynia, nomenque sumpsisse Methodium. Qui, ut erat humilis atque verecundus, ac divinae contemplationi deditissimus, omnino numquam gratam montium solitudinem reliquisset, nisi intellexisset prorsus voluntatis Dei esse, ut publice cum Cyrillo fratre suo Evangelium nuntiaret. Qua re, iam inde ab anno DCCCLX, missioni fratris interfuit, civilis simul religiosae indolis, in Chersoneso; anno vero DCCCLXIII, una cum eodem Cyrillo fratre, Moraviam petiit, Principis Rastislav rogatu, qui quidem ab Imperatore Michaele III duos poposcerat in suam ipsius terram mitti Evangelii praecones, ut Slavica lingua Evangelium ac ceteras fidei veritates gentes docerent. Iamvero noti sunt varii sanctorum fratrum casus; qui missionem eam adgredientes, tum translationem Evangeliorum Slavicam secum tulerunt, tum etiam venerandas S. Clementis Papae reliquias, qui saeculo II, in Chersoneso mortuus fuerat, ab Imperatore Traiano exsilio multatus.

Ibant cum illis Slavica iuvenum discipulorum manus, Scripturis sacris bene erudita; ceterum cognita est illorum Slavici inventio alphabeti (est autem scriptura glagolytica), ingenio illorum populorum apti, atque transferendis intellegibili modo Evangeliis ac Libris Liturgicis, itemque agendis ritibus lingua Slavica accommodati. Postea vero, civilibus de causis, fratres illi in Pannoniam immigrarunt a Principe Slavico eius regionis Kocel vocati, ut et populum illum evangelizaret. Sed eheu! haeresis accusatis, mature Cyrillo atque Methodio Roman concedendum fuit purgandi sui gratia apud Pontificem. In Urbe vero, in quam Natalis Christi tempore

pervenerunt, mortales S. Clementis Papae exuvias invehentes, magnificentissime excepti sunt. Quin, Hadrianus Papa II, audita et accepta oratione, illorum causam de usu linguae Slavicae omnino probavit. Forte eo tempore Romae Constantinus philosophus moritur, qui iamdiu aegrotabat, die xiv Februarii, anno DCCCLXIX; sed antequam Ecclesiam suam oppido amatam reliquit, Monachi professionem fecit, sumpto nomine Cyrillo, missionemque suam apostolicam Methodio fratri credidit, cui dixit: « En, frater, nos consortes eramus, eundem sulcum prementes; atque ego in agro cado die meo terminato. Tu quidem amas montem valde ; tamen montis gratia noli relinquere magisterium tuum. Quo equidem magis salvus fieri potes? » .[3]

Methodius quidem fratris voto paruit summo studio; atque in Pannoniam rediit, ut ibi Ecclesiam ad Hadriani Papae optata constitueret. Qui postea et Episcopum eum consecravit, et sub plenam eius iurisdictionem territoria omnia subegit quae ipse Evangelio subiugavisset. Sed Methodius, multis accusationibus ac persecutionibus lacessitus, est iterum in iudicium vocatus ac in exsilium ab ipso Ludovico Imperatore pulsus. Sed paulo post iussu Pontificis liberatus, in urbe Veligrad domicilium collocavit. Haeresis accusatum, oportuit eum Romam iterum proficisci; sed Ioannes VIII, Summus Pontifex, post eum auditum, operam eius missionariam omnino ratam habuit, eumque Episcopum magnae Moraviae confirmavit. Methodius vero, vir vere admirabilis, quamvis multis prementibus adversitatibus, sive civilis sive religiosae originis, numquam tamen aut defecit animo, aut studia propagandae religionis minuit, aut ardorem apostolicum tenuavit, quo bonum creditorum sibi populorum prosequebatur, semper omnino divinae Providentiae fisus, atque id persuasum habens : in summis humanae historiae discriminibus, ambiguis saepe et acerbis, Verbum Dei, in quo veritas constat ac salus continetur, aeternum manere.

[3] ***Vita Methodii,*** VII, **2-3.**

Antiquus autem biographus, postquam Iudices, Prophetas, Apostolos ac Martyres enumeravit, aliosque augustos atque egregios viros, haec scribit : « Post hos autem omnes Deus misericors, qui vult ut omnis homo salvetur et in cognitionem veritatis perveniat *(1 Tim* 2, 4), nostro tempore nostri populi gratia, cuius nemo unquam curam gessit, ad bonum opus excitavit doctorem nostrum, beatum Methodium, cuius omnes virtutes et certamina cum his Deo gratis viris singulatim comparare non erubescimus ».[4] Quibus addit: « Timorem Dei, praeceptorum observantiam, cum carnis castitate assiduas preces et sanctitatem sermonem potentem in adversarios, lenem autem in eos, qui monita suscipiebant, severitatem, comitatem, misericordiam, amorem, constantiam et patientiam »[5] ostendebat.

Etiam Hadrianus Papa II in Litteris ad Rastislav, Sviatopluk, et Kocel Principes missis, dicit eum « virum perfectum intellegentia et orthodoxum » .[6] Quae sane verba, graviter atque considerate dicta, praeter quam quod commovent, suadent etiam ut exempla tanta meditantes, inde hauriamus quod interiorem animi pietatem atque coepta ministerii sacri alat.

Placet etiam in hac sollemni et insigni occasione illam vobis integrare orationem, quam Romae habuimus, duorum apostolorum nuntium proponentes : « Profecto omnia quae gererent non unam ac meram religionem attingebant, sed e fide in Deum principia ad cotidianam vitam informandam trahebant sive in singulorum, sive in familiarum, sive in universae societatis civilis usum : ut quaevis agendi provincia, ac fere quivis hominum gradus, in Deo initium ac finem haberet; atque sic, solida novae societatis, novae iustitiae, novaeque pacis fundamenta iecerunt, nihil prorsus timentes, si ad haec principia tuenda certare oporteret ac multa pati: erat enim Deus illorum exitus, robur, fulcimen. O quantum criminationum atque

[4] *Vita Methodii,* II, 1.
[5] *Ibid.* II, 3.
[6] *Ibid.* VIII, 11.

contumeliarum subiit Methodius ad fidelitatem missioni suae servandam! cui tamquam documento voluntatis Dei adhaerebat atque supremo morientis fratris mandato».[7]

3. Tradit praeterea biographus de Methodio: «In omnibus autem itineribus in multa pericula incidebat a diabolo, in desertis in latrones, et in mari in undas procellosas, in fluviis in mortes improvisas »;[8] sed eum in his omnibus, relicto omni tumultu, curam in unum Deum posuisse.[9] Itaque per dura certamina «cursum... perfecit, fidem servavit, exspectans coronam iustitiae ».[10] Quare dies vitae ultimus plenus gaudio fuit illi, qui meruit ea divini Magistri audire verba, solacii plena: « Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium domini tui ».[11]

Sane oportet commemoratio, quam agimus, sit vobis Cecoslovachiae Sacerdotibus ac Religiosis simulque universae Ecclesiae, et causa et stimulus non solum ad sacerdotii vestri dignitatem integre servandam, sed etiam ad vitam propriam Ministrorum Evangelii studiose agendam, ad quod nuntiandum, sic ut Sanctus Methodius, vocati estis.

a) Ad hoc autem quod attinet, id primum Moraviae apostolus docere videtur: oportere nos scilicet ad omnem historiae eventum sereno animo esse paratos, magna semper cum humilitate divinae Providentiae mysteria spectantes: videmus enim S. Methodium saepe factis involutum, atque ad ultimum iis demersum eventibus: quos sane numquam providere potuisset, quosque civiles vires ac sociales, humanae cupiditates, odia religiosa peperissent. Profecto vir Dei mala acerbissima subiit; at neque turbatus est, neque abiectioni aut animi tur-

[7] Cfr. *L'Osservatore Romano,* 9-10 Novembris 1981.

[8] *Vita Methodii,* XIV, 1.

[9] *Ibid.* XV, 1.

[10] *Ibid.* XVII, 1.

[11] *Mt* 25, 23.

bamento cessit: numquam enim possunt homines intimam rerum humanarum cognoscere causam, quae historiam hominum texunt. Sed non tam oportet intellegere, quam amare. Solum enim in transcendentis visionis beatificae lumine, congruentiam historiae humanae cum singulorum hominum vita cognoscemus. Nunc autem tempus est amandi : quaerendi, videlicet, sine intermissione: « Quid a me vult altissimus Deus per hunc eventum»? Nimirum, durare nos oportet impavido pectore in praedicando atque testificando Evangelio, etiamsi haec aetatis nostrae historica adiuncta rem arduam — at certe laude dignam — faciant. Nam, Paulo auctore, « diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt».[12] Transeunt homines, variant aetates; at nullus poterit nos separare a caritate Christi, et ab ea dilectione, qua ob Christi amorem, fratres diligimus. Qua re, numquam nobis concidendum est animo, id persuasum habentibus per historiae casus provida Dei impleri consilia. « Cum Christi fideles dominicam orationem cotidie repetunt — scribit Iacobus Maritain, egregius ille philosophus — optant sane et expetunt ut regnum Dei veniat, una cum resurrectione mortuorum, praeter et ultra historiam. At ipsi desiderant ac volunt ut hic, in hoc mundo, id est in historia iter fiat perenni agmine ad regnum Dei. Scilicet regnum in sua perfectione et absolutione tantummodo in fine temporum veniet, sed gressus ipse ad regnum in unaquaque historiae aetate hic fit, in terra, seu in hoc mundo et historia. Ut autem hic cursus ad regnum prospere cedat, non orandum solum, Christi sequacibus, sed et agendum est ac enitendum » .[13]

b) Alterum Methodii monitum vestram Sacerdotum ac Religiosorum personam singulari ratione respicit. Nam ille, ut ex eius vita cogitur, vir fuit sive pietate sive humanitate perfecte eruditus, in sacra videlicet Theologia, in Bibliis, in Iure;

[12] ***Rom* 8, 28.**

[13] **J. Maritain, *Pour une philosophie de l'histoire,* c. IV, VI, 9.**

atque haec formatio, cum virtutibus atque indole iuncta valde amabili, effecit ut eius apostolatus tantopere proficeret. Nihil umquam satis erit in formatione cleri, maxime his temporibus doctis atque severis. Qua re, et Nos summa sollicitudine preces divini Salvatoris ad Patrem dirigimus: « Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est».[14] Movet animum considerare quanto studio Sancti Cyrillus et Methodius solidam atque liberalem educationem discipulis tradiderint.[15] Scilicet studium illorum insomne et admirabile, ex imo pietatis fonte nascebatur, et ab eximia eorum forma sanctitatis, in qua solummodo apostolatum verum consistere posse putabant, et a dilectione Crucis Christi tandem quae eos aptos omnino faciebat, si quando oporteret laboris rationem aut invenire aut immutare, et animum in adversis suppeditabat. Tempora sane mala currebant Sanctis Cyrillo et Methodio. Atque omnibus noti sunt tristes ancipitesque casus, qui Nicolao Papae II atque Photio inciderunt, et inauditae haeresis criminationes quae in Methodium allatae sunt. Quibus sancti viri, nixi in amore Christi atque fidelitate erga Ecclesiam, in coepto itinere inmoti steterunt, sine mutuis accusationibus aut contestationibus. Quorum exemplum cum nos illuminat, tum etiam sustinet. Profecto omnis nostra vis est in « vocatione » atque « missione » : Deus enim nos elegit atque misit: « Iam non dicam vos servos, quia servus nescit quid faciat dominus eius : vos autem dixi amicos; quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat » .[16]

Ad Methodium vero respicientibus, Nobis placet et hic ea exprimere vobis quae Pontificatum ineuntes Romano clero locuti sumus atque saepenumero omnibus in locis iteravimus, ad quae Nos peregrinos contulimus : « Sacerdotium nostrum

[14] *Io* 17, 17.

[15] Clr. *V.C.* XV, 1, 18, 19; XVIII, 6; *Vita Methodii,* V, 13; VI, 14.

[16] *Io* 15, 15-16.

pectore ab imo nobis diligendum est tamquam magnum ac "sociale sacramentum", item vitae ac vocationis nostrae substantia, immo tamquam fundamentum dignitatis nostrae christianae et humanae. Sacerdotium sacramentale, seu ministeriale, et fidem poscit egregiam, et vires animi corporisque intentas, et eximiam propriae vocationis conscientiam, tamquam rei omnino singularis. Oportet omnes nos flexis genibus Christo gratias agamus de huius vocationis dono » (die IX Nov. a. MDCCCCLXXVIII).

c) Urget etiam S. Methodius ac docet rectam officiorum nostrorum conscientiam. « Faciam vos fieri piscatores hominum »,[17] ait Iesus Apostolis, quasi ingens ac perenne universae Ecclesiae et uniuscuiusque sacerdotum officium delineans; atque Paulus exclamat: « Vae enim est mihi, si non evangelizavero ».[18] « Vos estis sal terrae: quod si sal evanuerit, in quo salietur? ... Vos estis lux mundi: non potest civitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt ».[19]

Verba haec a divino Magistro proposita, debent, quem ad modum Sancto Methodio sic et nobis et omnibus Dei ministris una esse recte agendi norma, et in unoquoque nostrum conscientiam munerum creare et alere. Ardendum sacerdoti est, ut luce sua fideles illustret uniuscuiusque urbis, nationis, ac vel totius mundi, cunctisque sensum ingerat vitae: sensum verum illum, dicimus, quo quilibet unus delectus suos faciat, ratione nempe habita rerum aeternarum, quae manent.

Nimirum poscit haec officiorum conscientia a Sacerdotibus ac Religiosis ut omnino magni faciant unitatem doctrinae ac disciplinae cum Ecclesia, quam Christus et voluit et condidit, id est cum Petri successore et Episcopis cum Ipso coniunctis.

[17] *Mt* **4, 19.**
[18] *I Cor* **9, 16.**
[19] *Mt* **5, 13-15.**

Ob quam tuendam unitatem, quanta Cyrillus atque Methodius passi sunt! Et nihilo secius Romano Episcopo summam iurisdictionem in Ecclesiam attribuentes, fidem suam Summo Pontifici servarunt, Ecclesiae fidei vadi : adeo ut Ioannes Papa VIII haec Sviatopluk, Moraviae Principi, de sincera eius fide scripserit : « Ille autem professus est se iuxta evangelicam et apostolicam doctrinam, sicuti sancta Romana Ecclesia docet et a Patribus traditum est, tenere et psallere ».[20]

Nam ille optime cognoscebat verba a Christo in Cena suprema Apostolis facta : « Rogo ... ut omnes sint unum, sicut tu, Pater, in me et ego in te ... ut sint consummati in unum ».[21]

4. Nimirum homines, quovis tempore ac loco luce ac salute eguerunt; interque rerum humanarum labores ac novorum eventuum angores in inquirenda veritate laborant. Profecto haec obitus S. Methodii memoria, quam in tam exitioso saeculo agimus, quamvis aliunde miro, ob scientiae atque technicae artis inventa, sit vobis omnibus Sacerdotibus ac Religiosis utriusque sexus totius Cecoslovachiae, acri stimulo ad sanctitatem adipiscendam, ut huius aetatis hominibus subvenire possitis : qui, quasi ingementes, opus vestrum, amore plenum, in suam salutem quaerunt, expetunt, praestolantur, Christi nomine.

Nos quidem, Cyrilli et Methodii exemplo moti, per Apostolicas Litteras « Egregiae virtutis » (die XXXI Decembris anno MDCCCCLXXX dedimus) eos Compatronos Europae una cum S. Benedicto renuntiavimus. Postea vero toto ex animo fore optavimus ut universa Europa ad considerationem ac reputationem christianae hominis dignitatis rediret, sic ut illustres primi millennii Sancti docuerant atque instituerant.[22] Eadem nunc ad vos dirigimus, in tam sollemni occasione: siquidem et vestrae nationes, et Europa, et universus mundus veritatem

[20] Epistula Apostolica *Industriae tuae,* a. 880 data.

[21] *Io* 17, 20-23.

[22] Cfr. *L'Osservatore Romano,* 21 Martii 1981.

sitiunt ac salutem, eamque ab Ecclesia catholica, a Sacerdotibus Religiosisque poscunt utpote Christi animorumque causae deditis. Egent ipsi certis principiis, et quidem caelestibus, divinisque consolationibus : quos ne fraudemus.

Ceterum beatissima Virgo, quam et amatis et summa pietate prosequimini, semper vos et collustret, et inspiret, et adiuvet, et soletur.

« Tu vero desuper sanctum et venerabile caput, precibus tuis respice nos, desiderantes te, libera ab omnibus periculis discipulos tuos, et doctrinam propagans, haereses autem persequens ut qui digne vocatione nostra *(Eph* 4, 1) hic vixerimus, perveniamus ad te, tuus grex, ad dexteram Christi Dei nostri, vitam aeternam percipientes ab eo. Illi enim est gloria et honor in saecula saeculorum ».[23]

Ceterum dilectionis nostrae pignus Apostolicam Benedictionem vobis omnibus peramenter impertimus, quam ad omnes Cecoslovachiae fideles volumus pertinere.

Ex Aedibus Vaticanis, die xix mensis Martii, anno MDCCCCLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

IOANNES PAULUS PP. II

III

Ad universos Ecclesiae Sacerdotes adveniente Feria V in Cena Domini anno MCMLXXXV.

Dilecti Fratres Sacerdotes!

1. RITIBUS IN SACRIS Feriae Quintae « in Cena Domini » insigniter nos *cum Christo* coniungimur, qui aeternus est perennisque sacerdotii nostri fons in Ecclesia. Unus ipse *sacerdos* proprii sui sacrificii est, at simul etiam *hostia* inenarrabilis sui proprii sacerdotii in Calvariae sacrificio.

Ultimae Cenae tempore hoc suum sacrificium Ecclesiae

[23] *Vita Methodii,* XVII, 14.

credidit — novi et aeterni Foederis sacrificium — veluti *Eucharistiam:* Sacramentum scilicet Corporis et Sanguinis sui sub panis vinique speciebus « secundum ordinem Melchisedech ».[1]

Cum apostolis autem dicit: « hoc tacite in meam commemorationem »,[2] *huius Sacramenti ministros* in Ecclesia instituit, ubi omnes per aetates sacrificium ab eo in mundi redemptionem oblatum continuari, renovari et praesens reddi, hisque ipsis ministris praecipit ut — sacramentalis sacerdotii sui virtute — pro se agant « *in persona Christi* ».

Quod quidem omne, dilecti Fratres, per apostolorum successionem nobiscum in Ecclesia communicatur. Ideo Feria Quinta in Cena Domini quotannis evenit *Eucharistiae dies natalis* ac simul *dies sacerdotii nostri natalis,* quod ante omnia totum ministeriale est eodemque tempore hierarchicum. Ministeriale profecto, cum ex Ordine sacro in Ecclesia illud officium exerceamus quod solis licet Sacerdotibus absolvere, in primis *Eucharistiae ministerium.* Sed hierarchicum quoque est, cum efficiat hoc officium ut, serviendo, ducamus per pastoralem operam singulas Populi Dei *communitates* una cum Episcopis, quibus hereditate ab apostolis concessae sunt potestas et pastorale charisma in Ecclesia.

2. Sollemni igitur die Feriae Quintae Hebdomadae Sanctae Sacerdotum communitas — presbyterium videlicet — cuiusque Ecclesiae, at potissimum Romanae, singulariter suam hanc in Christi sacerdotio *unitatem declarat.* Hoc igitur die ipso nos — cum Fratrum nostrorum in Episcopatu Collegio iuncti — appellamus vos — haud sane primum — qui *Fratres nostri et omnium nostrum estis in ministeriali Christi sacerdotio,* quovis in huius orbis loco et quamlibet inter gentem et nationem, cum omni lingua humanique cultus forma. Quem

[1] *Ps* 110 [109], 4; cfr. *Heb* 7, 17.

[2] *Lc 22,* 19; cfr. *1 Cor* 11, 24 s.

ad modum alias iam scripsimus, accommodandis Sancti Augustini verbis, ita nunc vobis iteramus : « *Vobis sum episcopus* », ac simul ((*vobiscum sum sacerdos* » . [3] Sollemni Feriae Quintae in Cena Domini die vobiscum una omnibus, dilecti Fratres, renovamus nos — perinde ac quisque suam apud Ecclesiam Episcopus — demississimo prorsus gratissimoque animo *conscientiam veritatis illius Doni,* quod per sacerdotalem Ordinationem factum est pars nostri, pars cuiusque nostrum atque omnium in universalis Ecclesiae presbyterio.[4]

Humilium gratiarum affectus singulis quidem annis melius nos comparare debet *ad illud duplicandum talentum,* quod nobis Dominus tribuit hinc eo die discedens, ut reditus ipsius die consistere apud eum possimus, quibus aliquando dixit: « Iam non dico vos servos, ... *vos autem dixi amicos* ... Non vos me elegistis, sed ego elegi vos et posui vos *ut vos eatis et fructum afferatis* et fructus vester maneat » . [5]

3. Vocibus his Magistri nostri ante oculos constitutis, quae in se mirabilia maxime *vota* complectuntur et omina de sacerdotii nostri die natali, attingere cupimus hac in Epistula ob Feriam Quintam in Cena Domini data *quaestionem quandam,* quae per vocationis nostrae sacerdotalis operisque etiam apostolici curriculum necessario exoritur.

Fusius hanc quaestionem pertractandus in « Epistula ad Iuvenes », quam annuo huic nuntio de Cena Domini adiungimus. Volvens enim hic annus MCMLXXXV, de consilio Consociationis Nationum Unitarum, celebratur per omnem terrarum orbem tamquam *Annus Internationalis Iuventuti dicatus*. Quod quidem inceptum intelleximus ab Ecclesia haud praeteriri posse, sicut et alia praestantia indolis talis internationalis opera minime sint neglecta, verbi gratia: Annus ho-

[3] « Vobis enim sum episcopus; vobiscum sum christianus »: *Serm.* 340, 1: *PL* 38, 1483.

[4] Cfr. *Ps* 16 [15], 5: «Dominus *pars* hereditatis meae et calicis mei...».

[5] *Io* 15, 15 s.

minum seniorum, vel Annus hominum praepeditorum ac similia coepta. Ab his universis consiliis *Ecclesia procul abesse non potest nec debet* necessariam ob illam causam quod quasi mediam partem occupant eius muneris ac ministerii, ut constituatur ipsa videlicet et *crescat* veluti credentium communitas, prout luculenter praedicat Concilii Vaticani II dogmatica Constitutio «Lumen gentium». Suo nimirum modo unumquodque horum inceptorum confirmat praesentem revera Ecclesiam adesse in mundo huius temporis, id quod novissimum hoc Concilium egregio quidem magisterio significavit in pastorali Constitutione « Gaudium et spes ».

Quapropter in Epistula etiam pro Feria Quinta in Cena Domini hoc anno aliquas volumus pronuntiare notiones *de argumento hoc iuventutis in pastorali sacerdotum opere* atque universim in apostolatu particulatim vocationis nostrae proprio.

4. Hac pariter in rerum provincia *Iesus Christus exemplar est perfectissimum. Collocutio eius cum iuvene,* quam apud tres Synopticus reperimus,[6] inexhaustum prae se fert fontem cogitationum eo de argumento. Tali porro fonte potissimum usi sumus in « Epistula ad Iuvenes » hoc anno edita; at recurrere illuc etiam decet illoque uti, cum *officium nostrum sacerdotale ac pastorale erga iuvenes* cogitamus. Hac in re Iesus Christus prima ac praecipua restare debet nobis origo omnis afflatus.

Indicat Evangelii descriptio *facilem ad Iesum accessum* adulescenti patuisse. Ipsi videlicet Magister Nazarethanus is erat ad quem fidenter se conferre posset: *is ad quem principales suas interrogationes dirigere posset;* is a quo exspectare posset veram responsionem. Nobis quoque haec omnia quiddam summi momenti indicant. Nostrum enim quisque praestare debet ob *facilem accessum* ad se ipsum, haud secus ac Christus: necesse scilicet est nullam experiantur iuvenes dif-

[6] Cfr. *Mt* 19, 16-22; *Mc* 10, 17-22; *Lc* 18, 18-23.

ficultatem accedendi ad Sacerdotem, in illo percipientes eundem *animum apertum, benignitatem* et *promptam serviendi voluntatem* respectu variarum, quaestionum, quibus ipsi obsidentur. Immo vero, quotiens iuvenes quidam proprium ob ingenium modestiores comparent vel in se conclusi, oportet Sacerdotis morem agendi efficere ut *facilius* dubitationes superentur tali ex causa profectae. Ceterum multiplici via contrahitur necessitudo aliqua et effingitur, quae sua e summa definiri potest « *colloquium salutis* ». Hac autem de re Sacerdotes *ipsi,* in pastorali opere pro iuvenibus versantes, plurimum docere possunt; ad eorum propterea experientiam simpliciter convertimur. Pondus vero peculiare prae se fert nimirum *experientia Sanctorum;* ac scimus non inter Sacerdotum generationes deesse « sanctos iuventutis pastores ».

Accessus facilis ad Sacerdotem pro iuvenibus non tantum significat *facilitatem huius necessitudinis cum eis,* in templo et extra illud, ubicumque se iuvenes trahi sentiunt secundum aetatis suae sanas proprietates (cogitamus hic, verbi gratia, voluptarias peregrinationes, ludicras exercitationes, sicut in universum etiam totam regionem studiorum humanum ad cultum spectantium). *Facilis accessus,* cuius exemplum dat nobis Christus, plura quidem complectitur. Non tantum ex ministeriali sua instructione sed e peritia quoque derivata a *scientia* educationis excitare oportet Sacerdotem circum se fiduciam in iuvenibus, tamquam *arbitrum familiarem quaestionum praecipui momenti^* quaestionum quae vitam eorum spiritalem afficiunt, conscientiae interrogationes. Iuvenis, qui Iesu Nazarethano appropinquat, recta via percontatur: « Magister bone, *quid faciam ut vitam aeternam percipiamf* » .[7] Aliter quidem poni eadem potest quaestio, nec semper tam explicans verbis; saepius enim obliqua via movetur et, ut primum videtur, remota. Interrogatio nihilominus in Evangelio enun-

[7] *Me* 10, 17.

tiata certo aliquo sensu designat *latum spatium,* intra quod nostra cum iuvenibus collocutio enucleatur. Plurimae difficultates hoc ingrediuntur spatium; illuc complures etiam quaestiones intrant ac responsiones, quae fieri possunt, quandoquidem hominum vita praesertim adulescentiae tempore multipliciter abundat interrogationibus atque Evangelium vicissim affluì t *responsorum copia.*

5. Hac in consortione cum iuvenibus Sacerdos *sciat audire sciatane respondere* oportet. Necesse autem est horum actuum uterque sit interioris maturitatis fructus; refulgere hoc necesse est in praeclara vitae doctrinaeque congruentia; immo necesse est fructus sit orationis et coniunctionis cum Christo et docilitatis erga Spiritus Sancti actionem. Apta quidem instructio hic magni momenti est nimirum, sed ante omnia poscitur *acuta propriorum officiorum conscientia coram veritate ipsa* et *coram ipso collocutore.* Quod proferunt Synoptici, colloquium in primis comprobat Magistrum, quem appellet adulescens ille locutor, habere illius iudicio *fidem* atque *auctoritatem: auctoritatem moralem.* Ab eo nempe veritatem exspectat iuvenis eiusque responsionem suscipit veluti veritatis declarationem quae obligat. Obstringere enim haec veritas potest. Timere haud debemus ab adulescentibus multum postulare. Fieri quidem potest ut « contristatus » quis abscedat, cum sibi par non videatur implendae uni alterive postulationi ; talis nihilominus tristitia esse potest etiam « salvifica ». Interdum namque adulescentes *viam munire sibi debent tales per tristitias salvificas,* paulatim ut ad veritatem perveniant *illamque laetitiam* quam ea praebet.

Iuvenes ceteroqui noverunt bonum verum emi non posse « parvo pretio », sed aliquid « constare » debere. Est illis sanus quidam sensus innatus, cum de bonis animi agitur. Si animae terra nondum est corrupta, directio respondent secundum *sanum iudicium* hoc. Sin vero depravatio eam infe-

cit, novanda rursus haec terra est; quod fieri haud potest aliter ac veris responsionibus reddendis bonisque veris demonstrandis.

In Christi modo agendi aliquid reperitur quod valde efficaciter doceat. Cum enim alloquitur illum adulescens (« Magister bone »), *Iesus se quodam pacto « excludit »,* quia illi respondet: « Nemo bonus nisi unus Deus ».[8] Revera in omnibus necessitudinis rationibus cum iuvenibus hoc plurimi interest. Tunc potissimum nos *ipsi coram agere* debemus ; facere scilicet nos id oportet cum omni naturae impetu alicuius collocutoris et amici et ducis; at *simul* non licet ne unum quidem temporis momentum *obscurare Deum nosmet ipsos exhibendo :* non possumus illum obtegere, qui « unus est bonus », quique videri etsi non potest, praesens tamen omnino adest : « Interior intimo meo », quem ad modum Sanctus Augustinus loquitur.[9] Dum naturali hac ratione nos gerimus, « in prima persona », haud oblivisci decet « primam personam » quovis in colloquio salutis esse dumtaxat illum posse, *qui solus salvet solusque sanctificet.* Omnis igitur noster congressus cum adulescentibus, pastorale opus qualibet sub forma — etiam extrinsecus maxime « profana » — eö tendere debet ut aperiatur et *amplificetur spatium Deo, per Iesum Christum,* quoniam « Pater meus usque modo operatur, et ego operor ».[10]

6. Intra evangelicam narrationem sermonis Christi cum iuvene invenitur quaedam locutio, quam praecipue in nos recipere debemus. Dicit enim evangelista: « Iesus autem intuitus eum dilexit eum ».[11] Punctum hic maximum reapse tangimus et intimum. Si ii interrogarentur, qui, inter tot Sacerdotum generationes, plurimum effecerant pro iuvenilibus vitis, pro pueris ac puellis, qui fructum attulerant maxime duraturum

[8] Cfr. *Mt* 19, 17; *Mc* 10, 18; *Lc* 18, 19.

[9] S. AUGUSTINI *Confess.* III, 6, 11: *CSEL* 33, p. 53.

[10] *Io* 5, 17.

[11] *Mc* 10, 21.

in opere cum adulescentibus, nobis persuaderemus *primum altissimumque fontem* eorum efficacitatis fuisse illum: obtutum Christi amore plenum.

Bene dignoscendus est hic amor in animo sacerdotali nostro. Est plane amor « proximi » : hominis amor in Christo, qui unumquemque et unamquamque respicit, qui ad omnes pertinet. *Non est* hic amor — quod ad iuventutem attinet — *aliquid quod excludit,* ac si ceteros haud respicere debeat, verbi causa adultos, senes vel aegrotos. Ita profecto: amor in iuvenes evangelicam suam assequitur indolem tunc solum cum *ex amore in universos ac singulos prorumpit.* Ut amor tamen, simul ipse possidet naturam propriam suam ac (dici quidem licet) charismaticam. Inde enim proficiscitur hic amore quod *peculiari curae omnia ea habentur, quae in hominis vita complectitur iuventus.* Prae se ferunt sine dubio iuvenes magnam attrahendi vim, suae nempe aetatis propriam; sunt tamen pariter eis aliquando débilitâtes ac vitia. Adulescens in Evangelio, quocum est Christus locutus, ex altera parte videtur Israelita Dei mandatis *fidelis,* at deinceps videtur homo *nimium obstrictus* opibus suis, nimium bonis suis deditus.

Amor in iuvenes,— amor videlicet ille qui cuiusque probi praeceptoris est proprietas necessaria et omnis etiam boni pastoris — sibi prorsus conscius est tum laudum tum vitiorum, quae iuventuti iuvenibusque ipsis inhaerent. Eodem vero tempore hic amor — haud secus atque Christi ipsius amor — *per laudes et vitia* pervenit directo ad hominem : *pertingit* ad hominem, qui versatur iam *in aliqua vitae aetate summi ponderis.* Plurima enim sunt, quae ea aetate formantur ac determinantur (interdum illo modo, qui non patitur mutationem). Ex adulescentia quidem *futurum hominis tempus* maximam partem *pendet,* id est venturum tempus cuiusdam solidae personae, quae est iterabilis. Iuventus igitur in hominis vita est *aetas magnorum officiorum.* Amor ideo iuvenum ante

omnia sibi horum officiorum conscius est *paratusque simul illa ad communicanda.*

Talis revera amor est omnino sui immemor. Excitat propterea in iuvenibus fiduciam, cuius quidem ei *incredibiliter indigent* ea in vitae aetate, quam transeunt. Unusquisque nostrum Sacerdotum *praeparatus* peculiari modo esse debet *ad talem gratuitum amorem.* Dici sane possunt ascetica sacerdotalis vitae disciplina et cotidiana opera in se ipsum directa, spiritus orationis et coniunctio cum Christo necnon Matri eius commendatio invenire hoc ipso loco cotidianam suam comprobationem. Iuvenum vitae insignite sunt tenerae. Iuvenum mentes aliquando valde sunt censoriae. Qua de causa eruditio mentis in sacerdote graviter poscitur. Eodem tamen tempore experientia ipsa testatur maioris esse momenti *bonitatem, se aliis devovendi studium* atque etiam *firmitatem-,* indolis cordisque qualitates.

Dilecti Fratres, existimamus quidem unumquemque nostrum a Domino Iesu vehementer flagitare debere ut sua necessitudo cum iuvenibus sit ex sua essentia *communicatio illius intuitus, quo ille est intuitus* iuvenem locutorem in Evangelio, sitque participatio illius dilectionis, qua eum « dilexit ». Precandum constanter etiam est hic ut amor sacerdotalis sui oblitus concreto modo exspectationibus omnibus iuvenum respondeat, *tam masculini quam feminini sexus, puerorum necnon puellarum.* Constat enim quam diversa postulata secum ferat masculinus hinc et femininus illinc sexus ad progressionem verae cuiusdam humanae personae, quae iterari non potest. *Quod ideo spectat ad unumquemque et unamquamque,* discamus nos oportet a Christo amorem illum quo ipse « dilexit ».

7. Efficit amor ut quis *bonum proponere* valeat. Iesus « intuitus ... dilexit » iuvenem locutorem in Evangelio eique dixit: « sequere me ».[12] Bonum illud, quod adulescentibus praebere

[12] *Mt* 19, 21; *Mc* 10, 21; *Lc* 18, 22.

possumus, ea semper cohortatione declaratur: *Christum* sequere! Aliud non nobis bonum est quod proponamus; maius nullum bonum habet quisquam quod proponat. « Sequere Christum » significat in primis « conare *temet ipsum reperire* quam altissimo verissimoque modo ». Stüde *te ipsum rursus invenire uti hominem.* Etenim Christus proprie is est qui — perinde atque Concilium docet — « *hominem ipsi homini plene manifestat* eique altissimam eius vocationem patefacit ».[13]

Quapropter: sequere Christum! quod significat: conare *reperire illam vocationem,* quam Christus homini demonstrat: vocationem illam, in qua completur *homo* ac *dignitas* ipsius propria. Tantummodo ad Christi eiusque Evangelii lucem plene comprehendere valemus quid sibi id velit : hominem creatum esse *ad imaginem et similitudinem Dei ipsius.* Solum eum sequendo possumus hanc imaginem aeternam implere *vitae concretae substantia.* Haec multiformis est substantia; plures sunt vocationes ac munera vitae, quibus exhibitis statuere oportet iuvenes *suam propriam viam.* Nihilominus in quaque istarum viarum interest perficere principalem quandam vocationem: hominem esse! hominem esse uti christianum! hominem esse *« secundum mensuram donationis Christi ».*[14]

Si nostris in animis sacerdotalibus amor erga iuvenes invenietur, poterimus eos adiuvare, respondere contendentes iis omnibus, quae efficiunt vitae vocationem uniuscuiusque maris et feminae inter eos. *S demus illos adiuvare,* relicta illis ipsis prorsus libertate *investigationis* et *electionis,* simul autem *vi* essentiali *cuiusque* harum *electionum* illustrata.

Poterimus etiam esse *cum eis,* cum unoquoque et unaquaque, *inter asperitates ac dolores,* quibus iuventus haud sane aliena est. Immo illis subinde gravatur ultra modum. Dolores sunt ac difficultates varii generis; *deceptiones* sunt et frustrationes, vera *discrimina,* quae iuventus praesertim persentit nec

[13] **Constitutio pastoralis de Ecclesia in mundo huius temporis *Gaudium et spes,* 22.**

[14] ***Eph* 4, 7.**

semper parata est ad plagas subeundas, quae ipsa vita infligit. Periculum, quod hodie impendet hominum vitae per integras societates, immo per totum hominum genus, *merito angores multis in adulescentibus parit.* Hisce in angoribus adiuventur illi oportet propriam ut detegant vocationem. Simul vero sustentandi sunt atque confirmandi sua *in voluntate commutandi mundum* eumque reddendi *magis humanum magisque fraternum.* Haud agitur hic sane de verbis solis; de veritate enim sermo est illius « viae », quam Christus destinavit mundo ita prorsus constituto. Talis mundus in Evangelio nuncupatur Regnum Dei. *Regnum Dei* eodem tamen tempore verum est « regnum hominis » : etenim mundus est novus in quo vera « *regia hominis dignitas* » impletur.

Bonum proponere potest amor. Cum adulescenti Christus dicit: <(sequere me », in eo ipso casu concreto est invitatio ad « deserenda omnia » viamque capessendam eius apostolorum. *Christi collocutio cum adulescente* primarium *exemplar* est tot aliorum colloquiorum, in quibus coram iuvenis animo aperitur *prospectus vocationis sacerdotalis vel religiosae.* Debemus, dilecti Fratres Sacerdotes ac Pastores, bene semper has deprehendere vocationes. «Messis» revera «multa; operarii autem pauci!». Hac illacque sunt paucissimi! Rogemus nos ipsi « dominum messis ut mittat operarios in messem suam ».[15] *Ipsi nos precemur* aliosque obsecremus ut idem hoc precentur. Et ante omnia studeamus propria ex vita *constituere certum quoddam punctum,* quo referantur vocationes sacerdotales ac religiosae: concretum *exemplar.* Indigent necessario iuvenes talis concreti exemplaris, ut in sese ipsi reperiant potestatem similis viae persequendae. Hac in regione nostrum *sacerdotium fructus afferre potest* plane singulares. Incumbite vos in illud ac petite ut Donum, quod recepistis, fons consimilis largitionis fiat etiam aliis: nominatim adulescentibus!

[15] *Mt* 9, 37 s.

8. Plura etiam de hoc argumento et dici possunt et scribi. Institutio iuvenum pastoralisque opera pro eis iam pertractatur multis in studiis consulto praeparatis ac libris editis. Scribentes vobis, dilecti Fratres Sacerdotes, data hac opportunitate Feriae Quintae in Cena Domini, *circumscribere volumus sermonem Nostrum quibusdam cogitationibus. Cupimus quadamtenus* « denotare » unam ex quaestionibus, quae multiplicem ingreditur ubertatem vocationis nostrae industriaeque sacerdotalis. Qua de quaestione plura nuntiat *Epistula ad Iuvenes,* quam ad vestram utilitatem hisce litteris adicimus, qua uti possitis praesertim volvente hoc Anno Iuventuti dicato.

In liturgia antiqua, cuius Sacerdotes seniores etiam nunc meminerunt, Missae Sacrificium aperiebatur precatione ad pedem altaris, ubi primae voces Psalmi ita resonabant : « Introibo ad altare Dei — ad Deum *qui laetificat iuventutem meam* ».[16]

Feria Quinta Hebdomadae Sanctae omnes nos ad *originem* revertamur nostri *sacerdotii* in *Cenáculo.* Perpendamus quomodo illud in Iesu Christi animo natum sit Ultimae Cenae tempore. Cogitemus etiam quo pacto istud in animo cuiusque nostrum sit ortum.

Hac die, dilecti Fratres, exoptare volumus vobis singulis et unicuique simul, neglecta ipsa aetate aut condicione ad quam pertinet, ut illud « *introire ad altare Dei* » (quem ad modum loquitur Psalmus) *fons* vobis sit supernaturalis *iuventutis spiritus,* quae a Deo manat ipso. Is enim « laetificat nos iuventute » aeterni sui mysterii in Christo Iesu. Tamquam huius mysterii salutaris Sacerdotes communicamus *fontes* ipsos iuventutis Dei : huius inexhaustae « *novitatis vitae* », quam cum Christo in hominum animos effunditur.

Nobis omnibus ac *per nos ceteris* praesertimque *iuvenibus*

[16] ***Ps*** **43 [42], 4 (vers. Vulg.); cfr. S.** AMBROSII ***Evposit. Evang. sec. Lucam*** **VIII, 73: «Pulchre mihi hodie legitur legis exordium, quando mei natalis est sacerdotii; quotannis enim quasi de integro videtur incipere sacerdotium, quando temporum renovatur aetate ».**

utinam fiat fons vitae ac sanctitatis. Hoc nostrum optatum in illius corde deponimus, quam cantantes cogitamus: *«Ave verum Corpus, natum de Maria Virgine.* Vere passum, immolatur! in Cruce pro homine. Esto nobis praegustatum mortis in examine ».

Demum omnem animi Nostri affectum ac renovatam Benedictionem Apostolicam ad ministerii vestri consolationem significamus.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxxi mensis Martii, Dominica in Palmis « de Passione Domini », anno MCMLXXXV Pontificatus Nostri septimo.

IOANNES PAULUS PP. II

ALLOCUTIONES

I

Ad eos qui plenario coetui Pontificii Consilii pro hominum cultura interfuerunt coram admissos.[*]

Messieurs les Cardinaux, chers Frères dans l'épiscopat, chers amis,

1. Ma joie est grande ce matin de vous accueillir à Rome à l'occasion de la troisième réunion annuelle du Conseil international du Conseil pontifical pour la culture.

Je vous remercie sincèrement de votre présence active et d'avoir accepté de consacrer votre temps et vos énergies à cette collaboration étroite avec le Siège apostolique. Je salue avec une particulière affection le Cardinal Gabriel-Marie Garrone, Président de votre Comité de Présidence, ainsi que le Cardinal Eugenio de Ara ajo Sales. Je me tourne également avec reconnaissance vers la direction executive du Conseil pontifical pour la culture représentée par son Président, Mgr Paul Poupard, et son Secrétaire, le P. Hervé Carrier, qui, avec leurs collaborateurs et collaboratrices zélés, s'attachent à accomplir une œuvre abondante et de qualité.

* Die 15 m. Ianuarii a. 1985.

2. Le Conseil pontifical pour la culture revêt à mes yeux une signification symbolique et pleine d'espérance. En effet, je vois en vous des témoins qualifiés de la culture catholique à travers le monde, chargés de réfléchir également sur les évolutions et les attentes des différentes cultures dans les régions, comme dans les secteurs d'activité qui sont les vôtres. De par la mission que je vous ai confiée, vous êtes appelés à aider, avec compétence, le Siège apostolique à mieux connaître les aspirations profondes et diverses des cultures d'aujourd'hui et à mieux discerner comment l'Eglise universelle peut y répondre. Car, à travers le monde, les orientations, les mentalités, les manières de penser et de concevoir le sens de la vie, se modifient, s'influencent mutuellement, s'affrontent sans doute plus vigoureusement que jamais. Cela marque tous ceux qui s'adonnent loyalement à la promotion de l'homme. Il est bon que par votre travail d'étude, de consultation et d'animation — entrepris en liaison avec les autres Dicastères romains, avec les Universités, les Instituts religieux, les Organisations internationales catholiques et plusieurs grandes instances internationales attachées à la promotion des cultures — vous favorisiez une prise de conscience claire des enjeux que présente l'activité culturelle au sens large de ce terme.

3. Au-delà de cet accueil respectueux et désintéressé des réalités culturelles pour une meilleure connaissance, le chrétien ne peut pas faire abstraction de la question de l'évangélisation. Le Conseil pontifical pour la culture participe à la mission du Siège de Pierre pour l'évangélisation des cultures et vous êtes associés à la responsabilité des Eglises particulières dans les tâches apostoliques que requiert la rencontre de l'Evangile avec les cultures de notre époque. A cette fin, un immense travail est demandé à tous les chrétiens et le défi doit mobiliser leurs énergies au cœur de chaque peuple et de chaque communauté humaine.

A vous qui avez accepté de seconder le Saint-Siège dans sa mission universelle auprès des cultures de notre temps, je confie la tâche particulière d'étudier et d'approfondir ce que signifie pour l'Eglise l'évangélisation des cultures aujourd'hui. Certes, la préoccupation d'évangéliser les cultures n'est pas nouvelle pour l'Eglise, mais elle présente des problèmes qui ont un caractère de nouveauté dans un monde marqué par le pluralisme, par le choc des idéologies et par de profondes mutations de mentalités. Vous devez aider l'Eglise à répondre

à ces questions fondamentales pour les cultures actuelles : comment le message de l'Eglise est-il accessible aux cultures nouvelles, aux formes actuelles de l'intelligence et de la sensibilité? Comment l'Eglise du Christ peut-elle se faire entendre par l'esprit moderne, si fier de ses réalisations et en même temps si inquiet pour l'avenir de la famille humaine? Qui est Jésus-Christ pour les hommes et les femmes d'aujourd'hui?

Oui, l'Eglise tout entière doit se poser ces questions, dans l'esprit de ce que disait mon prédécesseur Paul VI à la suite du Synode sur l'évangélisation: « Il importe d'évangéliser ... la culture et les cultures de l'homme dans le sens riche et large que ces termes ont dans *Gaudium et spes,* partant toujours de la personne et revenant toujours aux rapports des personnes entre elles et avec Dieu».[1] Il ajoutait encore : « Le règne que l'Evangile annonce est vécu par des hommes profondément liés à une culture, et la construction du Royaume ne peut pas ne pas emprunter des éléments de la culture et des cultures humaines » .[2]

Il est donc une tâche complexe mais essentielle : aider les chrétiens à discerner dans les traits de leur culture ce qui peut contribuer à la juste expression du message évangélique et à la construction du Règne de Dieu, et à déceler ce qui lui est contraire. Et par là, l'annonce de l'Evangile aux contemporains qui n'y adhèrent pas aura plus de chances d'être réalisée dans un dialogue authentique.

Nous ne pouvons pas ne pas évangéliser : tant de régions, tant de milieux culturels restent encore insensibles à la bonne nouvelle de Jésus-Christ. Je pense aux cultures de vastes espaces du monde encore en marge de la foi chrétienne. Mais je pense aussi à de larges secteurs culturels dans les pays de tradition chrétienne qui, aujourd'hui, semblent indifférents — sinon réfractaires à l'Evangile. Je parle, certes, des apparences, car il ne faut pas préjuger du mystère des croyances personnelles et de l'action secrète de la grâce. L'Eglise respecte toutes les cultures et n'impose à aucune sa foi en Jésus-Christ, mais elle invite toutes les personnes de bonne volonté à promouvoir une véritable civilisation de l'amour, fondée sur les valeurs évangéliques de la fraternité, de la justice et de la dignité pour tous.

4. Tout ceci demande une nouvelle approche des cultures, des attitudes, des comportements, pour dialoguer en profondeur avec les mi-

[1] ***Evangelii nuntiandi,* 20.**

[2] ***Ibid.***

lieux culturels et pour rendre féconde leur rencontre avec le message du Christ. Cette œuvre demande aussi de la part des chrétiens responsables une foi éclairée par la réflexion sans cesse confrontée aux sources du message de l'Eglise, et un discernement spirituel sans cesse poursuivi dans la prière.

Le Conseil pontifical pour la culture, pour sa part, est donc appelé à approfondir les questions importantes que suscitent pour la mission évangélisatrice de l'Eglise les défis de notre temps. Par l'étude, par les rencontres, les groupes de réflexion, les consultations, l'échange d'informations et d'expériences, par la collaboration des correspondants qui ont accepté, nombreux, de travailler avec vous en diverses parties du monde, je vous engage vivement à éclairer ces dimensions nouvelles à la lumière de la réflexion théologique, de l'expérience et de l'apport des sciences humaines.

Soyez sûrs que j'appuierai volontiers les travaux et les initiatives qui vous permettront de sensibiliser à ces problèmes les diverses instances de l'Eglise. Et, en gage du soutien que je désire apporter à votre tâche bien utile à l'Eglise, je vous accorde, ainsi qu'à tous vos collaborateurs et collaboratrices, et à vos familles, ma particulière Bénédiction Apostolique.

II

Ad Exc.mum Virum Carolum Fridericum Duarte Gonçalves da Rocha, Brasiliae apud Sedem Apostolicam constitutum Legatum.*

*Senhor Embaixador***v,**

1. Ë para mim motivo de alegría receber ho je Vossa Excelencia, neste acto de apresentaçâo das Cartas que o acredi tam como Embaixador Extraordinario e Plenipotenciario da República Federativa do Brasil junto à Santa Sé. É acolhido aqui, como o será sempre, com toda a atençâo e interesse. Apreciei as palavras que me diri giù, as quais reflectem, com as boas disposiçôes pessoais, para dedicar-se à alta missäo que ora inicia, certamente também os sentimentos de benevolencia do Governo e do querido Povo brasileiro para com o Sucessor de Pedro, que nele encontram piena reciprocidade.

Ao dar-lhe as cordiais boas-vindas, agradeço as deferentes expressôes que me transmitiu, da parte do Senhor Presidente General Joào

* **Die 21 m. Ianuarii a. 1985.**

Baptista Figueiredo, que mandatou Vossa Excelencia e agora termina as suas altas funçôes; peço que lhe apresente as melhores saudaçôes; e, igualmente, ao Senhor Presidente eleito, com os meus votos de feliz éxito na chefia suprema dos destinos da Naçao brasileira.

Ë com grande estima e simpatia que a Santa Sé considera o seu País e o Povo brasileiro, com o seu rico patrimònio cultural, impregnado de tradiçâo crista, e portador de tantas promessas, no contexto da América Latina e do mundo. Ao momento histórico que o Brasil está a viver, corresponde urna expectativa geral, que desejo venha a ser felizmente satisfeita. E sé-lo-á, certamente, num sentido positivo — sao os meus votos — tendo em vista um passado de Naca o pacífica e ordeira, que lhe faz honra, o carácter da sua cultura e, sobretudo, a índole generosa da sua gente. Esta continuará a empenhar-se, por certo, pelo maior bem de cada brasileiro, para que disponha de meios suficientes para uma realizaçâo integral, numa participaçao responsável e esclarecida na vida e nos destinos da comunidade.

2. Ë com elevado apreço e alguma saudade que recordo o meu contacto directo com o Povo brasileiro, ao longo de doze dias de grata peregrinalo pelo seu País, em 1980. Com a cortesia das Autoridades, que se desvelaram em facultar essa visita pastoral, ficaram-me gravadas muitas imagens indeléveis de beleza e de bondade; a todas sobrepuja, porém, a imagem do hömem concreto, com toda a sua verdade, que, em situaçôes pessoais diversas, pude encontrar. Este se me afigurou marcado nao só pela brasilidade — pela identidade da sua cultura, resultante da fusáo de riquezas culturáis e de valores espirituais de diversa proveniencia — mas também pela aspiraçao generalizada de plasmar e manter o Brasil como urna grande familia.

Membro dessa familia, o Senhor Embaixador vem incumbido de urna missäo que será — estou certo e desejo-lho de coraçâo — urna experiencia nova, a enriquecer a da precedente estada em Roma. Trata-se, como é sabido, de conduzir um tipo de relaçoes muito especiáis, que nao incidem em acordos políticos, económicos ou culturáis, mas sobretudo em bens e valores que se situam em plano diverso e se procuram conjuntamente, mediante o diálogo e — quando exigido pelo maior bem das pessoas e dos povos e consentido pela missäo propria da Igreja — mediante a colaboracäo, em vista do maior bem comum, com a justiça e a paz. Providenciar quanto à sobrevivencia, saúde, educaçào e promoçâo de populaçôes, protecçâo de minorías étnicas, possibilidades de

traballio, justa distribuiçao e valorizaçao de bens primarios e defesa dos valores da familia, da fraternidade social e da integridade moral s~o campos em que näo raro se encontram a solicitude da Igreja e a aplicaçao dos governantes dos Povos.

Dentro dos limites da sua missio propria, a Igreja, como é sabido, nâo deixa de aconselhar os seus fiéis a tomar parte, com prudencia, nos esfor os que se envidam no sentido de eliminar ou minorar carencias e de empreender verdadeiras reformas, enfrentar necessidades vitáis, facultar o acesso de todos aos meios para se alimentarem, cuidarem e instruirem, melhorarem as condiçôes de vida e assim se assegurar a paz. Sem estar ligada a qualquer sistema político, no seu papel de sinal e convite à salvaguarda da transcendencia da pessoa humana, encontra-se e chega mesmo a convergir com a caminhada da comunidade política, quando se trata de servir a sublime vocaçâo pessoal e social dos homens que a integram e que sâo ao mesmo tempo membros da comunidade política.[1]

3. Ao render homenagem á memoria dos filhos da Igreja pelo contributo que deram para se plasmar a sociedade brasileira actual, marcada por singular ecumenicidade, o Senhor Embaixador realçava esse ponto de encontró da accáo da Igreja e da aceäo do Estado, no campo dos valores éticos e espirituais ; sobre estes, efectivamente, se baseia a dignidade de toda a pessoa humana, com os seus direitos, liberdades e deveres, a serem actuados na busca do autèntico progresso e do bem comum, pelos caminhos da compreensäo, da entreajuda, da justiça e da fraternidade, bem diversos dos caminhos da violencia, que explode quando esses direitos, liberdades e deveres nao sao observados.

No Brasil, naçâo de longa tradiçâo crista, o Estado e a Igreja têm Udo diálogo e preocupaçâo de atitudes recíprocas construtivas, com respeito dos respectivos campos, que só é para desejar continuem. Da parte da Santa Sé haverá antecipada gratidäo todas as vezes que Vossa Excelencia se fizer eco das convicçôes e votos cabíveis na missâo da Igreja, que eia nào deixa de exprimir quanto aos grandes problemas e desafios postos ho je ao mundo inteiro e que portan to afectam todos e cada um dos países. Näo é o momento de enumerar esses problemas e desafios, a que aludía em recente encontró com o Corpo Diplomático acreditado junto à Santa Sé.[2] Todas e cada uma das nacöes säo cha-

[1] **Cf. *Gaudium et spes,* 76.**

[2] **12 de Janeiro de 1985.**

madas a interessar-se e, porventura, a entrar mesmo num diálogo sèrio e franco, evitando omissões, quanto aos imperativos do bem comum da inteira familia humana e quanto aos imperativos da solidariedade; esta, como se sabe, quando genuina, comporta o respeito pelos demais e é devida aos Povos em dificuldade.

Faço os melhores votos de que, com clarividencia e discernimento, o Brasil continue a assumir o seu papel na construção de um mundo mais iluminado pelo amor, pela justiça, pela verdade do hömem e pela solidariedade, caminhos para a paz estável.

Desejo cordialmente a Vossa Excelencia, que aqui continua hoje a tradição ininterrupta desde os alvores da independencia do seu País, de relações amistosas, que se realizem sem obstáculos os auspiciosos anelos que confessava, de total dedicação para servir; e, sobretudo, desejo-lhe um feliz e fecundo desempenho da sua missão, que lhe seja portador de alegrías, consolações e lhe permita, outrossim, descobrir melhor o rosto da Igreja católica. Para tanto, invoco sobre a pessoa de Vossa Excelencia e sobre o querido Povo brasileiro — e todos os que têm a tarefa de salvaguardar e promover o seu bem comum — a assistenda, os favores e as bênçãos de Deus.

NUNTIUS GRATULATORIIS

VENERABILI FRATRI NOSTRO GORDIANO IOSEPHO S. R. E. PRESBYTERO CARDINALI GRAY, ARCHIEPISCOPO SANCTI ANDREAE ET EDIMBURGENSI.

Reversis feliciter Nobis ex apostolico itinere placet iam statim consalutare te rursus, Venerabilis Frater Noster, ac — sicut praesentes antehac saepius fecimus — breviter tecum per has litteras colloqui ut omnem Nostram tum benevolentiam erga te manifesto declaremus tum gratulationem simul fervidam aperte testemur de appropinquante sacerdotii tui aureo iubilaeo, die decimo quinto scilicet proximi mensis Iunii, nec autem minus de toto longinquo ac fructuosissimo operis tui curriculo.

Scimus vero sensus benignos hos communicare Nos non solum cum dilectissimo clero et populo illius archidioecesis, in qua natus es et sacerdos egregie operatus et episcopatum tuum omnem laudabiliter sane exsecutus, sed cum plurimis etiam aliis hominibus prope ac longe qui te diligunt operamque tuam in maximum commodum Ecclesiae

Catholicae illis in locis, immo et totius tuae patriae, summi quidem aestimant.

Non necesse hic esse putamus singulas animi tui virtutes celebrare nec universas partes laudesque actuosissimae tuae vitae commemorare. Studium tamen ardens tuum provehendi valide oecumenismum inter Ecclesias, christianam educationem christifidelium fortiter prosperanda rationes amicitiae et fraternitatis cum omnibus efficaciter excolendi : laudationem sane eximiam a Nobis suo iure meretur.

Anniversaria igitur memoria presbyteralis tuae ordinationis optamus Nos ex animoque Deum precamur ut plurimam tibi, Venerabilis Frater Noster, consolationem adferat et iucunditatem propter adeo felicem fructibusque uberem, adeo diligentem et praeclarum cursum sacerdotalis et episcopalis tui officii, Tecum hoc adfectu aderimus anniversario illo faustissimo die cui iam nunc copiosam Principis Pastorum remunerationem pro meritis tuis necnon posthac annorum serenitatem adprecamur Benedictionem Apostolicam gratulationis Nostrae testem tibi impertientes universoque Sancti Andreae et Edimburgensi gregi.

Ex Aedibus Vaticanis, die xxn mensis Maii, anno Domini MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTII TELEVISIFICI

I

Feria VI in Passione et Morte Domini.*

1. ((Padre, perdonali, perché non sanno quello che fanno)).[1]

Al termine di questo giorno, di questo Venerdì Santo, ritorniamo ancora una volta sotto la Croce, al Calvario. Anche se Cristo già è stato calato dalla Croce ed anche se è stato deposto in fretta in una tomba, a « motivo della festa di Pasqua », ascoltiamo ancora una volta le parole, che egli ha pronunciato nel momento dell'agonia sulla Croce.

Non è forse una rivelazione dell'Amore che perdona Colui che, prima di tutto, chiede al Padre di perdonare i responsabili del suo tormento : « Perdonali))?

E quanto significa quel : « non sanno quello che fanno)) !

* Die 5 m. Aprilis a. 1985.

[1] *Lc* 23, 34.

2. In verità ti dico, oggi sarai con me nel paradiso)).[2]

Chi è quel Crocefisso che parla in questo modo ad un altro condannato? Non è lo stesso Gesù di Nazaret che all'inizio della sua missione messianica diceva : « Il regno di Dio è vicino ; convertitevi e credete al vangelo »?[3]

Ecco, al termine del suo ministero messianico, raccoglie il frutto anche nell'anima del malfattore convertito : ((Gesù, ricordati di me quando entrerai nel tuo regno » .[4]

Le parole di Gesù sono una risposta proprio a questa domanda. Fratello, il regno di Dio è vicino, il regno di Dio è nella tua anima.

3. Ed ecco — dall'alto della Croce — una nuova parola del Figlio dell'Uomo. Di quanta importanza è questa parola che in un certo senso completa l'intero Vangelo ! Quanto profondamente nasce dal cuore del Vangelo !

((Donna, ecco il tuo figlio ! / Ecco la tua madre » .[5]

La Madre perde il figlio e, al tempo stesso, riceve un figlio; riceve molti figli e molte figlie. Tutti e tutte coloro, a cui il Figlio ha dato la potenza « di diventare figli di Dio » :[6] figli nel Figlio.

Il discepolo riceve la Madre. La Chiesa riceve la Madre. L'Umanità riceve la Madre.

È meravigliosa la ricchezza della quale ci arricchisce Colui, che per noi è diventato povero.

4. ((Ho sete » .[7]

Sì. Hanno sete le labbra secche, il palato e la lingua arsi dalla febbre dell'agonia.

Ancor di più ha sete l'anima di Cristo. Sete infinita che abbraccia tutto. Sete che, sin dall'inizio, va fino al termine e oltre il termine : fino a « quando il Figlio Gli sottometterà ogni cosa, perché Dio sia tutto in tutti » .[8]

5. « Dio mio, Dio mio, perché mi hai abbandonato » ?[9]

Con queste parole inizia il Salmo 22 e il Figlio dell'Uomo che

[2] *Ibid.* 23, 43.
[3] *Me* 1, 14-15.
[4] *Le* 23, 42.
[5] *Ov* 19, 27.
[6] *Ibid.* 1, 12.
[7] *Ibid.* 19, 28.
[8] Cfr. *1 Cor* 15, 28.
[9] *Sal* 21 [22], 2.

muore sulla Croce, il Servo di Jahve della profezia di Isaia, inizia a pregare con le parole di questo salmo.

Però fino a che punto arrivano queste parole? Come può Dio essere abbandonato da Dio? Il Figlio dal Padre? Dal punto di vista umano ciò sembra impossibile ed inconcepibile.

Tuttavia in Dio ...

Quando il Figlio è abbandonato dal Padre nello Spirito Santo, in quell'abbandono è contenuta la pienezza definitiva di quell'Amore che salva : la pienezza dell'unità del Figlio con il Padre nello Spirito Santo.

6. « Tutto è compiuto !)).[10]

Una volta dal Salmo sono emerse queste parole : « Ecco, io vengo per fare, o Dio, la tua volontà » .[11]

Queste parole sono passate attraverso l'agonia nel Getsemani : « Padre, se vuoi, allontana da me questo calice ! Tuttavia non sia fatta la mia, ma la tua volontà)).[12]

Ed ora le stesse parole ritornano al termine, per posarsi come il sigillo sulla vittima della Redenzione.

« Ecco io vengo » — « tutto è compiuto ».

7. « Padre, nelle tue mani consegno il mio spirito » .[13]

Gesù Cristo, Figlio dell'Uomo, accetta la morte umana, l'eredità del primo Adamo. Questa morte del corpo è « la consegna dello spirito » a Dio.

Ogni morte umana trova il suo modello nella morte di Cristo : è il consegnare lo spirito a Colui che ha creato l'uomo per l'immortalità.

Il Figlio di Dio, che come vero uomo consegna lo spirito, si unisce mediante questo col Padre nello Spirito Santo, che è l'Amore reciproco del Padre e del Figlio : è il loro eterno Soffio.

La Morte e l'Amore si incontrano al termine del Sacrificio della Croce. In questo fatto ha il suo inizio la vittoria della Croce. L'Amore vince attraverso la morte.

Al termine del Venerdì Santo siamo tornati ancora una volta sotto la Croce di Cristo sul Calvario. Abbiamo meditato le parole, che Egli ha pronunciato dall'alto della Croce.

[10] ***Gv* 19, 30.**

[11] **Cfr.** *Sal* **40, 8-9.**

[12] ***Lc* 22, 42.**

[13] ***Ibid.* 23, 46.**

Lasciando questo luogo, portiamole con noi come testamento della nostra redenzione.

« Ti adoriamo, o Cristo, e ti benediciamo, / perché con la tua Santa Croce hai redento il mondo ». Amen.

II

Dominica Paschatis in Resurrectione Domini.*

1. ((Patì sotto Ponzio Pilato, / fu crocifìsso, morì e fu sepolto ; / il terzo giorno risuscitò da morte ».

Nel corso del triduo pasquale la Chiesa vive in modo particolare questa fede che essa professa costantemente e che costantemente proclama : « Mors et vita duello conflixere mirando. / Dux vitae mortuus, régnât vivus ».

2. Le donne che andarono al sepolcro, il primo giorno dopo il sabato, trovarono la pietra ribaltata e udirono la voce : « Perché cercate tra i morti colui che è vivo? / Non è qui, è risuscitato » .[1]

Per la prima volta risuonò questa parola e cadde nel terreno della storia dell'uomo, nella quale la morte è legge dell'esistenza. Gli Apostoli hanno portato la testimonianza del Risorto in tutto il mondo d'allora. La Chiesa riprende questo messaggio apostolico e oggi lo diffonde solennemente « Urbi et Orbi ».

3. « Grazia a voi e pace / da Colui che è, che era e che viene ... / e da Gesù Cristo, il testimone fedele, — il primogenito dei morti / e il principe dei re della Terra ». Così dice il Piglio dell'uomo nel libro dell'Apocalisse : « Io sono il Primo e l'Ultimo e il Vivente. / Io ero morto, ma ora vivo per sempre / e ho il potere sopra la morte e sopra gli Inferi » .[2]

4. Gesù Cristo, Crocifisso e Risorto, cammina attraverso la storia dell'uomo; attraverso la storia dell'umanità e delle nazioni. Le generazioni, sull' albeggiare della Domenica di Pasqua, stanno davanti alla tomba vuota e ascoltano già da ormai duemila anni il medesimo messaggio apostolico : « Perché cercate tra i morti colui che è vivo? / Non è qui, è risuscitato ».

*** Die 7 m. Aprilis a. 1985.**

[1] ***Le* 24, 5-6.**

[2] ***Ap X* 4-5. 17-18.**

5. Di fronte alle tombe l'umanità sempre si interroga. Lo fa soprattutto quando le tombe sono il lascito dell'uragano di violenza e di distruzione delle guerre. La memoria corre spontanea a quarant'anni fa quando, in Europa, in Asia e in altri continenti, si concludeva la seconda guerra mondiale, scatenata da una folle ideologia imperialista. Per oltre cinque anni l'umanità aveva vissuto un'orrenda esperienza : decine di milioni di uomini massacrati sui fronti militari, città rase al suolo, ecatombe di aerei e di navi, popolazioni desolate dalla fame e dalle privazioni ; altre decine di milioni di esseri umani decimati e stremati nei campi di concentramento, il popolo ebraico inviato allo sterminio, e, infine, la terrificante rivelazione delle prime esplosioni nucleari.

6. Anche oggi l'umanità si interroga sul significato di quelle vittime. Soprattutto non può dimenticare gli uomini e le donne che, in ogni paese, offrirono la vita in « sacrificio » per la causa giusta, la causa della dignità dell'uomo.

Essi affrontarono la morte da vittime inermi, offerte in olocausto o difendendo in armi la propria libera esistenza.

Resistettero non per opporre violenza a violenza, odio contro odio, ma per affermare un diritto e una libertà per sé e per gli altri, anche per i figli di chi allora era oppressore.

Per questo furono martiri ed eroi. Questa fu la loro resistenza. Ugualmente operarono i popoli che erano stati aggrediti.

» » » Al sig. Vittorio Nironi (Reggio Emilia).
» » » Al sig. Elio Monducci (Reggio Emilia).
7 » » Al sig. Francesco Cingolani (Orvieto).
9 » » Al sig. Wilderich Conte Bodmann (Freiburg im Breisgau)
14 » » Al sig. Agostino Zito (Patti).
» » Al sig. Francesco Pelliccia (Subiaco).
10 aprile » Al sig. Nicola Roca (San Severo).
» » » Al sig. Nicola Conte (Treviso).
» » » Al sig. Bruno Marton (Treviso).
6 maggio » Al sig. Alois Estermann *(Vaticano).*

Il Cavalierato dell'Ordine di San Silvestro Papa:

14 settembre 1983. Al sig. Hans Freuschoff (Warmia).
5 maggio 1984. Al sig. Aldo Tosto (Tivoli).
» » » Al sig. Antonio Busato (Tivoli).
4 luglio » Al sig. Claro di Marco (Udine).
17 agosto » Al sig. Victoriano Basilio y Manalo (Tarlac).
» » » Al sig. José V. Cruz y Denoga (Tarlac).
22 » » Al sig. Hans Pinzi (Passau).
27 settembre » Al sig. Konrad Birnbaum (Köln).

9 ottobre 1984.	Al sig. Hans Rönneper (Köln).
» »	Al sig. Heinrich Oebels (Köln).
13 »	Al sig. Celio Vidoni (Udine).
19 novembre	Al sig. Uberto Giuseppe Hameleey (Roermond).
23 »	Al sig. Walter Gedon (Bamberg).
3 dicembre	Al sig. Rodolf H. A. Van Duin (Haarlem).
17 »	Al sig. Vinicio Mazzoli (Foligno).
»	Al sig. Guido Ricciolini (Foligno).
»	Al sig. Marcello Tassi (Foligno).
»	Al sig. Vitaliano Vitiani (Foligno).
»	Al sig. Leonardo Gualtiero M. Cantrijn (Breda).
3 gennaio 1985.	Al sig. Carlo Beltrame (Vicenza).
» »	Al sig. Sergio Cortesi (Vicenza).
»	Al sig. Francesco D'Ercole (Vicenza).
»	Al sig. Amos Onestini (Vicenza).
»	Al sig. Enrico Tuggio (Vicenza).
»	Al sig. Abdelmessih Atiyeh (Alep dei Latini).
»	Al sig. Vincenzo Sciarretta (Termoli).
»	Al sig. Nicola Orafa (Termoli).
»	Al sig. Ennio Antonio F. Veln (Haarlem).
»	Al sig. Ferdinand Linge (Fulda).
»	Al sig. Iacobus M. H. Corbiy (Roermond).
	Al sig. Clemente Giov. Joseph Schellens (Haarlem).
5 febbraio	Al sig. Antonio Panepinto (Roma).
	Al sig. Primo Santos (Manila).
»	Al sig. Cornelis Schiebroek (Bois-le-Duc).
»	Al sig. Remo Toni (Roma).
marzo	Al sig. Alfredo Sammartino (Piazza Armerina).
»	Al sig. Bruno Gabbi (Guastalla).
»	Al sig. Giovanni Freddi (Guastalla).
»	Al sig. Gerardo Bisogno (Matera).
aprile	Al sig. Domenico Sciobica (Roma).
»	Al sig. Pasquale Draghi (Tortona).
»	Al sig. Luciano Fidani (Roma).
6 maggio	Al sig. Bruno Imstepf *(Città del "Vaticano).*

NECROLOGIO

5 luglio 1985.	Mons. Rafael Ayala Ayala, Vescovo di Tehuacán *(Messico).*
10 » »	Mons. John Patrick Kavanagh, Vescovo di Dunedin *(Nuova Zelanda).*
13 » »	Mons. Hanna P. Marcus, Vescovo emerito di Zaku dei Caldei *(Iraq).*
22 » »	Mons. Sebastiano Fragni, Arcivescovo emerito di Oristano *(Italia).*
23 » »	Mons. Giovanni Fallani, Arciv. tit. di Partenia.
29 » »	Mons. Petar Cule, Arciv. tit. di Giufi.

An. et vol. LXXVI! 2 Septembris 1985 N. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

EPISTULA ENCYCLICA

Ad Episcopos, Sacerdotes, Religiosos omnesque Christifideles: memoria recolitur, undecimo transacto saeculo, operis evangelici Sanctorum Cyrilli et Methodii.

IOANNES PAULUS PP. II

VENERABILES FRATRES AC DILECTI FILII

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

I

1. SLAVORUM APOSTOLI, sancti Cyrillus et Methodius, eorumque praeclarum evangelizationis opus, quod perfecerunt, in memoria sunt Ecclesiae. Quin immo licet affirmari eorum recordationem aetate nostra singularem in modum vigescere et ad praesentia referri.

Rationem habentes venerationis, cum grati animi significatione coniunctae, qua sancti Fratres ex urbe Thessalonica a saeculis, praesertim a *Nationibus Slavicis,* coluntur, et memores eos inaestimabile quiddam contulisse ad opus Evangelii nuntiandi inter gentes illas atque simul ad causam reconciliationis, amicalis convictus, progressionis humanae necnon reve-

rentiae dignitatis cuiusvis Nationis, in huius natura positae Litteris Apostolicis *Egregiae virtutis*[1] die xxx mensis Decembris anno MCMLXXX datis, sanctos Cyrillum et Methodium Europae compatronos renuntiavimus. Hoc profecto modo rationem sumus secuti a Decessoribus nostris inductam, praesertim a Leone XIII, qui amplius centum abhinc annos, die xxx mensis Septembris anno MDCCCLXXX, ad universam Ecclesiam amborum sanctorum Caelitum cultum, Epistula encyclica a verbis *Grande munus*[2] incipiente, extendit, atque a Paulo VI, qui Litteris Apostolicis, quarum prima verba *Pacis nuntius?* die XXIV mensis Octobris editis, sanctum Benedictum Patronum Europae constituit ac declaravit.

2. Documento ante quinque annos foras dato propositum erat ut conscientia sollemnium huiusmodi actorum Ecclesiae excitaretur atque Christianos omnesque homines bonae voluntatis, quibus bonum, concordia, unitas Europae sunt cordi, moneret de indole ad praesentia pertinenti egregiorum virorum Benedicti, Cyrilli et Methodii; qui vera sunt exempla et praesidia spiritalia Christianis aetatis nostrae, potissimum vero Nationibus continentis Europaeae, quae iam pridem maxime ob horum Sanctorum deprecationem et operam, conscie, peculiari sua ratione in Ecclesia ac traditione christiana sunt radicai ae.

Memoratae Litterae Apostolicae anno MCMLXXX editae, quas conscripsimus firma spe freti fore ut in Europa et mundo ea

[1] IOANNES PAULUS **PP. II, Litt. Apost.** ***Egregiae virtutis*** **(31 Decembris 1980):** ***AAS*** **73 (1981), pp. 258-262.**

[2] LEO **PP.** XIII, **Epist. Enc.** ***Grande munus*** **(30 Septembris 1880):** ***Leonis XIII Pont. Max. Acta,*** II, **pp. 125-137; cfr. etiam Pius PP.** XI, **Epist.** ***Quod S. Cyrillum*** **(13 Februarii 1927) ad Archiepiscopos et Episcopos tum Regni Serborum-Croatarum-Slovenorum tum Reipublicae Cecho-Slovachae:** ***AAS*** **19 (1927), pp. 93-96;** IOANNES **PP.** XXIII, **Epist. Apost.** ***Magnifici eventus*** **(11 Maii 1963) ad Slavicarum Nationum Antistites:** ***AAS*** **55 (1963), pp. 434-439;** PAULUS **PP.** VI, **Epist. Apost.** ***Antiquae nobilitatis*** **(2 Februarii 1969), undecimo exeunte saeculo ab excessu e terrestri vita S. Cyrilli:** ***AAS*** **61 (1969), pp. 137-149.**

[3] PAULUS **PP. VI, Litt. Apost.** ***Pacis nuntius*** **(24 Octobris 1964):** ***AAS*** **56 (1964) pp. 965-967.**

quae Ecclesiam, Nationes, populos dividerent paulatim superaretur, cum tribus momentis conectebantur, quae orationis nostrae ac meditationis fuerunt argumenta. Quorum primum fuit xi exactum saeculum a Litteris *Industriae tuae*[4] quibus Ioannes VIII anno DCCCLXXX usum linguae Slavicae in liturgia a sanctis Fratribus e Graeco translata probavit. Alterum fuit saeculum expletum ab Epistula encyclica *Grande munus,* cuius est mentio facta. Tertium denique fuit initium, ipso anno MCMLXXX factum, colloquii, prosperi spemque bonam afferentis, inter Ecclesiam Catholicam et Ecclesias Orthodoxas in insula Patmo.

3. Hoc in Documento nos peculiari ratione revocare volumus ad memoratam Epistulam, qua Leo Pp. XIII in memoriam Ecclesiae et hominum per orbem terrarum revocavit merita apostolica amborum Fratrum: non solum Methodii, qui, ut traditur, Valehradii in Magna Moravia anno DCCCLXXXV de vita decessit, sed etiam Cyrilli, qui iam anno DCCCLXIX morte a fratre est separatus Romae, quae urbs accepit et etiamnum custodit vehementi cum pietate reliquias eius in vetusta Basilica sancti Clementis.

Leo XIII, memorans vitam sanctam ac merita apostolica *amborum Fratrum Thessalonicensium,* diem festum eorum statuit esse diem VII mensis Iulii. Post Concilium Vaticanum II, renovatione liturgica inducta, festivitas ad diem xiv mensis Februarii est translata, quo die secundum historiam sanctus Cyrillus in caelum migravit.[5]

Amplius saeculo elapso ab Epistula illa Leoniana edita, *nova rerum adiuncta,* in quae undevicesima saecularis memoria piae mortis sancti Methodii incidit, movent ut recordatio huius anniversarii diei, magni sane ponderis, quae in Ecclesia viget, renovata cum significantia declaretur. Qua quidem re peculia-

[4] Cfr. *Magnae Moraviae Fontes Historici,* t. *III,* Brno 1969, pp. 197-208.

[5] Tantummodo in quibusdam Nationibus Slavicis festum adhuc celebratur die 7 Iulii.

rem in modum obstringi se sentit primus Pontifex Romanus ad sancti Petri Cathedram tenendam e Polonia vocatus, e medio ergo *Nationum Slavicarum.*

Eventus saeculi praeteriti ac praesertim proximorum horum decenniorum, ex parte effecerunt ut una cum memoria religiosa excitaretur studium, ad historiam cultumque humanum quod attinet, in ambos sanctos Fratres, quorum singularia charismata etiam melius intellegi possunt ratione habita condicionum et experimentorum, quae aetatis nostrae sunt propria. Ad hoc vim habuerunt multae res gestae, quae ut vera signa temporum ad historiam saeculi xx pertinent, atque imprimis magnus ille eventus, qui in Ecclesia exstitit: *Concilium dicimus Vaticanum II.* Cuius universalis Synodi magisterio et pastorali proposito ducti, ratione nova — ac quidem maturiore altioreque — hos viros possumus intueri, qui ante undecim saecula fuerunt, atque etiam in eorum vita et actione apostolica deprehendere quaedam, quae iis continentur quaeque divina Providentia in iis posuit, ea mente ut *aetate nostra patefiant nova plenitudine novosque fructus afferant.*

II

4. Exemplum sectantes Epistulae, quae a verbis *Grande munus* incipit, vitam sancti Methodii volumus commemorare, non tamen fratris eius sancti Cyrilli sorte neglecta, quae cum illa tam arcte coniungitur. Quod quidem summatim faciemus, vestigatoribus historicis officio tributo singulas res accurate definiendi de iisque disceptandi.

Sancti hi Fratres nati sunt in urbe Thessalonica, quae nunc *Saloniki* appellatur quaeque saeculo ix magni momenti erat emporium sedesque rei politicae Imperii Byzantini atque locum insignem obtinebat in provincia intellectuali et sociali illius regionis Balcaniae. Quoniam urbs in confinio posita erat

terrarum Slavicarum, nomen ei certe etiam Slavicum erat: Solun.

Methodius erat frater aetate maior et, ut veri simile est, in baptismate nomen accepit Michaelis. Natus est inter annos DCCCXV et DCCCXX. Constantinus, natu minor, postmodum notior ex nomine religioso Cyrilli, in lucem est editus anno DCCCXXVII aut DCCCXXVIII. Quorum pater amplo munere fungebatur in administrandis rebus imperii. Condiciones sociales familiae similem cursum honoris duobus Fratribus praebebant; quem, ceterum, Methodius est ingressus, e quo provectus est ad gradum archontis, id est praepositi provinciarum limitanearum, ubi multi Slavi degebant. Verumtamen iam anno fere DCCCXL ab illo cursu se amovit ut in unum e monasteriis se abderet, quae erant ad radices montis Olympi in Bithynia, qui tum temporis Mons Sacer appellabatur.

Cyrillus frater eximium profectum in studio fecit Byzantii, ubi ad sacros ordines est promotus, postquam egregium munus in publica re constanter recusavit. Propter singulares mentis dotes et notitiam rerum, ad cultum humanum et religionem pertinentium, ei adhuc iuveni munera ecclesiastica magnae prudentiae sunt mandata, veluti officium bibliothecarii tabulam ad magnam ecclesiam sanctae Sophiae Constantinopoli atque simul officium luculentum secretarii patriarchae eiusdem urbis. Sed post paulum temporis, ab eiusmodi muneribus se removere voluit ut, omni studio honorum deposito, studiis et vitae contemplativae se daret. Quam ob rem clam in monasterium ad oras Ponti Euxini situm se contulit. Post sex menses invento persuaserunt ut disciplinas philosophicas doceret apud Scholam superioris gradus Constantinopoli; ubi propter doctrinae ubertatem, ad nomen eius adiunctum est verbum *Philosophi,* quo etiamnum appellatur. Postmodum ab imperatore et a patriarcha missus ad Saracenos. Quo munere impleto, a vita publica se removit et ad fratrem natu maiorem Methodium se applicuit ut una cum eo vitam duceret monasti-

eam. Verumtamen iterum, una cum eo, ut vir in religione et cultu humano peritus, viris delectis Byzantinis est aggregatus, qui ad Chazaros sunt missi. Dum in Chersoneso Táurica, apud Chersonam, commorantur, ecclesiam invenerunt, ut iis persuasum erat, ubi sanctus Clemens, Pontifex Romanus et Martyr, in longinquam illam regionem, in exsilium pulsus, olim conditus erat sepulcro; cuius sacras reliquias[6] inde extractas secum portaverunt: sancti Fratres eas, postea in missionali itinere constituti, in partes occidentales deduxerunt ac denique sollemni ritu, Hadriano PP. II traditas, Romae collocarunt.

5. Eventus autem quidam totum cursum vitae, quem postea tenerent, mutavit: Rastislavus, princeps Magnae Moraviae, a Michaele III, imperatore, petivit ut populis suis mitteret « episcopum et doctorem ... qui iis lingua ipsorum propria veram fidem christianam explicaret ».[7]

Ad hoc asciti sunt sancti Cyrillus et Methodius, qui, re alacri animo accepta et itinere inito, in Magnam Moraviam pervenerunt — quae fuit Civitas tum temporis varias gentes Slavicas Europae mediae complectens, ubi, velut in compito, Oriens et Occidens mutuo commercio se contingebant — iam, ut videtur, anno DCCCLXIII, inter eas gentes missionem illam suscipientes, cui deinde ambo totam vitam reliquam dederunt. Quam quidem duxerunt, itinera, privationem rerum, dolores simultates et persecutiones tolerando, quae, ad Methodium quod attinet, eo sunt progressae ut acerba custodia includeretur. Haec omnia fide firma et spe invicta in Deum sunt perpessa Etenim se recte composuerant ad mandatum sibi munus obeundum: secum tulerunt textus Sacrae Scripturae, necessarios ad sacrae liturgiae celebrationem, quos paraverant et in linguam palaeoslavicam verterant quique novo inducto alpha-

[6] Cfr. *Vita Constantini VIII,* 16-18: *Constantinus et Methodius Thessalonicenses, Fontes,* recensuerunt et illustraverunt Fr. Grivec et Fr. Tomsic (Eadovi Staroslavenskog Instituta, Knjiga 4, Zagreb 1960), p. 184.

[7] Cfr. *Vita Constantini* XIV, 2-4: *ed. mem.,* pp. 199 s.

beto conscripti erant, quod Constantinus Philosophus accurate confecit, atque sonis eiusmodi sermonis optime congruebat. Actio missionalis amborum Fratrum insignes effectus est consecuta, sed etiam in difficultates — ut facile intellegitur — incidit quas christianae religionis inductio antecedens et in initiis consistens, a finitimis Ecclesiis Latinis peracta, afferebat.

Tribus fere annis exactis, Eomam versus iter facientes, in Pannonia sunt morati, ubi princeps Slavus Kocel — qui Mtria, e sede civili et religiosa magni momenti, fugerat — eos liberali hospitio excepit. Inde, post aliquot menses, iter perrexerunt Romam versus una cum discipulis suis, cupientes ut ii sacris ordinibus initiarentur. In itinere Venetiis constiterunt, ubi de propositis, renovationem inferentibus, missionis, quam implebant, publicam disceptationem subierunt. Romae autem Hadrianus PP. II, qui interea Nicolao I successerat, eos benignissime excepit. Libros liturgicos Slavicos approbavit, quos iussit sollemniter in altari deponi ecclesiae Sanctae Mariae ad Praesepe, quae hodie appellatur ad Sanctae Mariae Maioris, necnon hortatus est ut discipuli eorum sacerdotes ordinarentur. Hoc sane tempus laborum, quos sustinebant, exitum habuit prosperrimum. Sed Methodius iter, quod reliquum erat, solus suscipere debuit, cum frater natu minor, graviter aegrotans, vix temporis spatium habuit ad vota religiosa nuncupanda vestemque sumendam monasticam, quia paulo post, die xiv mensis Februarii anno DCCCLXXIX, Romae de vita decessit.

6. Sanctus Methodius fidem servavit verbis, quae Cyrillus morti proximus ad eum fecit: « En, frater, nos consortes eramus, eundem sulcum prementes; atque ego in agro cado die meo terminato. Tu quidem — id scio — amas montem valde; tamen montis gratia noli relinquere magisterium tuum. Quo equidem magis salvus fieri potes? ». [8]

Archiepiscopus ordinatus pro regione antiquae dioecesis

* *Vita Methodii* VI, 2-3: *ed. mem.*, p. 225.

Pannoniae, necnon legatus pontificius « ad gentes » (id est ad gentes Slavicas) renuntiatus, Methodius titulum ecclesiasticum restitutae sedis episcopalis Sirmiensis assumpsit. Eius tamen opera apostolica perturbationibus politicis et religiosis est intermissa, quae eo perductae sunt ut duos annos teneretur custodia, quia ei crimini dabatur quod in alienam iurisdictionem episcopalem invasisset. Unde liberatus est solum ipso Ioanne PP. VIII intercedente. Novus etiam dominus Magnae Moraviae, princeps Svatopluk, ad extremum opus Methodii aversabatur, recusans liturgiam Slavicam atque Romae dubia de orthodoxia novi archiepiscopi iniciens. Anno ergo DCCCLXXX Methodius *ad limina Apostolorum* est accersitus ut denuo ipsemet totum negotium Ioanni VIII exponeret. Ab omni crimine absolutus, in Urbe a Summo Pontifice impetravit ut Apostolicae Litterae *Industriae tuae*[9] darentur, quibus, saltem quoad rerum summam, privilegia restituebantur, a decessore Hadriano II concessa et pertinentia ad linguam Slavicam in sacra Liturgia usurpandam.

Simili modo etiam ab imperatore Byzantino et a patriarcha Photio, tum temporis plena communione cum Sede Apostolica coniuncto, est agnitum Methodium omnino legitime se gessisse et orthodoxam doctrinam esse professum, cum is anno DCCCLXXXI vel DCCCLXXXII Constantinopolim se contulisset. Extremis vitae annis praesertim alias partes Sacrae Scripturae librorumque liturgicorum, opera Patrum Ecclesiae atque etiam collectanea legum ecclesiasticarum et civilium Byzantinarum, quae nomine *Nomocanonis* comprehendebantur, in Slavicum convertit. Eo sollicite contendens ut opus, quod inchoasset, post mortem suam maneret, proprium successorem suum designavit discipulum nomine Gorazd. Obdormivit autem die VI mensis Aprilis anno DCCCLXXXV ministerio deditus Ecclesiae, quam inter populos Slavicos instauraverat.

[9] Cfr. *Magnae Moraviae Fontes Historici,* t. III, Brno 1969, pp. 197-208.

7. Propter actionem providam, doctrinam altam et orthodoxam, aequilibritatem, fidelitatem, zelum apostolicum, magnanimitatem intrepidam Methodius probationem et fiduciam promeruit Romanorum Pontificum, patriarcharum Constantinopolitanorum variorumque principum novarum gentium Slavicarum. Idcirco factus est ductor et legitimus pastor Ecclesiae, quae aetate illa inter eas Nationes confirmabatur, atque unanimi pietate colitur, una cum fratre Constantino, ut praeco Evangelii et « doctor a Deo et a sancto apostolo Petro » [10] missus et ut fundamentum perfectae unitatis inter Ecclesias recens conditas et Ecclesias antiquiores.

Quapropter « viri et mulieres, parvi et magni, divites et pauperes, liberi et servi, viduae et orphani, peregrini et domestici, infirmi et sani » [11] multitudinem effecerunt, quae bonum Doctorem et Pastorem flentes et cantus edentes comitabantur ad locum sepulchri, eum videlicet « qui factus est omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret » . [12]

Ut verum fateamur, opus sanctorum Fratrum, post Methodii mortem, in grave adductum est discrimen atque persecutio, qua eorum discipuli vexabantur, eo est progressa ut hi campum suum actionis missionalis derelinquere cogerentur; nihilominus semen ab iis iactum fructus afferre non desiit atque pastoralis eorum agendi ratio, eo spectans ut veritas revelata ad populos novos perferretur — respectu habito peculiaris eorum cultus humani — ut exemplum praefulget clarissimum Ecclesiae et missionariis cuiusvis aetatis.

III

8. Cyrillus et Methodius, fratres, cultu humano Byzantini, facti sunt Slavorum apostoli, hac voce sensu pleno accepta. Seiunctio a patrio solo, quam Deus interdum ab hominibus a

[10] Cfr. *Vita Methodii* VIII, 1-2: *ed. mem.,* p. 225.

[11] Cfr. *Vita Methodii* XVII, 13: *ed. mem.,* p. 237.

[12] *Ibid;* cfr. *1 Cor* 9, 22 .

se electis postulat, si cum fide in eius promissa suscipitur, semper est arcana quaedam et fecunda condicio progressionis et auctus Populi Dei in terra. Dixit Dominus ad Abraham: ((Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui in terram, quam monstrabo tibi. Faciamque te in gentem magnam et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum, erisque in benedictionem ».[13]

Cum sancto Paulo visio nocturna in Troade, intra fines Asiae minoris, ostenderetur, Macedo quidam, ideo incola continentis Europaeae, ei se stitit deprecans eum ut in suam regionem proficisceretur verbum Dei ibi annuntiaturus : « Transiens in Macedoniam, adiuva nos! ».[14]

Providens Deus, qui voce et auctoritate imperatoris Byzantii et patriarchae Ecclesiae Constantinopolitanae ad sanctos eos Fratres locutus, similem adhortationem iis adhibuit, cum mandavit ut missioni inter Slavos se darent. Propter hoc mandatum oportebat non solum munus, cum honore coniunctum, sed etiam vitam contemplativam relinquerent; egrederentur e finibus imperii Byzantini et longum iter, in Evangelii ministerio constituti, tolerarent inter populos, qui, varia ex parte, remoti erant a civilis convictus ratione, in Civitatis Byzantinae exquisita temperatione et perpolito eius cultu humano innixa, qui principiis christianis erat imbutus. Romanus Pontifex ter simili modo rogavit Methodium, cum eum ut episcopum ad Slavos Magnae Moraviae mitteret, id est in regiones ecclesiasticas antiquae dioecesis Pannonicae.

9. In *Vita* Methodii, Slavico sermone conscripta, princeps Rastislavus his verbis per legatos suos Michaelem III imperatorem adiit : « venerunt ad nos doctores christiani multi ex Italia et e Graecia et e Germania, docentes nos diverso modo; verum nos Sloveni... non habemus, qui nos instituat in veri-

[13] *Gn* 12, 1 s.
[14] *Act* 16, 9.

tate et sensum explicet ».[15] Tunc ergo Constantinus et Methodius rogati sunt ut eo proficiscerentur. Quo animo vere christiano obsecuti sint eiusmodi invitationi illo ipso tempore omnibusque in similibus occasionibus, mirabilem in modum verbis ostenditur, quae Constantinus fecit ad imperatorem: « Etsi fatigatus sim et aeger corpore, cum laetitia ibo illuc »;[16] « Cum gaudio proficiscor pro christiana fide ».[17]

Veritas et vis mandati missionalis illis crediti ex intimo mysterio Redemptionis manaverunt, atque opus evangelizationis ab iis inter gentes Slavicas patratum, est conexio quaedam magni momenti in munere salvifico tradito a Salvatore Ecclesiae universali, usque ad finem saeculi implendo. Opere illo — tempore et in rerum adiunctis definitis — ad effectum adducta sunt verba Christi, qui in Crucis suae et Resurrectionis potentia Apostolis mandavit: « praedicate evangelium omni creaturae »:[18] « euntes ergo docete omnes gentes ».[19] Id agentes evangelizatores et magistri gentium Slavicarum ducebantur pracelsa illa forma apostolica sancti Pauli: « Omnes enim filii Dei estis per fidem in Christo Iesu. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis; non est Iudaeus neque Graecus, non est servus neque liber, non est masculus et femina: omnes enim vos unus estis in Christo Iesu ».[20]

Sancti Fratres, praeterquam quod personas valde reverebantur, atque, sui ipsorum immemores, de earum vero bono erant solliciti, congrua fruebantur copia roboris, prudentiae, zeli, caritatis, quae pernecessaria est ut iis qui credituri sunt, lux afferatur iisque simul bonum commonstretur, auxilio *concreto* praestito, quo id obtineatur. Huius rei causa similes quavis ratione illis fieri voluerunt, quibus Evangelium annuntia-

[15] *Vita Methodii* V, 2: *ed. mem.*, p. 223.

[16] *Vita Constantini* XIV, 9: *ed. mem.*, p. 200.

[17] *Vita Constantini* VI, 7: *ed. mem.*, p. 179.

[18] *Me* 16, 15.

[19] *Mt* 28, 19.

[20] *Gal* 3, 26-28.

bant; pars reddi voluerunt populorum illorum eorumque sortis omnimode participes.

10. Hac ipsa de causa aequum iis est visum in certo veluti gradu consistere inter conflictationes omnes, quibus tum temporis societates Slavicae turbabantur, quae ad sui ordinationem temperationemque nitebantur, atque suas fecerunt difficultates et quaestiones, ineluctabiles in populis, qui suam identitatem defendebant adversus prementem vim, in re militari et cultu humano, novi Imperii Romani-Germanici, necnon illas vitae formas recusare conabantur, quas a se alienas esse putabant. Tum etiam initium ceperunt maiores dissensiones — quae postmodum pro dolor augescebant — inter Christianitatem orientalem et occidentalem: quibus sancti duo missionarii ipsi illigabantur, sed semper prorsus incorruptam fidem orthodoxam servabant atque constanter attendebant sive ad thesaurum traditionis sive ad novitates vitae, proprias gentium ad Evangelii lumen perductarum. Quamvis haud raro eiusmodi conflictationes ratione sua prorsus implicata eaque ambigua ac dolenda essent sollicitudini, nihilominus Constantinus et Methodius difficultati se subducere minime studebant: animi aversi et aperta perfidia atque etiam, ad Methodium quod attinet, vincula, ob Christi amorem accepta, non effecerunt ut alteruter a tenaci desisterei proposito fovendi bonum gentium Slavicarum et unitatem Ecclesiae universae hisque serviendi. Hac sane condicione Evangelium propagarunt, missionali operi institerunt, magnanimiter novas formas vitae viasque efficaces exquisiverunt ut Laetum Nuntium ad Nationes Slavicas, quae tum formabantur, perferrent.

Sancti Fratres, ad opus evangelizationis intendentes — quemadmodum in vitae eorum narrationibus exponitur — difficile munus susceperunt textus Sacrae Scripturae, sibi lingua Graeca notos, in sermonem illius generis Slavici vertendi, quod sedes constituerat in terris, quae usque ad fines eorum regionis urbis-

que natalis pertingebant. Linguae Graecae scientia cultuque suo humano usi, ad rem tam arduam et singularem efficiendam, sibi proposuerunt comprehendere penitusque perspicere sermonem, consuetudines, traditiones gentium Slavicarum, quarum optata et bona humana, quae in illis inerant et per ea significabantur, fideliter sunt interpretati.

11. Ut veritates evangélicas in novam linguam converterent, comprehensa habere debuerunt interiora eorum quibus verbum Dei nuntiare paraverunt, imaginibus et notionibus usi, quibus iidem essent assueti. Ut actio sua missionalis felicem effectum consequeretur, omnino necesse visum est iis ut notiones biblicae et cogitata theologiae Graecae recte insererentur in ambitum experientiarum historicarum et mentium valde differentium. De nova methodo catechesis tradendae agebatur. Sanctus Methodius, prius una cum fratre, deinde solus, non dubitavit — ut eam iure induci defenderet eiusque bonitatem probaret — submisse obsequi invitationi ut Romam se conferret, quam et anno DCCCLXVII a Nicolao PP. I, et anno DCCCLXXIX a Ioanne PP. VIII illi acceperunt; qui doctrinam, quam in Magna Moravia impertiebant, compararent cum doctrina, quam una cum glorioso tropaeo sacrarum reliquiarum, sancti Apostoli Petrus et Paulus primae Cathedrae episcopali Ecclesiae reliquerant.

Constantinus eiusque operis socii iam antea novum condiderunt alphabetum ut veritates annuntiandae et explanandae sermone Slavico possent conscribi et sic plene comprehendi atque condisci ab iis, ad quos destinabantur. Fuit inceptum, spiritu missionali vere dignum, eo pertinens ut lingua mentisque habitus populorum novorum cognoscerentur, quibus fides traderetur; item exempli fuit rectissimi certum consilium illa discendi atque omnia postulata et exspectationes gentium Slavicarum recipiendi. Ob magnanimam deliberationem, ex qua cum ipsa earum vita ac traditione quasi coalescerent, Cyril-

lus et Methodius vera exempla evaserunt cunctis missionariis, qui variis temporibus hortanti sancto Paulo obtemperaverunt ut omnibus omnia fierent ut omnes salvos facerent, et, peculiari modo, missionariis illis qui ab antiquitate ad nostram usque aetatem — in Europa et Asia et nunc in omnibus terris continentibus — sacra Biblia ac textus liturgicos in linguas vivas, ut aiunt, variarum gentium convertere studuerunt, ut in iis unum verbum Dei resonaret, sic factum intellegibile secundum rationes, quibus in unaquaque cultus civilis forma res exprimuntur.

Perfecta communio in caritate Ecclesiam tuetur a quavis ratione studii partium vel exclusorii habitus gentici vel commenti phyletici, necnon ab omni arrogantia propriae nationis superextollendae. Eiusmodi communione quivis legitimus cordis humani sensus mere naturalis oportet erigatur altiusque efreratur.

IV

12. In vitae vero instituto Apostolorum Slavorum, Cyrilli et Methodii in lumine ponere volumus peculiare quiddam, id est modum *pacificum* aedificandae Ecclesiae; quippe qui ratione ducerentur considerandi Ecclesiam ut unam, sanctam et universalem.

Quamvis Christiani Slavi, magis quam alii, sanctos Fratres libenter habeant « Slavos animo », hi tamen homines fuerunt cultu humano Graeco expoliti et Byzantinorum disciplina conformati, videlicet in omnibus ad traditionem Orientis christiani, sive civilis sive ecclesiastici, pertinentes.

Eorum iam aetate discrepantiae inter Constantinopolim et Romam apparere coeperunt ut praetextae causae dissociationis, etsi ipsum discidium lugendum inter utramque partem eiusdem Christianitatis erat adhuc remotum. In Magnam Moraviam evangelii praecones ac doctores Slavorum se contulerunt,

totum comprehensum habentes thesaurum traditionis et experientiae religiosae, quo Christianismus orientalis erat insignis et qui in institutione theologica et in celebratione sacrae liturgiae singularem in modum exprimebatur.

Etiamsi iam diu omnia officia sacra in cunctis Ecclesiis, intra fines Imperii Byzantini positis, lingua Graeca celebrabantur, tamen traditiones propriae multarum Ecclesiarum nationalium Orientis — cuius generis sunt Georgiana Syriaca — quae in sacris sermone cuiusque populi utebantur, pernotae erant Constantinopolitanis altiore doctrina ornatis, ac praesertim Constantino Philosopho, quippe qui in studiis esset versatus atque sive in urbe principe sive in itineribus Christianos pluries illarum Ecclesiarum contigisset.

Ambo Fratres, conscii antiquitatis et legitimae rationis eiusmodi sacrarum traditionum, non veriti sunt linguam Slavicam in liturgia adhibere, quam efficax instrumentum effecerunt ad veritates divinas iis tradendas, qui eo utebantur sermone. Id quidem fecerunt conscientia moti prorsus aliena ab omni spiritu excellentiae vel dominationis, sed amore ducti iustitiae et manifesto zelo apostolico populorum, qui progressione quadam constituebantur.

Christianitas occidentalis, post migrationes gentium novarum, fecit ut advenarum eiusmodi populorum catervae cum incolis Latinis coalescerent, atque ad omnes, eo consilio ut cunctos inter se coniungeret, linguam, liturgiam, cultum humanum Latinum, ab Ecclesia Romana tradita, extendit. Ex uniformitate, ad quam ita est perventum, ad societates potius recentes atque se insigniter dilatantes, manavit sensus quidam roboris et firmitatis, qui contulit sive ad earum arctiorem coniunctionem sive ad praestantiorem in Europa locum obtinendum. Intellegi ergo potest omnem diversitatem in tali rerum statu a multis habitam esse quasi periculum unitati, quae adhuc fiebat, illatum, atque facile animos inductos ad id periculum prohibendum, etiam coercitionis modis adhibitis.

13. Hoc loco singulare est ac mirum sanctos Fratres, in rerum condicionibus constitutos tam implicatis et incertis, haudquaquam nisos esse populis predicationi suae concreditis imponere ne praestantiam quidem, in controversiam non vocandam, linguae Graecae atque cultus humani Byzantini, vel consuetudines et mores societatis, magis expolitae, in quibus ii adoleverant et quae, ut facile intellegitur, iis erant familiaria et probata. Inducti vero egregio proposito novos credentes in Christo in unum congregandi, textus sententiis uberes et perpolitus liturgiae Graecae ad sermonem Slavicum accommodaverunt, atque tractationes acutas et implicatas iuris Graeci-Romani ad mentis habitum et consuetudines novorum populorum coaequarunt. Idem concordiae et pacis consilium tuentes, nullo non tempore officia missionis suae servabant, quippe qui recte aestimarent praerogativas, traditiones invectas, atque iura ecclesiastica canonibus Conciliorum statuta, ita ut iustum putarent — ipsi imperio orientali subiecti et fideles subditi patriarchatu Constantinopolitano — Romano Pontifici operis sui missionalis reddere rationem atque eius iudicio proponere, approbationem accepturi, doctrinam, quam profitebantur ac ducebant, libros liturgicos lingua Slavica compositos, methodos in evangelizatione illarum gentium adhibitas.

Qui munus suum susceperant mandato Constantinopolitano, quodammodo deinde sunt annisi ut id confirmaretur eo quod Sedem Apostolicam Romanam, centrum visibile unitatis Ecclesiae, adirent.[21] Ita ergo Ecclesiam aedificaverunt, sensu ducti eius universalitatis, ut Ecclesiae unius, sanctae, catholicae et apostolicae. Hoc ex tota eorum agendi ratione quam maxime perspicue et manifesto elucet. Licet affirmari invoca-

[21] Decessores Nicolai PP. I, tametsi notitiis inter se pugnantibus sollicitabantur, quae de doctrinis et operibus Cyrilli atque Methodii afferebantur, praesentes tamen ipsi congredientes cum iis Fratribus plane sunt assensi. Prohibitiones vel circumscriptiones usus novae liturgiae Slavicae potius sunt assignandae urgentibus temporibus et mutabilibus rerum politicarum vicissitudinibus necnon ipsi necessitati concordiae servandae.

tionem Iesu in oratione sacerdotali — « ut unum sint » —[22] fuisse sententiam iis propositam in opere missionali secundum verba sacri Psaltis: « Laudate Dominum, omnes gentes, et laudate eum, omnes populi ».[23] Ad nos, qui nunc sumus, quod attinet, eorum apostolatus etiam vim habet significantem hortationis oecumenicae: est incitamentum ad restituendam, in pace reconciliationis, unitatem, quae post tempora sanctorum Cyrilli et Methodii graviter est extenuata, imprimis vero unitatem inter orientem et occidentem.

Sancti Fratres Thessalonicenses persuasum sibi habebant omnem Ecclesiam localem impelli ut suis ipsius donis « pleroma » catholicum augeret ; quod quidem prorsus congruebat cum perspicientia eorum evangelica, ex qua diversae condiciones vitae, in quibus singulae Ecclesiae christianae versarentur, numquam excusare possent dissensiones, discordias, lacerationes in unius fidei professione et exercitatione caritatis.

14. Quemadmodum notum est, secundum doctrinam Concilii Vaticani II « per "motum oecumenicum" intelliguntur activitates et incepta, quae pro variis Ecclesiae necessitatibus et opportunitatibus temporum ad Christianorum unitatem fovendam suscitantur et ordinantur ».[24] Quapropter a recta temporis ratione aliquis non ab errat, si sanctos Cyr illum et Methodium habeat germanos praecursores oecumenismi, quippe qui studuerint efficaciter auferre aut imminuere omnem divisionem, veram aut solum confictam, inter singulas Communitates eiusdem Ecclesiae. Etenim divisio, quae pro dolor in rebus Ecclesiae est oborta et etiamnum manet, « et aperte voluntati Christi contradicit et scandalo est mundo atque sanctissimae causae praedicandi Evangelium omni creaturae affert detrimentum ».[25]

[22] *Io* 17, 21 s.

[23] *Ps* 117 [116], i.

[24] Decretum *Unitatis redintegratio,* de Oecumenismo, 4.

[25] Decretum *Unitatis redintegratio,* de Oecumenismo, 1.

Sollicitudo, cum animi ardore coniuncta, qua uterque Frater, maxime vero Methodius ob munus et onus episcopale, urgebatur ut unitatem fidei et caritatis hinc inter Ecclesias, quarum membra erant, id est inter Ecclesiam Constantinopolitanam et Ecclesiam Romanam, illinc inter Ecclesias nascentes regionum Slavicarum servarent, fuit semperque erit eximium meritum eorum. Quod quidem etiam est maius, si recogitatur eos missionem suam implesse inter annos DCCCLXIII et DCCCLXXXV, videlicet spatio annorum discrimine signaturam, cum funestum discidium et aspera controversia inter Ecclesias Orientis et Occidentis apparerent et ingravescerent. Divisio acrior est facta ob quaestionem, qua contendebatur, quo Bulgaria pertineret, quae eo ipso tempore publice Christianismum est amplexa.

Aetate illa procellosa, quae etiam dimicationibus, quibus armis confligebatur, inter gentes christianas finítimas erat insignis, sancti Fratres Thessalonicenses fidelitatem servarunt, firmam et vigilantissimam, rectae doctrinae ac traditioni Ecclesiae in perfecta unitate constitutae, atque, peculiari modo, ((institutioni divinae » et « institutioni ecclesiae », [26] in quibus, secundum canones veterum Conciliorum, compago eius ac temperatio nitebantur. Hac fidelitate est factum ut magna munera missionalia sibi proposita ad exitum perducerent atque in plena unitate spiritali et canonica cum Ecclesia Romana, cum Ecclesia Constantinopolitana et cum novis Ecclesiis, ab ipsis inter populos Sia vicos conditis, perstarent.

15. Praesertim Methodius obniti non dubitavit aver sis animis, contentionibus atque etiam contumeliis et persecutionibus corporalibus, dummodo ne fidelitati ecclesiali, quam in exemplum coluit, deesset, dummodo officia sua ut christiani et episcopi praestaret et muneribus satisfaceret respectu Ecclesiae Byzantinae, quae eum parturierat et, una cum Cyrillo, ad

[26] Cfr. *Vita Methodii* IX, 3; VIII, 16: *ed. mem.*, pp. 229; 228.

missionarii munus destinarat; respectu Ecclesiae Romanae, qua donante officio suo archiepiscopi *pro fide* in « regione sancti Petri »[27] est functus; atque etiam respectu illius Ecclesiae nascentis in terris Slavorum, quam ut propriam assumpsit ac defendit — persuasum sibi habens se iure suo agere — coram auctoritatibus ecclesiasticis ac civilibus, praesertim liturgiam tutans lingua palaeoslavica celebrandam, atque primaria ecclesiastica iura Ecclesiarum variis in Nationibus constitutarum.

Hoc modo se gerens, semper, quemadmodum et Constantinus Philosophais, in colloquium venit cum iis qui cogitatis eius et inceptis pastoralibus adversabantur eorumque legitimam rationem in dubitationem vocabant. Ita agens semper erit magister omnibus, qui quovis tempore, dissensiones conantur sublevare, observantes quidem multiformem plenitudinem Ecclesiae, quae secundum voluntatem Iesu Christi, conditoris sui, semper esse debet una, sancta, catholica et apostolica : hoc mandatum plena significatione expressum est in Symbolo CL Patrum Concilii oecumenici Constantinopolitani II, quod inviolabilis est professio fidei omnium Christianorum.

V

16. Verum non argumenta dumtaxat evangelica doctrinae a sanctis Cyrillo et Methodio praedicatae sunt digna quae singulariter efferantur. Multum etiam significat demonstratque Ecclesiae, quae nunc est, catecheticus ipse ac pastoralis modus, quem in apostolico opere suo adhibebant inter gentes, quae nondum celebrari viderant mysteria divina patrio suo sermone neque Dei verbum audierant nuntiari ratione prorsus congruenti mentis suae habitui et observantiae verarum vitae condicionum sibi peculiarium.

Viginti abhinc annos Concilium Vaticanum II, ut novimus,

[27] Cfr. *Vita Methodii* IX, 2: *ed. mem.*, p. 229.

praecipuum illud accepit munus suum ut Ecclesiae conscientiam de ea ipsa acueret utque per interiorem eius renovationem pariter illi adderet novam missionalem impulsionem, spectantem ad perennem nuntium salutis et pacis et mutuae concordiae inter populos nationesque patefaciendum ultra fines singulos, quibus adhuc hic noster terrarum orbis scinditur in partes, licet ex Dei creatoris ac redemptoris voluntate in communem destinatus totius generis humani habitationem. Pericula autem, quae haec nostra aetas eidem orbi intendit, efficere haud possunt ut quispiam praesagae obliviscatur perspectionis Decessoris Nostri Ioannis XXIII qui eo quidem proposito indixit Concilium eaque mente ut praeparare valeret quin immo et inchoare spatium aliquod verni temporis novique ortus in Ecclesiae vita.

De universalitate agens, idem Concilium, praeter alia, haec edixit: « Ad novum Populum Dei cuncti vocantur homines. Quapropter hic populus, unus et unicus manens, ad universum mundum et per omnia saecula est dilatandus, ut propositum adimpleatur voluntatis Dei, qui naturam humanam in initio condidit unam, filiosque, qui erant dispersi, in unum tandem congregare statuit (cf. *Io* 11, 52)... Ecclesia seu Populus Dei, hoc Regnum inducens, nihil bono temporali cuiusvis populi subtrahit, sed e contra facultates et copias moresque populorum, quantum bona sunt, fovet et assumit, assumendo vero purificat, roborat et elevat... Hic universalitatis character, qui Populum Dei condecorat, ipsius Domini donum est... Vi huius catholicitatis, singulae partes propria dona ceteris partibus et toti Ecclesiae afferunt, ita ut totum et singulae partes augeantur ex omnibus invicem communicantibus et ad plenitudinem in unitate conspirantibus ».[28]

17. Aequo animo affirmare nobis licet eiusmodi visionem, translaticiam simul ac maxime temporibus recentissimis con-

[28] CONC. OEC. VAT. II, **Cost. dogm. *Lumen gentium,* de Ecclesia, 13.**

gruentem, Ecclesiae catholicitatis — perceptae velut concentus variarum liturgiarum de universis orbis linguis in liturgiam unam consociatarum aut velut consoni cantus, qui vocibus, sustentus innumerabilium hominum multitudinum, tollitur in Dei laudem ex omni orbis nostri loco omnique historiae momento secundum innumerabiles item modulationes, sono vocumque contextus — respondere potissimum theologico ac pastorali rerum prospectui, unde apostolicum missionaleque Constantini Philosophi et Methodii opus processerit quique eorum missionem inter Nationes Slavicas fulserit.

Venetiis coram iis qui ecclesiasticum cultum humanum repraesentabant quique angustiori cuidam communitatis ecclesialis notioni inhaerentes, adversabantur huiusmodi sententiae, fortiter ipsam Cyrillus defendit, plures docens populos iam pridem induxisse propterea que etiam habere scriptam liturgiam celebratamque patria lingua, verbi causa: «Ármenos, Persas, Abasgos, Iberos, Sugdos, Gothos, Avaros, Tyrsos, Chazaros, Arabes, Aegyptios, Syros aliasque multas »z[29]

Commonefaciens illos Deum solem suum oriri super malos et bonos sinere ac pluere super iustos et iniustos,[30] asseveravit: « Nonne spiramus in aerem aequaliter omnes? Itaque vos non pudet tres tantum linguas (Hebraicam, Graecam et Latinam) statuere, reliquos autem populos et Stirpes caecos esse iubentes et surdos? Dicite mihi, utrum Deum facientes debilem, ita ut non possit hoc dare, an invidum, ita ut nolit? ».[31] Rationibus ex historia ac dialectica sibi obiectis respondit vir sanctus, fundamento nisus divina inspiratione firmato Sacrae Scripturae: « Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloriam Dei Patris »;[32] « omnis terra adoret te, et psalíat tibi,

[29] *Vita Constantini* XVI, 8: *ed. mem.*, p. 205.

[30] Cfr. *Mt* 5, 45.

[31] *Vita Constantini* XVI, 4-6: *ed. mem.*, 205.

[32] *Ibid.* XVI, 58: *ed. mem.*, p. 208; *Philp* 2, 11.

et canat nomini tuo, altissime »;[33] « laudate Deum omnes gentes, et laudate eum, omnes populi N .[34]

18. Ecclesia catholica est etiam eo quod in quibusvis hominum adiunctis revelatam veritatem exhibere scit a semet ipsa integram conservatam secundum divinam ipsius continentiam hoc sane modo ut eam componat cum excelsis cogitationibus iustisque uniuscuiusque hominis ac populi exspectationes. Ceterum illud bonorum patrimonium totum, quod posteris quaeque aetas cum inaestimabili vitae dono transmittit, quasi multicolorem quandam et immensam tesserularum copiam efficit, unde vivens emergit opus musivum *Pantocratoris,* qui se ostendet in omni suo fulgore dumtaxat parusiae tempore.

Non extenuat neque exstinguit Evangelium ea quae omnis homo, populus et Natio, omnis forma cultus humani per rerum «ursum agnoscunt et efficiunt ut bonum verum et pulchrum. Impellit potius ut omnia haec bona percipiantur et promoveantur: ut ex iis vivatur cum magnanimitate ac laetitia et ea arcana permoventique Revelationis luce compleantur.

Concreta vero ratio catholicitatis, quam Christus Dominus ipsi Ecclesiae constitutioni indidit, non quidem aliquid est immotum et ab historia avulsum ac simpliciter uniforme; verum scaturit cotidie et procedit quodammodo uti fidei unanimae novitas eorum omnium, qui in Deum credunt unum et trinum, a Iesu Christo revelatum, ab Ecclesia praedicatum in virtute Spiritus Sancti. Haec ratio sua sponte ex mutua observantia, quae fraternae est propria caritatis, erga omnem hominem omnemque Nationem, tum magnam tum parvam, necnon fideli ex confessione donorum et iurium in fidei fratrum profluit.

19. Catholicitas Ecclesiae commonstratur pariter actuosa officiorum communicatione magnanimaque omnium adiutrici

[33] ***Vita Constantini* XVI, 12: *ed. mem.,* p. 206; *Ps* 66 [65], 4.**

[34] ***Vita Constantini,* XVI, 13: *ed. mem.,* p. 206; *Ps* 117 [116], 1.**

opera pro bono communi. Ubique enim Ecclesia hanc universalitatem suam ad effectum adducit eo quod accipit et extollit modo sibi proprio matrisque affectu omnia vera hominum bona. Simul autem nititur longe lateque per terrarum loca atque omni in historica condicione unumquemque Deo lucrari hominem et homines universos ut eos mutuo consociet et cum illo in veritate sua atque caritate.

Singuli homines singulaeque Nationes, sicut et omnis cultus humani civilisque forma partes quidem suas habent implendas suumque obtinent locum in arcano Dei consilio et universali salutis dispensatione. Quae sane mens fuit sanctorum Fratrum : Deus « misericors et benignus **H** ,[35] expectans poenitentiam hominum, ut omnes salvi fiant et ad cognitionem veritatis veniant[36] ... non patitur genus humanum cadere debilitate et in tentationem diaboli incidere et perire, sed omnibus annis et temporibus non desinit gratiam impertiri nobis multifariam, ut ab initio ita ad hoc usque tempus, per patriarchas primum et per patres, et post eos per prophetas, et post hos per apostolos et martyres, per viros iustos et doctores, eligens eos ex hac turbulenta vita ».[37]

20. Evangelicus nuntius, quem Sancti Cyrillus et Methodius Slavis interpretati sunt populis, depromentes videlicet ex Ecclesiae thesauro « nova et vetera »,[38] per nuntiationem atque catechesim transmissus est secundum veritates aeternas eodemque tempore per accommodationem ad concreta historiae adiuncta. Ob missionalia amborum Sanctorum studia populi Slavici potuerunt primum conscientiam sibi induere suae vocationis ut nempe aeternum Sanctissimae Trinitatis consilium participarent intra universalem salutis mundi dispensationem. Sic quoque proprias agnoverunt partes pro utilitate totius historiae

[35] Cfr. *Ps* 112 [111], 4; *Il 2,* 13.

[36] Cfr. *1 Tim 2,* 4.

[37] *Vita Constantini* I, *lied, mem.,* p. 169.

[38] Cfr. *Mt* 13, 52.

generis humani a Deo Patre creati, a Filio redempti, a Spiritu Sancto illuminati. Propter hanc nuntiationem, suo tempore ab Ecclesiae comprobatam auctoritatibus, ab Episcopis Romanis ac Patriarchis Constantinopolitanis, Slavi ipsi una cum ceteris orbis gentibus sese habere valuerunt posteros heredesque promissionis a Deo datae Abrahamo.[39] Ita quidem ob ecclesialem temperationem a sancto Methodio effectam necnon ex conscientia suae identitatis christianae occupaverunt hi locum sibi in Ecclesia assignatum, quae in illa iam Europae parte erat enata. Qua de causa eorum hodie posteri gratam profecto nec interi turam umquam servant recordationem illius viri, qui quasi anulus est factus ipsos coniungens seriei magnorum divinae Revelationis praeconum Veteris Novique Testamenti: «Post hos autem omnes Deus misericors... nostro tempore nostri populi gratia, cuius nemo unquam curam gessit, ad bonum opus excitavit doctorem nostrum, beatum Methodium, cuius omnes virtutes et certamina cum his Deo gratis viris singulatim comparare non erubescimus ».[40]

VI

21. Thessalonicenses Fratres non modo fidei erant heredes, verum humani cultus etiam antiquae Graeciae, per Byzantium perpetuati. Praeterea constat quantum habeat ponderis illa hereditas ad omnem Europae cultum humanum et recta obliquave via ad totius orbis. In evangelizationis opere, quod — uti praecursores in regione a Slavicis populis habitata exegerunt — simul illius rei exemplum invenitur, quae nomen hodie prae se fert « animi culturae inductionis » — nempe insertionis Evangelii in humanum autochthonum cultum — atque simul inductionis in Ecclesiae vitam ipsius illius cultus humani.

Cum ergo sic Evangelium insérèrent in populorum cultu-

[39] Cfr. *Gn* 15, 1-21.

[40] *Vita Methodii* II, 1: *ed. mem.*, pp. 220 s.

ram, quos evangelizabant, optime quidem sancti Cyrillus et Methodius meriti sunt de constitutione necnon progressione illius culturae animi vel potius multarum eiusmodi culturae formarum. Universae enim cultus humani rationes inter Nationes Slavicas acceptum referre debent « principium » suum vel progressum proprium operibus Fratrum Thessalonicensium. Nam compositione, singulari quidem et ingeniosa, alphabeti pro lingua Slavica plurimum sane et maximum quiddam ad humanitatem cunctarum Nationum Slavicarum litterasque contulerunt.

Versio autem Librorum sacrorum, a Cyrillo et Methodio peracta una cum discipulis eorum, addidit vim ac dignitatem « culturalem » linguae liturgicae paleoslavae, quae in multa saecula non tantum ecclesiasticus sermo evasit sed publicus etiam et litteratus, quin immo lingua communis ordinum eruditiorum inter maiorem Nationum Slavicarum partem ac nominatim inter omnes Slavos ritus orientalis. Porro adhibebatur ea item in Cracoviensi ecclesia Sanctae Crucis, ubi monachi Benedictini Slavi consederant. Hinc primi deinceps prodierunt liturgici libri, eadem lingua typis excusi. Ad hos autem usque dies nostros haec lingua usurpatur in liturgia Byzantina Ecclesiarum Orientalium Slavicarum Constantinopolitani ritus, tum catholicarum tum orthodoxarum, Europae Orientalis atque Europae Meridianae ad orientem vergentis, necnon quibusdam in Nationibus Europae occidentalis, quemadmodum utuntur ipsa in liturgia Romana catholicorum Croatiae.

22. Historica in progressione Slavorum orientalis ritus hic sermo pares partes habuit linguae Latinae in orbe occidentali; diutius insuper conservatus est — partim etiam usque ad xix saeculum — ac multo directius affecit conformationem linguarum litteratarum ob arctam cognationis necessitudinem cum illis.

Cristo, abogada dé los pobres y desvalidos. Ofrece su doctrina social como animadora de auténticos caminos de liberación. No cesa de denunciar las injusticias, y quiere sobre todo poner en movimiento las fuerzas éticas y religiosas, para que sean fermento de nuevas manifestaciones de dignidad, de solidaridad, de libertad, de paz y de justicia; Ella ayuda en lo que puede a resolver los problemas concretos, pero sabe que sus solas posibilidades son insuficientes.

Por ello quiere lanzar desde aquí, a través de mi voz, uña urgente llamada a las Autoridades ya todas las personas que disponen de recursos abundantes o pueden contribuir a mejorar las condiciones de vida de los desheredados. El « dadles de comer » ha de resonar en sus oídos y conciencias. Dadles de comer, haced todo lo posible por dar dignidad, educación, trabajo, casa, asistencia sanitaria a estas poblaciones que no la tienen. Redoblad los esfuerzos en favor de un orden más justo que corrija los desequilibrios y desproporciones en la distribución de los bienes. Para que así, cada persona y familia pueda tener con dignidad el pan cotidiano para el cuerpo y el pan para el espíritu.

Por parte vuestra, pobladores de esta villa « El Salvador», sed los primeros en empeñaros en vuestra elevación. Dios ama a los pobres que son los preferidos en su Reino. Y la dignidad de un pobre abierto a Dios y a los demás, es muy superior a la de un rico que cierra su corazón. Pero Dios no quiere que permanezcáis en una forma de pobreza que humilla y degrada ; quiere que os esforcéis por mejoraros en todos los sentidos. Como dije en Brasil: «no es permitido a nadie reducirse arbitrariamente a la miseria a sí mismo y a sus familias; es necesario hacer todo lo que es lícito para asegurarse a sí mismo y a los suyos cuanto hace falta para la vida y para la manutención » .[14]

6. Mis queridos hermanos y hermanas : Antes de despedirme de vosotros quiero de nuevo expresaros mi profundo afecto. Os aseguro que me siento muy cercano a vosotros y rezaré por todos; de modo especial, por los más débiles, los huérfanos, los enfermos, los ,que no tienen familia que los asista, los ancianos, los niños, los jóvenes que no encuentran trabajo, los injustamente, tratados, los encarcelados que quieren cambiar de vida y reinserirse útilmente en la sociedad, los que son víctimas de los egoísmos humanos. Os pido que recéis también vosotros por el Papa.

[14] Río de Janeiro, visita a la «favela Vidigal», 2 julio 1980, 4.

A la Virgen Santísima, Madre vuestra, mía y de toda la Iglesia, os encomiendo. Y le suplico que inspire sentimientos de generosa apertura en cuantos poseen recursos y humanidad; para que la serenidad, la justicia y la paz reinen en todos los pueblos jóvenes y en la entera nación peruana. Con estos deseos bendigo de corazón a vosotros, a vuestras esposas, hijos y familiares.

Al terminar su discurso en « Villa El Salvador », tras unas palabras del Cardenal Landázuri, el Santo Padre añadió improvisando :

« Quiero agradecer al Señor Cardenal sus palabras. Es muy significativo que mi última visita en Lima sea esta, a un pueblo joven que se llama « Villa El Salvador ».

He escuchado con mucha atención las palabras de vuestros representantes, un hombre y una mujer, miembros de una familia. He escuchado con gran atención y veo que aquí hay hambre de Dios; hambre que constituye una verdadera riqueza, la riqueza de los pobres que no se debe perder con ningún programa. No se puede substituir el bien de Dios, que es el más grande, con ningún otro bien. A vosotros, hambrientos, os deseo un hambre de Dios cada vez mayor.

Hay aquí hambre de pan. Por eso el Señor nos ha enseñado a rezar : <(El pan nuestro de cada día dánosle hoy ». Hay que hacer todo lo posible para llevar ese pan de cada día a los hambrientos. Es una obligación de la sociedad peruana para el bien del Perú; no puede faltar el pan de cada día en los « pueblos jóvenes»; es un derecho de sus pobladores, derecho que expresamos en la oración, cuando recitamos el padrenuestro.

A vosotros los habitantes de « Villa El Salvador », a todos los pueblos jóvenes del Perú, yo deseo que el hambre de Dios permanezca; que se resuelva el problema del hambre; que se encuentren los medios para dar a todos el pan. Pero yo os deseo que estéis hambrientos de Dios y no sóìo del pan de cada día. Sea esta mi última palabra, alentando a la vez a la iglesia a cumplir esa misión para bien de vuestra Patria.

¡ Alabado sea Jesucristo !

* * *

Iquiti, ad autochtones habita.*

((Haced discípulos a todas las gentes ».

1. Jesús, al final de su misión, antes de volver al Padre, da à los Apóstoles sus últimas disposiciones : « Me ha sido dado todo poder en el cielo y en la tierra. Id, pues, y haced discípulos a todas las gentes bautizándolas en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo » -[1]

Los sucesores de los Apóstoles, y en primer lugar los Sucesores de San Pedro, reciben una obligación permanente en virtud de este último mandato de su Maestro y Señor.

Por ello dan una importancia particular al encuentro que hoy tenemos durante esta peregrinación apostólica por tierras de América Latina y del Perú.

Doy gracias al Eterno Padre, porque puedo estar aquí entre vosotros. Y os expreso mi alegría, porque los mensajeros del Evangelio de Jesucristo han llegado a esta zona y han traído la gracia del bautismo a sus habitantes, la mayor riqueza existente entre estos extensos bosques, porque sois imagen de Dios.

2. Llegado a esta inmensa y exuberante selva amazónica, surcada por los grandes ríos que se adentran en varios países, quiero extender mi más cordial saludo a todos sus habitantes.

En primer lugar al Pastor de esta ciudad de Iquitos que me acoge, sucesora del poblado que inciara, hace 224 años, el misionero Padre José Bahamonde, con la intención de evangelizar a los naturales de estas tierras, que han legado su nombre a la ciudad.

Mi saludo se extiende también a todos los habitantes del Vicariato Apostólico de Iquitos, lo mismo que a los Pastores y fieles de los Vicariatos de San José del Amazonas, Jaén, Yurimaguas, San Ramón, Requena, Madre de Dios, Pucallpa y de la Prelatura de Moyobamba.

Junto con los Pastores, doy mi más cordial saludo a los Padres agustinos, franciscanos, dominicos, jesuítas, pasionistas y de la sociedad de Misiones Extranjeras de Quebec, así como a los 16 Hermanos, a las 182 religiosas y 16 laicos misioneros que despliegan su actividad en estas tierras amazónicas. Saludo también a las Autoridades civiles y militares.

Pero de manera muy especial quiero saludar a los aproximadamente

*** Die 5 m. Februarii a. 1985.**

[1] ***Mt* 28, 18.**

250.000 habitantes nativos que viven entre los dos millones de pobladores de la Amazonia peruana. Sé que ellos formam 12 familias lingüísticas y 60 grupos étnicos. Querría, por ello, que mi saludo llegara a cada miembro de esos grupos, entre ellos los Campa-Asháninca, Aguaruna-Huambisa, Cocama-Cocamilla-Omagua, Quichua-Lamista, Shipibo-Conibo, Machiguenga-Napo, Chayahuita, Ticuna, Amusha, Candoshi y Piro. Mi saludo también a los presos y leprosos, cuyos mensajes he recibido y agradezco cordialmente.

Me alegra profundamente encontrarme con vosotros, que representáis a tantas y tan diversas comunidades nativas del Perú. Pero todas hermanadas en « un solo Señor, una sola fe, un solo bautismo, un solo Dios y Padre de todos, que está sobre todos, por todos y en todos » .[2] He querido venir hasta aquí, para deciros que el papa siente profundo afecto por vosotros, precisamente porque por mucho tiempo habéis sido los más olvidados. Gracias ante todo por haber venido a este encuentro con el Papa. Conozco las dificultades, los largos e incómodos recorridos por ríos y trochas que habéis tenido que hacer muchos de vosotros.

3. Continuando los pasos de los abnegados misioneros, que desde el principio de la evangelización vineron a buscaros para anunciaros la Buena Nueva del Evangelio, llega hoy a vosotros el Papa. En su corazón sigue resonando el mandato de Jesús : « Id. Haced discípulos a todas las gentes » .[3]

Entre esos destinatarios del mensaje de Jesucristo estáis vosotros, porque para el Papa y para la Iglesia no hay distinción de razas ni de culturas, ya que ante Dios no hay griego, ni judío, ni esclavo, ni libre, sino que Cristo es todo en todos.[4]

Vengo, pues, a vosotros para recordaros las enseñanzas de Jesús, nuestro Señor y Salvador, el Hijo de Dios que se hizo hombre como nosotros para redimirnos; que nació como niño en Belén; que predicó lo que hemos de creer y cómo hemos de comportarnos; que murió libremente por nuestros pecados, resucitó y nos ofrece la vida qué no acaba nunca, la vida eterna, si cumplimos lo que El nos manda; que fundó la Iglesia bajo la guía de San Pedro y sus Sucesores, y sigue presente en ella; que nos dejó como compendio de su mensaje el amor a Dios y el amor a los demás.

[2] ***Ef* 4, 5.**

[3] ***Mt*** 28, 18.

[4] Of. *Col* 3, 9-11.

Ese mismo Jesús quiso hacerse nuestro hermano; y nos enseñó la verdad admirable de que quienes recibimos el bautismo, nos convertimos en hijos de Dios.[5] Precisamente para darnos ese insospechado don de la filiación divina y alcanzarnos la libertad de los hijos de Dios, hoy Jesucristo manda hacer discípulos suyos a todos los pueblos, bautizándolos en el nombre del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo.[6] Y para que puedan ser fieles a El y lograr así la vida eterna, El ordena a sus Apóstoles que instruyan a todas las gentes « enseñándoles a guardar todo lo que yo os he mandado ».[7]

4. Esa libertad de los hijos de Dios en Cristo —lograda mediante la liberación de la esclavitud radical del pecado— y la dignidad de todo hombre como imagen de Dios con destino eterno, arrastra y clama por la liberación de otras lacras de orden cultural, económico, social y político que, en definitiva, derivan del pecado, y constituyen serios obstáculos para que el hombre viva según su dignidad de hijo de Dios.[8]

El Dios y Padre de Nuestro Señor Jesucristo, es vuestro Dios y Padre. El ha estado siempre entre vosotros, aunque no le hayáis conocido desde siempre. En El se halla la raíz suprema de vuestra dignidad como hombres que El ama, que quiere ver cada vez más dignos, ((para que Cristo pueda recorrer con cada uno el camino de la vida, con la potencia de la verdad acerca del hombre y del mundo, contenida en el misterio de la Encarnación y de la Redención, con la potencia del amor que irradia de ella ».[9]

De ahí que debáis preocuparos por un justo progreso en vuestra vida, por la defensa de vuestros derechos, pero haciéndolo como Cristo nos ha mandado,[10] nunca inspirados por el odio, sino por el amor. Por eso, al defender vuestros legítimos derechos no podéis considerar a nadie como enemigo.

Sé que tenéis sufrimientos; porque siendo poseedores pacíficos desde tiempo inmemorial de estos bosques y « cochas)), veis con frecuencia despertarse la codicia de los recién llegados, que amenazan vuestras reservas, sabedores de que muchos de vosotros carecéis de títulos escritos en favor de vuestras Comunidades, y que garanticen legalmente

[5] Cf. *Rom* 8, 21.

[6] Cf. *Mt* 28, 19.

[7] *Mt* 28, 20.

[8] Instrucción de la S. C. para la Doctrina de la Fe, *Libertatis nuntius,* Introducción.

[9] *Redemptor hominis,* 13.

[10] Cf. *Mt* 28, 20.

vuestras tierras. Conforme a las leyes del Perú y a vuestros derechos ancestrales, hago también mío el pedido hecho por vuestros Obispos de la Selva, a fin de que se os otorguen —sin cargas ni dilaciones injustificadas— las titulaciones que os corresponden.[11]

Pero no podéis cerraros a los demás. Abrid las puertas a quienes se acercan a vosotros con un mensaje de paz y con las manos dispuestas a ayudaros. Entrad en comunicación con otras culturas y ámbitos más amplios, para enriqueceros mutuamente sin perder vuestra legítima identidad. Dejaos iluminar por el Evangelio que purifica y ennoblece vuestras tradiciones. No consideréis una pérdida el abandono de aquello que os alejaría de lo que Cristo enseña[12] y, por tanto, de alcanzar una vida digna de los hijos de Dios. Por eso, como vosotros mismos lo tenéis experimentado, no puede verse como atropello la evangelización que invita con respeto a abandonar falsas concepciones de Dios, conductas antinaturales y aberrantes manipulaciones del hombre.[13]

Defended, sí, vuestros bosques, vuestras tierras, vuestra cultura como algo que legítimamente os pertenece, pero sin olvidar la común condición de hijos de un mismo Dios, que repudia la violencia, la venganza, los odios. Ved en las otras razas, pueblos y gentes que comparten vuestro mismo cielo, ríos y bosques lo que son de verdad : hermanos en Cristo, rescatados por su preciosa Sangre, llamados con vosotros a una convivencia en paz. Así también debéis ser apreciados vosotros por los demás : como hijos de Dios, miembros de la única Iglesia, hermanos entre hermanos.

5. En ese camino de elevación humana a la luz de Cristo, sé que reviste gran importancia, aunque menos aparente, el problema de la educación para vuestras comunidades nativas. No obstante el esfuerzo que realizan tanto los organismos públicos competentes, como las instituciones católicas y de otras denominaciones religiosas, falta a veces una digna y eficaz atención a las concretas necesidades educativas de las comunidades nativas.

En vuestra realidad existencial se da una pluralidad de culturas y grupos étnicos que son a la vez riqueza, problema y reto, como expresaron los Obispos del Perú en su Carta Pastoral de 1982 sobre « Formación Integral de la fe dentro del contexto cultural y educativo

[11] Carta Pastoral, marzo 1982, 32.

[12] Cf. *Mt* 18, 20.

[13] Cf. Discurso a los nativos de Guatemala, Quezaltenango 7 marzo 1983, 3.

peruano ». Es a este reto al qne debe responder la sociedad y la propia Iglesia en el Perú.

Por estas razones, pido a los gobernantes, en nombre de vuestra dignidad, una legislación eficaz, cada vez más adecuada, que os ampare eficazmente de los abusos y os proporcione el ambiente y los medios necesarios para vuestro normal desarrollo.

6. Estos son los caminos hacia los que nos orientaba Nuestro Señor Jesucristo, al proclamar en Galilea las palabras que siguen obligando en cada época histórica : bautizad a todas las gentes « enseñándoles a guardar todo lo que yo os he mandado)).[14]

Con profundo amor hacia vosotros os exhorto también a no deteneros sólo en vuestra elevación humana y en las mejoras sociales. Esforzaos también por ser buenos cristianos y en observar los preceptos del Señor. Formaos en las exigencias morales y religiosas. No os dejéis llevar a la embriaguez. No sucumbáis al terrible a inmoral flagelo del consumo y tráfico de la droga. No olvidéis, sobre todo, el precepto distintivo del cristiano : ((que os améis los unos a los otros, como yo os he amado)).[15] El Papa os quiere felices y para serlo es preciso decir no a todo lo que nos aparta de Dios, y decir sí a todo lo que el Señor nos pide guardar.

Para conocer y seguir mejor el camino cristiano, no olvidéis la explicación de la catequesis, asistid a la Misa dominical; acercaos a los sacramentos; rezad vosotros y enseñad a vuestros hijos las oraciones fundamentales que habéis aprendido, como el padrenuestro, el gloria, el credo, el avemaria ; cuidad la formación y salud de vuestro espíritu, procurando conocer y practicar todo lo que el Señor nos ha mandado.[16]

Conozco asimismo, y me causa un profondo dolor, la insuficiente atención que podéis prestar a vuestra salud corporal por la falta de médicos y medios para conservar sanas vuestras vidas. Por ello querría pedir al resto del país que no olvide esta zona, necesitada de tantos profesionales que impulsen su progreso espiritual y material.[17] Queda mucho por hacer en estas inmensas extensiones para bien de todos.

7. También a vosotros queridos colonos, que venís de otros lugares del Perú en búsqueda de nuevas tierras de cultivo, os invita Jesús a guardar todo lo que El os ha mandado.[18] Tenéis derecho a compartir el

[14] *Mt* 28, 20.
[15] *Jn* 13, 34.
[16] Cf. *Mt* 28, 20.
[17] Cf. Instrucción de la S. C. para la Doctrina de la Fe, *Libertatis nuntius,* XI, 14.
[18] Cf. *Mt* 28. 20.

don de Dios que es la tierra, pero no olvidéis que ese derecho tiene un límite, que está donde empieza el derecho de los demás; y en primer lugar el de los nativos y ribereños, aunque no posean títulos legales, si os consta que han sido tierras ocupadas desde hace tiempo por sus familias y comunidades. Demostrad con vuestra presencia y conducta el valor de la doctrina de la fe que por herencia habéis recibido de vuestros padres.

Quiero que sepáis que siento también vivo afecto por vosotros. Sé que muchos habéis dejado con dolor vuestras tierras de origen, para venir a tierras muy diferentes a buscar medios de subsistencia, ante fenómenos de sequía o de agotamiento de los suelos. Que el legítimo afán por lograr vuestras aspiraciones no os haga olvidar vuestra riqueza interior : la fe y vuestras tradiciones religiosas y familiares.

La Iglesia os mira con profunda simpatía y espera mucho de vosotros en su tarea evangelizadora. Que el amor de la tierra os lleve siempre hacia Dios y hacia la ayuda a vuestros hermanos de la Selva con quienes vais a convivir.

8. Al saludar ahora muy afectuosamente a los « ribereños)) que constituyen la mayor parte de la población amazónica, vienen de nuevo a mi mente las palabras del Maestro : Id y haced discípulos a todos los pueblos, enseñándoles todo lo que yo os he mandado.[19] En efecto, sé que entre vosotros hay no pocos laicos cristianos que han acogido con entusiasmo las palabras de Jesús. Son los que llamáis con el significativo nombre de « Animadores de Comunidades Cristianas », que comparten la responsabilidad de la Catequesis y de la Evangelización con vuestros Obispos, Sacerdotes y Religiosas. Conozco cómo tratáis de vivir más plenamente la fe, comprometiéndoos con vuestras comunidades en todo lo que contribuye a su desarrollo y crecimiento, para hacerlas verdaderamente cristianas.[20]

Os expreso el vivo agradecimiento y aliento de la Iglesia en vuestro precioso trabajo, y confío en que vuestras comunidades se abrirán al llamado del Señor, que invita a sus hijos al pleno servicio eclesial, al ministerio sacerdotal y a la vida consagrada. Para esto, haced que vuestras familias, santificadas por el sacramento del matrimonio, se conviertan en lugares de oración y de vida cristiana —en iglesias domésticas—, donde sea posible escuchar la voz del Señor a través de la vocación sacerdotal y religiosa.

[19] Cf. *Mt* 28, 19 s.
[20] Cf. Carta Pastoral de los Obispos de la Selva, 1982, 8.

9. Por ultimo, permitidme que en nombre de Cristo exprese mi más vivo reconocimiento a los misioneros. Ellos, dóciles al mandato del Señor <(id, pues, y haced discípulos a todas las gentes » ,[21] han sido los pioneros de la fe, desde el Padre Gaspar de Carvajal venido como capellán de la expedición de Orellana, hasta nuestros días. Ellos, con el contacto humano respetuoso de vuestras culturas, os han predicado el Evangelio, aun a costa de grandes sacrificios ; y con la prueba mayor de afecto que es dar incluso la vida por los amigos.[22] ¡ Cuántos de ellos* en tiempos pasados y recientes, han dejado aquí sus vidas ! Desde el primer momento os buscaron en nombre del Señor, os defendieron en momentos de persecución y organizaron vuestras forma de vida y cultura. Las reducciones de Maynas, el ejemplo del Padre Samuel Fritz y la obra de vuestros padre en la fe hoy, dan buen testimonio de ello. En ese sentido intenta moverse la Coordinación Pastoral de la Selva y los esfuerzos del Centro Amazónico de Antropología y Aplicación Práctica.

A vosotros, misioneros de la Selva peruana, comenzando por los amados Hermanos en el episcopado, quiero expresaros todo mi aprecio, estima y aliento, por ser la avanzada de la Iglesia en la zona más difícil de comunicación y ambiente de esta tierra generosa. Gracias por vuestra entrega, gracias por vuestro abnegado sacrificio, gracias por vuestra vida de servicio eclesial y humano.

Sé de vuestros afanes por estudiar y encarnar el mensaje cristiano en la realidad misma de la vida de los naturales de esta Selva. Esa es la línea de inculturación —de la que hablé en otras ocasiones[23]— necesaria para que el Evangelio penetre, respetando y potenciando las culturas. Todo lo que hagáis en ese sentido será bienvenido en la Iglesia.

Recordad siempre que vuestra presencia aquí —lo sabéis bien— tiene como razón de ser el anuncio del Evangelio por voluntad de Jesucristo : ((Id por todo el mundo predicando la buena noticia a toda la humanidad » .[24] Sois misioneros, sacerdotes o religiosos que dais cumplimiento al mandato de Cristo de evangelizar a todas las gentes. Sois ministros de Cristo y dispensadores de los misterios de Dios,[25] sois religiosos antes que antropólogos, lingüistas o sociólogos. Sois mensajeros

[21] ***Mt* 28, 19.**
[22] **Cf. *Jn* 15, 13.**
[23] **Cf. *Familiaris consortio,* 10.**
[24] ***Me* 16, 15.**
[25] **Cf. *1 Cor* 4, 1.**

de amor y de unidad entre los pueblos y los diversos grupos lingüísticos. Por eso, en vuestra actuación toda, no os dejéis parcializar por ningún grupo y evitad que vuestra entrega a los más pobres os lleve al « servicio de causas que no son precisamente evangélicas, y llevan más bien là marca de colores políticos que desvirtúan la sublimidad de nuestra misión ». *

El mensaje que lleváis tiene entraña universal : « amaos los unos a los otros, como yo os be amado *y).*[27] Una meta de vuestra labor es conseguir la unidad de una población compuesta por seres humanos de tan diversas culturas, como sucede también entre vosotros que habéis dejado vuestras tierras lejanas tan dispares.

En la búsqueda de esa unidad irán surgiendo Comunidades nativas, Iglesias jóvenes en plena comunión con sus Pastores y con la Sede Apostólica, que se unirán en la alabanza a Dios y en el amor a los hermanos. Iglesias que, como toda la Iglesia en el Perú no pueden cerrarse en sí, sino que han de abrirse —como prueba de madurez y generosidad— al impulso misionero también en otras partes. Estos son vuestros deseos, en esa dirección van vuestros esfuerzos y oraciones, por eso os empeñáis justamente en la obra de suscitar nuevas vocaciones. Sabed que a vuestras voces y plegaria se une la mía, para que prosigáis en la labor comenzada.

10. Al concluir esta visita, dedicada a todo el pueblo creyente de la Amazonia, dejo el Perú, tierra engarzada por santuarios dedicados a la Madre de Dios.

A Ella, a María, Reina de la Selva Amazónica, encomiendo las intenciones y necesidades de los responsables de la fe y pueblo todo de esta extensa área geográfica. Ella os proteja y acompañe. Ella os dé aliento y os haga sentir la gran serenidad y confianza que derivan de la palabra de Jesús : Id, predicad a todas las gentes, bautizándolas. « Y he aquí que yo estoy con vosotros todos los días hasta el fin del mundo)).[28]

Yaya kankunawa kachu (quechua)
Apajui atumjei puj usti (aguaruna)
Aviró.

[26] **Carta Pastoral de los Obispos de la Selva, marzo 1982, 15.**

[27] ***Jn* 15, 15.**

[28] ***Mt* 28, 20.**

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

AUSTRALIA

DECRETUM

Visitator Apostolicus pro fidelibus Graecis Melkitis Catholicis in Australia degentibus nominatur.

Fideles ritus Byzantini Melkitarum, qui propria in Oriente, maxime recenti tempore gravissimo saeviente bello in Libano, relicta domo, alias in partes terrarum migraverunt, Sedes Apostolica constanti sollicitudine prosecuta est.

Nuper autem, ut cognitum est, per Constitutionem Apostolicam « Regimini Ecclesiae Universae », Paulus, beatae memoriae, Papa VI decrevit, ut Congregatio pro Ecclesiis Orientalibus « in ipsis territoriis Latinis sedula cura, etiam per Visitatores, invigilaret nucleis nondum ordinatis fidelium Rituum Orientalium» (num. 44).

Tali praescripto nisus, ac felici experimento habito ex simili provisione in aliis nationibus, Patriarcha' Antiochenus Graecorum Melkitarum Catholicorum una cum sua Synodo iterum proposuit, ut Visitator Apostolicus pro Australia deputaretur.

Haec vero Congregatio, omnibus mature perpensis, Summo Pontifici supplicandum censuit, ut huiusmodi Visitatorem Apostolicum nominare dignaretur.

Summus Pontifex Ioannes Paulus, divina Providentia Papa II, die 30 mensis Iulii hoc vertente anno, benigne officium Visitatoris Apostolici ad referendum, absque iurisdictione et ad nutum Sanctae Sedis, Archiepiscopo titulo Apameno in Syria P. D. Ioanni Mansour commisit, cum omnibus iuribus et obligationibus tali muneri adnexis, iussitque hoc Decretum fieri.

Visitatoris Apostolici erit invisere fideles Graecos Melkitas catho-

lieos in variis Australiae dioecesibus Latini ritus commorantes ad eorum spirituali bono melius consulendum.

In suo exsequendo munere Visitator Apostolicus procedet collatis consiliis cum Praeside Conferentiae Episcopalis Australiae necnon cum singulis Episcopis dioecesanis.

Munere tandem expleto, de statu fidelium Graecorum Melkitarum catholicorum, de provisionibus peractis aut peragendis, diligentem et solertem relationem huic Congregationis mittendam curabit.

Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Congregationis pro Ecclesiis Orientalibus, die 30 mensis Iulii anno 1985.

LADISLAUS Card. RUBIN, *Praefectus*

L. S S .

83 Miroslaus Marusyn, Archiep. tit. Cadëon., *a Secretis*

In Congr. pro Eccl. Orient, tab. n. 26/80.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

MALACEN.-GIOHOREN.

DECRETUM

De nominis mutatione.

Exc.mus ac Rev.mus Dominus Renatus Raphaël Martino, Archiepiscopus titulo Segermitanus et Apostolicus in Malaysia et Bruneio Delegatus, proposuit huic sacro Consilio Christiano Nomini propagando, ut praesens denominatio dioecesis Malacensis-Giohorensis — die duo de vicesimo mensis Decembris a. D. 1972 a Summo Pontifice Paulo VI, v. m. per Constitutionem Apostolicam « Spe certa ducti» conditae — ita permutaretur ut deinceps, iuxta novam denominatione!» ab Auctoritatibus civilibus in Malaysia determinatam, nuncuparetur *MelaJcana-Giohorana,* seu vulgo *Melaha-Johor.*

Itaque, sacrum hoc Dicasterium, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo divina Providentia PP. II concessarum, supermemoratam propositionem, ad quamlibet ambiguitatem semovendam profuturam, audito Exc.mo Ordinario loci, accipiendam censuit, adprobavit, ac praesens ad rem Decretum confici et expedire iussit.

Datum Romae, die vicesima septima mensis Maii anno Domini 1985.

IOSEPHUS Card. TOMKO, *Praefectus*

L. © S.

Titianus Scalzotto, *Subsecretarius*

In Congr. pro Gentium evangel. tab., n. 2896/85.

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

i

MATRITEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Iosephi Mariae Rubio Peralta, Sacerdotis professi Societatis Iesu.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Dei famulus Iosephus Maria Rubio Peralta ortum duxit die 22 mensis Iulii, anno 1864, in pago cui nomen Dalias, dioeceseos Granatensis. Societatem Iesu ingressus, insignia apostolatus opera et instituit et potenter stimulavit atque inflammavit. Eximius praedicator, multos ad fidem traduxit atque excoluit. In caelum, meritis et virtutibus dives, migravit die 2 Maii anni 1929. Eum autem heroicas excoluisse virtutes Ioannes Paulus Papa II, servatis omnibus de iure servandis, sollemniter declaravit die 12 mensis Ianuarii a. 1984.

Ut eidem Venerabili Servo Dei honores decernerentur Beatorum Caelitum, Causae actores unam, prouti recens conditum ius requirit, sanationem, quae eodem intercedente divinitus patrata ferebatur, Apo-

stolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt. Agitur nempe de Maria Victoria Guzmán Gaseo, puellula tertium aetatis annum agente, quae, invocata Venerabilis Iosephi Mariae Rubio Peralta caelesti ope, a septicaemia cum gravissimo statu toxico-infectivo, die 8 mensis Martii a. 1953, statim ac perfecte convaluit.

Qua super sanatione instructus est anno 1967 apud curiam archiepiscopalem Matritensem, auctoritate quidem apostolica, processus, de cuius iuridica forma et vi decretum Sacrae huius Congregationis exiit die 11 Aprilis a. 1970. Consilii medici eiusdem Congregationis die 27 mensis Iunii anno 1984 celebrata est sessio, in qua diligenter eamdem scientia medica explicari quoad modum non posse censuit. Disceptatio deinde secuta est theologorum, et quidem primum, die 27 Novembris eodem anno, in Congressu Peculiari Patrum Consultorum, moderatore Fidei Promotore; postea, die 5 Februarii a. 1985, in Ordinaria Patrum Cardinalium Congregatione, ponente Em.mo ac Rev.mo Silvio Oddi. Et in utroque Coetu, tum Patres Consultores tum Patres Cardinales dubio num de miraculo constaret, affirmativum suffragium singuli tulerunt. Facta postmodum Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis rata habens, mandavit ut decretum super praedicta mira sanatione conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Silvio Oddi, Causae ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater pronuntiavit : *Constare de uno miraculo divinitus patrato. Venerabili Servo Dei Iosepho Maria Rubio Peralta, sacerdote professo Societatis Iesu, intercedente, scilicet de instantánea, perfecta ac constanti sanatione Mariae Victoriae Guzmán Gaseo u septicaemia aetiologiae non determinatae, cum statu toxico-infectivo.*

Hoc autem Decretum promulgari et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Martii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II

MESSANEN.

Canonizationis Beatae Eustochiae Calafato, Virginis Clarissae, fundatricis Monasterii Montis Virginis in urbe Messana.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sancta Clara Assisiensis, claris praeclara meritis « emicuit in hoc saeculo; in religione praefulsit; in domo illuxit ut radius; in claustro coruscavit ut fulgor ; emicuit in vita ; post mortem irradiât ; claruit in terra, in caelo relucet » (Alexander IV, Bulla Canon. *Clara claris praeclara,* in « Bullarium Romanum », III, 620). Mirabilis haec mulier, fidelis Christi famula, in suo testamento scripsit : « Moneo et hortor in Domino Iesu Christo omnes Sorores meas, quae sunt et venturae sunt, ut semper studeant imitari viam sanctae simplicitatis, humilitatis et paupertatis, ac etiam honestatem sanctae conversationis, sicut ab initio nostrae conversionis ad Christum edoctae fuimus a beato Patre nostro Francisco : ex quibus, non nostris meritis, sed sola misericordia et gratia largitoris, ipse Pater misericordiarum, tam his quae longe sunt, quam his quae prope, bonae famae semper sint in odorem ».

Eiusmodi sapientes hortationes bene et utiliter acceptae sunt a beata Eustochia Calafato, cuius vitae sunt multae cum vita S. Clarae similitudines; namque, eius exemplum secuta, mundo omnino renuntiavit et bona terrena deposuit ut uni Domino serviret in paupertate voluntaria; eius exemplum secuta, multum contendit ut suam vocationem teneret et, sancta cum perseverantia, suos dies in silentio, in paenitentia, in rerum caelestium contemplatione egit; eius exemplum secuta, facta est mater spiritualis et exemplar perfectionis multis filiabus, quas caritate dilexit et ad Christi imitationem atque ad fidelitatem erga Ecclesiam incitavit.

Beata Eustochia, nobile vas odoramentorum plenum, numquam saeculorum cursu bonum Christi odorem desiit exhalare, et temporibus quoque nostris, eximiarum eius virtutum memoria est quasi nardus, qui fragrantia olet, et ignis splendens in tenebris.

Ea Messanae die 25 Martii a. 1434 nata est ex Bernardo Conno, cognominato Calafato et a Mascalda Romano, qui in sacro baptismatis fonte nomen ei indiderunt Smeraldam, praesagientes quodammodo eam futuram esse pretiosam margaritam regalis Christi coronae. Primas preces didicit, virtutis amorem et praesertim Iesu cruci affixi imprimis a matre, ferventi christiana, quae vehementer admirabatur disciplinam S. Francisci et discipula erat beati Matthaei Agrigentini, qui, sicut S. Bernardinus Senensis et S. Ioannes a Capistrano et S. Iacobus a Piceno, statuerat filios S. Francisci ad strictam Regulae disciplinam revocare.

Anno 1444, cum Beata tota in res spiritus incumberet, pater eam inscientem viduo maturo despondit, qui ex inopinato mortuus est antequam consilium ad effectum adduceretur. Interea caelestis Sponsus suaviter et fortiter trahebat ad se cor iuvenis Smeraldae, quae continua meditatione illuminata et precationibus ac paenitentia roborata, constituit terrestria omnia relinquere ut se totam Domino consecraret in vita religiosa; sed acriter ei repugnaverunt consanguinei, maxime pater. Hoc mortuo (a. 1448), ea censuit tenacem familiarium moram esse sibi fuga eorum vitandam, ut vitam solitariam ageret, sed est ex fuga retracta et domum reducta. Exeunte anno 1449 potuit tandem voti compos fieri et pervenire in Clarissas S. Mariae de Basico Messanae degentes, quae ei nomen imposuerunt Eustochiam : quod nomen cum honore tulit, quoniam bene supremum vitae propositum petivit, nempe Deum.

Inde a novitiatu eminuit pietate et egregiis virtutibus. Incredibili enim cura et ardore se paravit ad vivendum secundum suam vocationem, precationi, assiduae meditationi passionis Iesu, castigationi sui, ministerio religiosarum aegrotarum se addicendo ; et tantum in via perfectionis profecit, tamque insigniter et evidenter, ut Sororum sodalium admiratione et veneratione afficeretur. Non in sola sua perfectione acquiescens, Beata optabat totum monasterium summa Regulae observantia fulgere. Frustra nisa et conata ad severiorem disciplinam monasterium restituere, consilium cepit instituendi novam monasticam communitatem iuxta spiritum genuinum paupertatis Franciscanae et sub moderatione Fratrum Minorum Observantiae.

Omnibus permissionibus necessariis ecclesiasticis obtentis, anno 1460 se contulit una cum Religiosa Iacoba Pollicino et germana sorore Mita et iuveni nepti Paula, in vetus valetudinarium, quod est ad rationem monasterii accommodatum; sed ob varias difficultates, quae

supervenerint, aliam sedem invenit in vico Monte Virginis in eadem urbe Messana (a. 1464). Haec sedes, benefactoribus adiuvantibus, est convenienter amplificata et composita: ita ortum est monasterium Montis Virginis, quod multae animae nobiles et generosae ut ingrederetur postulaverunt ad vitam pauperem et evangelicam vivendam: sicut soror Mita secuta erat exemplum S. Agnetis Assisiensis, ita Mascalda, quemadmodum Hortulana, mater S. Clarae, exemplum filiarum secuta se Domino consecravit.

Beata primum electa est abbatissa anno 1464; quo munere, alternis vicibus, cum fideli Sorore Iacoba, iuncta est usque ad mortem. Monasterium rexit magna cum prudentia et assidua cum diligentia, curam adhibens praesertim de formatione religiosa suarum sodalium, quas materna bonitate amabat et hortabatur, tum exemplo tum fervidis incitamentis, ad amorem Crucis, paupertatis, paenitentiae, quasque, earum perfectionis studiosissima, volebat iunctas esse mutua pace et caritate, et sapientibus consiliis, ardentibus precationibus et toleratis incommodis innumerabilibus adiuvabat.

Beatae Eustochiae, aptissima nobis verba esse videntur, quae de S. Clara dicta sunt : « Huius vita erat aliis eruditio et doctrina. In hoc libro vitae, caeterae vivendi regulam didicerunt. In hoc vitae speculo, reliquae vitae semitas inspexere. Corpore namque sistebat in terra, sed animo versabatur in caelo ; humilitatis vasculum, armarium castitatis, caritatis ardor, dulcior benignitatis, patientiae robur, nexus pacis et familiaritatis communio ; mitis in verbo, lenis in facto, et in omnibus amabilis et accepta» (Alexander IV, ***ibid.,*** 622).

Monasterium illud et urbs Messana quasi collustrabantur splendore eius fidei et purissimae ac ardentis caritatis, quam alebat die noctuque precatione, meditatione Sacrarum Litterarum, amanti contemplatione incarnationis et passionis Christi, fervida et indefessa adoratione SS.mae Eucharistiae, continentibus et acerbis paenitentiis, studiosa animarum cura, vitae Ecclesiae societate. Magni fecit liturgiam, ofiîcium divinum et pietatem erga Virginem Mariam, quam vix monasterium ingressa matrem sibi elegerat. Per omnia studuit ut gloriam Dei prosequeretur, nec aliud cupivit, quam ut abdita lateret in corde Christi, gaudii sui, refugii sui. Per totam suam vitam consecratam continuos progressus fecit in exercitio virtutum christianarum et religiosarum, estque donis et charismatibus peculiaribus exornata et mystica experta.

Qua re, Sponso qui eam ad aeternas nuptias vocavit die 20 mensis Ianuarii anno 1485, obviam facta est cum lampade accensa et magna olei copia ; eiusque spiritualis hereditas recepta est et pie conservata a quinquaginta fere Sororibus, quae eam secutae erant et sanctitatem eius miratae.

Aliquot post dies quam est ei sepultura tributa, apud eius tumulum et in eius corpore res mirabiles factae sunt, unde initium duxit diffusa et popularis pietas erga eam. His factis impulsae et a personis ecclesiasticis et laicis sollicitatae, Sorores Montis Virginis veneratae suae conditricis et matris vitam conscripserunt, cum interim fidelis socia Soror Iacoba, per duas epistulas, miras et alacres memorias de ea mitteret ad abbatissam monasterii S. Luciae Fulginensis, quibus enarrabat quae graviora, clariora et sanctiora notaverat in Beata Eustochia. Interea populus Dei multimodis et variis in casibus experiebatur Beatam multum precibus valere apud Deum, bonorum omnium largitorem. Non desinente fama sanctitatis et miraculorum, anno 1640 in archidioecesi Messanensi adornatus est prior Processus Ordinarius de vita et miraculis; quem alter secutus est anno 1779 super fama et cultu. Causa introducta apud Sanctam Sedem « super casu excepto)), Summus Pontifex Pius VI, die 14 mensis Septembris anno 1782, cultum « ab immemorabili » approbavit, et die 13 mensis Novembris eodem anno facta est facultas celebrandi Missam et Officium Divinum in archidioecesi Messanensi et in Ordinibus Fratrum Minorum et Fratrum Minorum Conventualium. Anno 1966 Causa est resumpta spectans ad canonizationem, coniecti miraculi gratia, de quo instructus est Processus Messanae, et apud Congregationem pro Causis Sanctorum anno 1971 transmissus.

Cum autem, ut ad canonizationem gressus fieri possit, in praesenti Causa, praeter canonicam miraculi approbationem, requiratur etiam argumentatio virtutum Beatae, heroum in modum exercitarum, de quibus antea non fuit disceptatum, apparata est ((Positio super virtutibus » ex officio concinnata, quae agitata est, faventi cum exitu, a Consultoribus Historicis die 27 mensis Octobris anno 1976 ; etiam Consultorum Theologorum deliberatio in Congressu -Peculiari die 18 mensis Decembris habito anno 1984, agnovit Beatam Eustochiam virtutes exercuisse heroum in modum. Idem professi sunt Patres Cardinales in Congregatione Ordinaria, quae facta est die 19 mensis Februarii anno 1985, ponente Em.mo Cardinali Francisco Carpino.

Facta postmodum de hisce omnibus Ioanni Paulo Papae II fideli per subscriptum Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua mandavit ut decretum super virtutibus heroicis praedictae Beatae appararetur.

Quod cum rite esset factum, hodierno die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto et Francisco Carpino, Causae ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate cum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis in gradu heroico, Beatae Eustochiae Calafato, Virginis Clarissae, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 Martii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. *B* S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

TRIFLUVIANEN.

Canonizationis Servi Dei Friderici Janssoone, Sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Terra illa, omnium terrarum Deo carissima, per quam prophetarum voces sonuerunt, in qua Christus est natus, vixit, mortuus est, ab inferis suscitatus, ascendit ad dexteram Patris, est tabernaculum unde ortus est sol iustitiae et veritatis ; templum, ubi summus et aeternus Sacerdos abolevit peccatum sui ipsius sacrificio; est arca, unde egressa est columba pacis ad extrema litora perventura. Ex ea Terra,

christianae doctrinae incunabula, vi Spiritus Sancti evangelium per mundum universum manavit, secundum consilium a Iesu significatum : « Eritis mihi testes et in Ierusalem et in omni Iudaea et Samaria et usque ad ultimum terrae » *(Act* 1, 8).

Praesentia Verbi vitae sancta nuncupata, illa Terra est etiam imago Ecclesiae et Regni Dei, ad quod omnes populi vocantur, ut possint plene participare bona a Messia allata. Ea Terra, ubivis gentium clara ob sacras aedes suas obque loca, quae miros eventus veteris et novi foederis ad sempiternam memoriam propagant, a christianis cuiuslibet nationis, quae sub caelo est, patrimonium animorum suorum semper habita est ; et regio est, quam innumerabiles peregrinantes frequentant, fide et pietate moti familiaritatem quodammodo quaesituri cum locis, in quibus peracta est historia communis salutis et Filius Dei caro factus habitavit in nobis (cf. *Io* 1, 14).

((Huiusmodi peregrinationes idcirco valuerunt ad fovendum concursui populorum diversam religionem profitentium, propterea quod ad illam beatissimam Terram, maxime vero Ierusalem, aspiciunt et confluunt tamquam ad suum cuiusque spirituale centrum, non solum christianae communitates, acatholicis haud exceptis, sed etiam Hebraeorum atque Muslinorum multitudines ... In huiusmodi rerum ad unum vergentium processu, commixta in Terra Sancta Christianorum, Hebraeorum et Muslinorum praesentia multum conferre potest ad concordiam et pacem ; idque nobis praesertim catholicis summi momenti est, quippe qui fore confidamus *futuram humanitatis sortem in illorum manibus reponi, qui posteris generationibus vivendi ei sperandi rationes tradere valent* » (Paulus VI, Adh. Ap. *Nobis in animo, AAS* [1974], pp. 183, 185-186).

Saeculo xin, non sine Providentiae consilio, Terram Sanctam attigit etiam inclitus Fratrum Minorum Ordo. ((Quo ex tempore Sancti Francisci filii in terra Iesu permanserunt, ut Ecclesiae illi inservirent et Loca christianorum Sancta custodirent,restituèrent, tu taren tur. Eorum quidem fidelitas erga Conditoris sui optata atque Sanctae Sedis mandata saepius fuit pulcherrimis mirabilis virtutis et magnanimitatis factis confirmata» *(ibid.,* p. 184).

Magnum cultum et industriam curam Terrae, quam Dominus semper invisit, a principio anni usque ad finem eius (cf. *Dt* 11, 12), ostendit Servus Dei Fridericus Janssoone, Sancti Francisci Asisinatis, altissimae palmae, splendidus nos.

Servus Dei natus est in pago *Ghyvelde,* intra fines dioecesis Insulensis, die 19 mensis Novembris anno 1838, a Petro et a Maria Isabella Bollinger, satis opulentis agricolis piisque christianis, multorum liberorum parentibus. Die 24 eiusdem mensis eodemque anno baptizatus est et Fridericus Cornelius appellatus. Ludos elementarios frequentavit in pago natali. Decem annos natus est patre orbatus ; anno 1852 primum Eucharistiam accepit : quo anno ephebeum municipii *Hazebrouch* ingressus est, dein se contulit ad Institutum Dominae Nostrae de Dunes Dunquercae, in quo et diligentia in studia posita et morum integritate eminuit. Verumtamen post tres annos coactus est ad ephebeum relinquendum et ad familiam repetendam ob mediocritatem rei familiaris in quam domus erat adducta: aliquantisper mercaturam fecit ut textilium circulator.

Matre mortua, mense Maio anno 1864 ingressus est novitiatum Ordinis Fratrum Minorum Ambiani situm. Ibi accurata educatione religiosa institutus est, cuius propria fuit austeritas magna. Die 18 mensis Iulii a. 1865 vota simplicia perpetua nuncupavit, sumpto nomine Friderico a S. Ivone, et anno 1868 vota sollemnia est professus. Die 17 Augusti anno 1870 sacrum presbyteratus ordinem suscepit, et statim profectus est veluti cappellanus militum, saeviente bello, quod Gallia cum Germania gerebat. Bello autem confecto, primum est Burdigalam missus, ut illic domum franciscanam conderet, deinde Lutetiam Parisiorum, ut in opus Terrae Sanctae incumberet.

Anno 1875 in Terram Sanctam missus — ubi fuit etiam illius Custodiae Vicarius — singulari industria egit pro peregrinatoribus, qui Palaestinam et Aegyptum petebant, et pro communitatibus religiosis ; scripsit etiam *Ordinem* ad dirigendas caeremonias religiosas in Terra Sancta accommodatum.

Anno 1881 in Canadam se contulit, stipem collecturus Locis Sanctis tribuendam. Postea in Palaestinam reversus, ibi mansit usque ad annum 1888; et etiam per eos annos multas sibi comparavit laudes, tum ob alacrem, indefessum et fecundum apostolatum quem exercuit, tum ob splendidam erga Franciscanam disciplinam fidelitatem. Anno 1888 missus est, uti Terrae Sanctae Curator seu Commissarius, in Canadam, ubi duodetriginta annos continuos mansit. In multiplici eius navitate magnum momentum habuit verbi Dei praedicatio, quod exercitiis spiritualibus, catechetica institutione, missionibus ad populum, sermonibus omne genus, quos habuit in omni parte magnae eius nationis,

divulga vit, crebra et dura itinera conficiens. Eius contiones, simplices et perspicuae, fervidae et ad persuadendum aptae, religionis plenae, cum doctrina Ecclesiae congruentes, magnum et felicem ubique exitum habebant et copiosos afferebant fructus, et clerum simul loci, simul multitudines, quae creberrimae concurrebant ad eum audiendum, inflammabant. Praedicationem tamen, quam semper singulari diligentia praeparabat quaeque manifesto adhaerescebat exemplo S. Alfonsi de Ligorio et S. Leonardi a Portu Mauritio, is fulciebat et confirmabat sanctissima vita, in qua fides impigra et ardens, continua cum Deo coniunctio, precationis, castigationis, paenitentiae studium eminebant. Nec minor eius sedulitas fuit in audiendis peccatorum confessionibus, in propagando spiritu Franciscano per institutionem variis in locis factam Tertii Ordinis aliarumque piarum consociationum ; in provehendis et fovendis sacris peregrinationibus ad sanctuaria communiter dicta « Notre-Dame du Cap » et « Sainte-Anne de Beaupré » ; in vulganda cognitione Locorum Sanctorum et in stipe pro his colligenda. Nec obliviscendum est ipsum vivam pietatem coluisse erga Eucharistiam, Passionem Domini et Virginem Mariam, et eandem multis et aptis instrumentis in populum diffudisse. Ut rerum divinarum et ecclesialium cognitionem augeret, non pauca opuscula et commentarios edidit, quibus de operibus catholicis, typis impressis, bene meruit et eius amor salutis animarum atque Ecclesiae triumphi, cuius se humilem et oboedientissimum filium profitebatur, tempore et spatio increbruit. Bonis omnibus terrenis neglectis, vitam egit aeternitatem exspectans, et forti atque aequo animo, difticultates et incommoda aspera obiit, quae ad eius labores apostolicos erant adiuncta; etiam corporis dolores, qui eius infirmam naturam excruciaverunt, cum tranquillitate et perfecta laetitia accepit, felix quod cum Christo opus maximum Redemptionis consociabat. Verbis et operibus is est testificatus se toto corde, tota anima, tota mente amore Dei flagrasse; in vita sua nihil aliud optavit, quam ut esset in caritate perfectus, ut innocentiam tueretur, quodlibet vitaret peccatum, maiore in dies sollertia praecepta Domini et leges sanctae Matris Ecclesiae servaret. Verus Christi discipulus, omnibus viribus pretiosum amicitiae eius thesaurum quaesivit, Eumque fortiter mundo significavit fulgore virtutum et indefatigabili cura regnum eius dilatandi. Apostoli Pauli exemplum secutus, omnia omnibus factus est ut aliquem quacumque ratione salvum faceret (cf. *1 Cor* 9, 22). Peculiarem curam adhibuit de pauperibus, de aegrotis deque peccatoribus, qui eum fratrem et patrem

semper accuratum, affabilem, promptum agnoverunt. Ministeria pastoralia, quibus populo Dei in Canada servivit, tanta fuerunt tamque diuturna, ut is haberi possit unus ex maximis eius nationis apostolis et ex iis, qui de eadem bene meruerunt. Idem habuit momentum eius opera in diffundendo et confirmando Ordine Franciscano in Canada; quin gentes illae, eius paupertate, humilitate, mansuetudine, munditia cordis et fervore spiritus illectae, existimabant seraphici Sancti Asisinatis eum perfectam referre speciem. Hoc commune iudicium bene fundatum erat ; namque is, etsi continuis et sollicitis curis apostolicis distentus, Regulam et spiritum Ordinis sui summa perfectione observavit.

Has ob causas Servus Dei iam vivus amplam et solidam opinionem sanctitatis habebat, quae, postquam de vita decessit die 4 mensis Augusti anno 1916 in conventu S. Ioseph Monte Regali seu Marianopoli, crescere et extendi perrexit.

In Curia Trifluvianensi in Canada, annis 1927-1930, instructus est Processus Ordinarius Informativus ; eodem tempore celebrati sunt duo Processus Rogatoriales : in Vicariatu Apostolico Aegypti (anno 1928) et in dioecesi Insulensi (anno 1929). Editis Decreto *super scriptis* (anno 1937) et Decreto *super Causae Introductione* (anno 1940), adornati sunt tres Processus Apostolici *super virtutibus in specie* : Trifluvii (annis 1946-1948), in Vicariatu Aegypti (anno 1949) et Insulae (annis 1948-1950). Consultores deinde Congregationis pro Causis Sanctorum in Congressu Peculiari die 15 mensis Ianuarii anno 1985 habito, et postea Patres Cardinales in Congregatione Ordinaria, die 5 Martii eodem anno, referente Eminentissimo Cardinali Silvio Oddi, professi sunt Servum Dei Fridericum Janssoone virtutes théologales, cardinales hisque adnexas heroum in modum exercuisse.

Facta postmodum de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II fideli relatione, Sanctitas Sua vota S. Congregationis excipiens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus Decretum appararetur.

Quod cum rite esset factum, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Silvio Oddi, Causae ponente seu relatore, meque antistite a Secretis Sacrae Congregationis, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, hodierna die Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servi Dei Fride-*

rici Jansoone, sacerdotis professi Ordinis Fratrum Minorum, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 21 mensis Martii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

B Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

MAIORICEN.

Canonizationis Servae Dei Franciscae Annae a Virgine Perdolente (in saec. : Franciscae Cirer Carbonell), Sororis Professae Instituti Sororum a Caritate.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Vix supremo inito pontificatu Papa Paulus VI in radiophonico nuntio ad ruris incolas misso dixit : ((Scimus agrorum incolas Deo esse propiores, eum sibi adesse, familiaribus suis, labori suo sentire, in silenti cuiusque diei antelucano, cum fervidum opus diem laboriosum manet; in rubenti meridie, sicut et in occasuum atque noctium sideribus illustrium placida quiete, quando animi vestri in conspectu Dei, facilius inclinant ad colloquium precationis cum Eo. Scimus Dominum sumere ex vobis, ex vestris christianis familiis, maiorem suorum sacerdotum partem, ut ex agris sumpsit aliquos eorum, qui historiae sanctitatis antiquae et recentioris maxime fuerunt exemplaria » (Paolo VI, *Insegnamenti di Paolo VI,* I [1963], 302).

Credimus in eiusmodi sanctitatis exemplaria ascribi posse etiam Servam Dei Franciscam Annam a Virgine Perdolente, quae a pueritia in operibus rusticis tempus insumpsit, in sudore vultus sui panem sibi comparans (cf. *Gen* 3, 19), cuius autem memoria nunc in benedictione

est quia, cum mulier esset simplex et litterarum rudis atque ignara, summa cura et peritia agrum coluit animae suae, quam, divina gratia adiuvante, in hortum irriguum convertit (cf. *Ier* 21, 12), omni virtute exornatum, Spiritus fructibus copiosum, qui, secundum Paulum apostolum, sunt gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia (cf. *Gal* 5, 22).

Tamquam de Serva Dei dicta haec Psalmi verba possumus putare : ((Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani succrescet. Piantati in domo Domini in atriis Dei nostri florebunt. Adhuc fructus dabunt in senecta, uberes et bene virentes erunt» *(Ps* 92, 13-15). In sua namque senectute, impulsa ardenti amore erga Ecclesiam et animas, novam condidit familiam religiosam, nempe Domum Sororum a Caritate. Ita Deus rursus ostendit se elegisse quae stulta sunt mundi, ut confundat sapientes, et infirma mundi se elegisse, ut confundat fortia, et ignobilia et contemptibilia se elegisse, et quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu Dei (cf. *1 Cor* 1, 27-29).

Serva Dei in pago, patrio sermone *Sencelles* appellato, intra fines dioecesis Maioricensis, kalendis Iuniis anno 1781 nata est ex Paulo Cirer et Ioanna Carbonell, piis agricolis, et in baptismate nomina ei indita sunt Francisca Maria Bonaventura.

A familia est utiliter ad sinceram et firmam educationem christianam informata. Nullam scholam frequentavit, nec legere didicit nec scribere ; sed vicissim penitus christianam doctrinam cognovit, adeo ut eam posset pueros pagi sui docere. Expers eruditionis humanae, discipula fuit diligens et docilis Spiritus Sancti, qui eam muneribus suis explevit, scientia locupletavit, quae aedificat, et manu duxit ad christianae perfectionis culmen. Cum versata esset in rebus, quae summum animae bonum contingunt, opportunis hortationibus et plus etiam vitae suae exemplo, probabilis magistra, populum suum efiicaciter instituit et modeste incitavit ad Christum imitandum.

Die 9 mensis Maii anno 1788 sacramentum Confirmationis accepit et anno 1791 primum Sanctissimam Eucharistiam sumpsit. Anno 1798 nomen dedit Tertio Ordini Franciscano, et verisimile est eam anno 1813 se aggregavisse Sodalicio SS. Sacramenti, paulo ante in illa paroecia constituto.

Serva Dei pueritiam et iuventutem egit curas conferens in familiam, in opera rustica, in religiones et caritatem exercendas, recta, quod ad animum attinebat, a parocho Gabriele Bestard (f 1810).

Peculiari cum gaudio et assiduitate ecclesiam paroecialem frequentabat, ubi diuturnis et piis adorationibus consistebat. Sanctae Missae cotidie intererat et Eucharistiae sacramentum recipiebat. Magna pietate colebat SS. Trinitatem, Passionem Domini, Virginem Perdolentem et Animas, quae purgatorio igni poenas peccatorum luunt. Libenter Rosarium Beatae Virginis recitabat et sabbatis ieiunabat. Sacerdos Ioannes Molinas, qui pagi *Sencelles* paroeciae praefuit ab anno 1838 ad annum 1872, haec de ea scripsit : « Iam a pueritia iter perfectionis Francisca arripuit, cumque nihil de his quae videntur desideraret, ut se totam caelesti Sponso devoveret, sanctimonialis effici vehementer optabat. At vero Deus illam in saeculo servare volens, ut per eam divitiam bonitatis ipsius omnibus notas faceret, a parentibus praepedita est ne religionem ingrederetur. Tunc ergo coepit Francisca, divinae prorsus obnixa voluntati, ardentius colere pietatis officia tum in rerum divinarum contemplatione tum in corporis maceratione, tum denique in sacramentorum frequentia, praesertim in sacra recipienda Eucharistia, qua sumpta ea animi satietate reficiebatur, ut nihil se iam indigere quam saepissime dictaret. Vix annos adolescentiae ingressa, invidus humani generis nostis suum in eam explevit odium et proelium commisit immane ; nam saepe numero eam raptabat, vulnera infligebat, angebatque vehementer; verum non secus ac oriente sole discedunt tenebrae, miris apparitionibus solabatur Christus sponsam suam ; imo et Deipara Virgo adiutricem sese ostendit in et iuvanda ac firmiore reddenda adversus universas diaboli insidias » *(Inquisitio Historica,* p. 86).

Familiarum suorum singulorum deinceps mortem passa est, primum quinque fratrum (annis 1788-1804), deinde matris (anno 1807) et patris (anno 1821). Cum sola fuit eique licuit libere sibi, bonis suis et tempori suo prospicere, impensius precationi et apostolatui se dedidit, nec tamen destitit agros colere suos, ex quibus suis manibus capiebat quae ei erant necessaria, quae fideli sociae Magdalenae Cirer Bennássar (f 1870), quae ad levandas pauperum miserias.

Etsi singularibus charismatibus instructa erat et secessibus mentis et animi a corpore abstrahebatur, quibus oculos aequalium invita in se convertebat, semper perstitit mulier simplex, humilis, affabilis, omni ostentationi adversa, solum se occultandi studiosa.

Non tamen ob hunc solitudinis amorem actuosae vitae Ecclesiae non fuit particeps : accurate etenim eius leges et praecepta servabat ; pro Summo Pontifice precabatur, pro Episcopis, Sacerdotibus, et ad

precandum hortabatur; inceptorum suae paroeciae, quantum poterat, partem habebat, et obsequenter parochorum praescriptis oboediebat, qui etiam eius confessarii et magistri spiritus fuerunt. Constantem adhibuit curam de bono spirituali populi pagi *Sencelles.* Orabat et poenas offerebat ut fides propagaretur utque peccatores ad bonam frugem se reciperent. Puellas cogebat, ut eas excitaret ad virtutes exercendas et a peccatorum occasionibus abduceret. Maerentes consolabatur, pauperibus subveniebat, aegros visebat, tum praesertim, cum in discrimine ultimo vitae erant; quas, eorum spirituali incolumitati et aeternae saluti consulens, adhortabatur ut Dei voluntati obsequerentur et sacramenta reciperent. Peculiarem curam agebat puerorum, quos cupiebat esse ad humanitatem et praesertim ad christianam religionem institutos.

Sui neglegens et omnium terrestrium rerum, spem in Deo ponebat et in meritis Iesu Christi. Etiam in difficultatibus et in acerbis casibus praesentiam animi ostendit et singularem patientiam, omnino auxilio Providentiae fisa.

Multimodis continentiam et corporis castigationem exercitabat. Quamdiu vixit diligentissime innocentiam suam custodivit.

Septuaginta annos nata, Dei voluntati obsequens et suadente ac moderante magistro spiritus, videlicet parocho, Serva Dei propriam habitationem in Domum Sororum a Caritate mutavit; quod est iuridice approbatum die 7 mensis Decembris anno 1851.

Nova religiosa familia eo spectabat, ut infirmis ministraret, ubicumque Sorores vocabantur, puellas erudiret et Doctrinam christianam doceret cum in Domo sua, tum in vicis sparsis in territorio paroeciae.

Eodem die cum duabus sodalibus vestem religiosam sibi induit et nomina sumpsit Franciscam Annam a Virgine Perdolente; estque Antistita creata, quo munere usque ad mortem obiit, ferventem Dei amorem assidue exhibens, plenam proximorum curam, vividam fidem animos allicientem, magnam humilitatem, votorum religiosorum perfactam observantiam, sedulitatem et prudentiam in Domo condita gubernanda, quod brevi incolas insulae Maioricae attraxit, captos virtutibus Servae Dei et portentis atque factis mirabilibus quae eius vitae propria erant.

Repentino et ex inopinato e vita decessit apoplexi correpta, postquam in ecclesia paroeciali Missae interfuit et cenam Dei edit, die 27 mensis Februarii anno 1855.

Corpus eius tres dies in publicum expositum mansit, ab ingenti

hominum multitudine veneratum, qui non solum ex vicinis locis, sed ex iis etiam qui longissime distabant, confluebant. Funus, quasi triumphus esset, confirmavit magnam sanctitatis famam, quam Serva Dei sibi comparaverat.

Famae sanctitatis continuatio induxit Curiam Episcopalem Maioricensem ad ineundum processum beatificationis. Acto Processu Informativo (annis 1903-1926), die 4 mensis Decembris anno 1940 editum est Decretum super Introductione Causae, quod secuta est instructio Processus Apostolici (annis 1942-1943). Horum Processuum vis et forma legitima probata est die 7 mensis Maii anno 1951. Elaborata *Positio super virtutibus*, die 19 mensis Octobris anno 1965 excussa est in Congregatione Antepraeparatoria, quae iudicavit necessarium esse colligere etiam instrumenta ad vitam Servae Dei pertinentia. Hoc fecit Officium Historicum Congregationis pro Causis Sanctorum et, anno 1975, prodita est *Inquisitio Historica de selectis quaestionibus vitae Servae Dei ex officio concinnata*. Deinde, die 9 mensis Iunii anno 1981, convenit Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, qui concorditer postulaverunt ab Actoribus Causae sinceram et instrumentis adornatami *Syllogen virtutum :* quam sollers Postulator, P. Benedictus Gangoiti Elorriaga, O. P., conscripsit die 22 mensis Februarii anno 1983. Hinc iterum, die 16 Octobris a. 1984, est coactus Congressus Peculiaris Consultorum Theologorum, moderante Fidei Promotore, qui pro longe maiore parte responderunt affirmative, seu Famulam Dei exercitasse heroum modo virtutes. Postea, die 2 mensis Ianuarii a. 1985 habita est Congregatio Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente Em.mo Mario Aloisio Ciappi. Omnes autem Em.mi ac Rev.mi Patres votum protulerunt affirmantes eamdem Servam Dei christianas virtutes heroicas coluisse.

Facta postmodum Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua vota S. Congregationis excipiens, mandavit ut decretum super heroicis Servae Dei virtutibus apparetur.

Quod cum rite esset factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto necnon Causae ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater, declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis, in gradu heroico, Servae Dei Franciscae Annae a Virgine Perdolenti (in saeculo Fron-*

ciscae Annae Cirer Carbonell), in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri praecepit.

Datum Romae, die 21 mensis Martii, Anno Domini 1985.

PETRUS Card. PALAZZINA *Praefectus*

L. © S.

& Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Da Giovedì 8 Agosto a Lunedì, 19 Agosto 1985 il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Africa sostando nel Togo, nella Costa d'Avorio, nel Camerun, nella Repubblica Centroafrieana, nello Zaire, nel Kenia e nel Marocco.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico il Santo Padre Giovanni Paolo II lia nominato :

31 agosto 1985. Mons. Agostino Marchetto, Arcivescovo titolare eletto di Astigi, *Nunzio Apostolico in Madagascar e Mauritius.*

NECROLOGIO

2 agosto 1985. Mons. Joâo Pereira Venancio, Vescovo emerito di Leiria *(Portogallo).*
4 » » Mons. Hernán Frías Hurtado, Vescovo emérito di Antofagasta *(Cile).*
» » » Mons. Francis Xavier Thomas, Vescovo emerito di Geraldton *(Australia).*
10 » » Mons. Edward E. Swanstrom, Vescovo titolare di Arba.
18 » » Mons. José L. Soares, Arcivescovo di Maceió *(Brasile).*

An. et vol. LXXVII 1 Octobris 1985 N. 10

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: Palazzo Apostolico - Città del Vaticano — *Administratio:* Libreria Editrice Vaticana

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

LITTERAE DECRETALES

Beatae Paulae Frassinetti Fundatrici Sororum a S. Dorothea Sanctorum honores deferuntur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Ecclesiae Romana et Genuensis, iamdiu tot Sanctorum suorum gloria insignes, hodie profecto nova gemma, eaque lucidissima, ornantur: Paula Frassinetti, dicimus; cui si Genua parentes dedit, primisque laboribus ac coeptis eius fruita est, sane Roma nostra haec, Urbs aeterna et immortalis, in qua caelo nata est, haud parum contulit ad eius virtutis consummationem, ad eiusque apostolatus incrementum. In hac enim urbe eius tum ingenii tum animi laudes quam maxime enituere; in hac eius consilia invaluerunt de puellis erudiendis, aut ad bonam frugem reducendis, si a virtute et ab honestae vitae consuetudine aberrassent, ut in pristinam christianae dignitatis speciem re vocarentur.

Nata est autem piissima mulier, ut innuimus, Genuae, die tertia mensis Martii, anno MDCCCIX. Eodem autem die Baptismi aquis abluta est, eique indita sunt nomina Paula, Angela, Maria, non sine laetissimo omine. Dum autem bona filia a pia matre ad rectam religionem informatur, pater eius, nolens florem illum in publicis scholis forte innocentiam amittere, prima Litterarum rudimenta eam ipse docuit. Ceterum

paulatim adolescens, Paula, quo erat ingenio, se ipsa magistro suffecit, magno cum fructu.

Cum puella nonum annum ageret, cara eius parens obiit; qua re, cum de illa, tum de ceteris amita curam egit. Quae tamen et ipsa triennio post periit, anno videlicet MDCCCXXI. Tunc autem omne onus regendae domus in Paulam recidit duodecim annos natam, quae alacris patri atque fratribus adstitit, maxime minoribus. Ceterum omnes fratres, trahente gratia, suo tempore sacerdotes facti sunt. E quibus, cum Iosephus maximus natu, anno MDCCCXXVII,, sacerdotio initiatus esset atque ad administrandam paroeciam Quinti pagi ad mare destinatus, Paulae suasit ut, valetudini consulens (timebant enim ne in phthisim incideret), apud eum se conferret ut puriore aere uteretur. Anno ergo MDCCCXXX, illa, venia patris habita, de eius valetudine solliciti, fratrem consecuta est.

Quinti autem Paula proprium charisma, seu donum, plene percepit. Nam Iosephus, cum in animo ei penitus insedisset ut puellas pauperiores paroeciae suae erudiendas curaret, aperto ludo Paulam praefecit. Ea vero occasione puellae, quibus non erat liberum scholam frequentare, illius captae virtute, postquam in eius consuetudinem venerunt ac prorsus cognoverunt, et admiratae sunt valde, et ei omnino adhaeserunt. Quare, mutata animi sententia, maluerunt cum Paula puellas erudire, quam se in coenobio Deo colendo dicare.

Anno ergo MDCCCXXXIV, die duodecimo mensis Augusti, Paula Instituti Religiosi Genuae-Quinti initium fecit, cuius asseclas « Filias sanctae fidei » cognominari voluit, utpote quarum proprium esset propositum veritates revelatas propagare, per catechismi institutionem, in paroeciis tradendam. Cum tamen anno MDCCCXXXVIII Paula Lucam Passi, sacerdotem Bergomatem, cognovisset, qui opus a S. Dorothea condiderat, in eundem finem in quem Paula suum constituisset, haec nomen Instituti sic inmutavit, ut Sodales eius « Sorores a S. Dorothea » appellarentur. Ab eodem autem piissimo Viro, die quarto mensis Martii, eodem anno, probante Genuensi Archiepiscopo, cum Paula, tum etiam nonnullae magistrae atque adiutrices, vestem Religiosarum susceperunt.

Scilicet exordia Sodalitatis difficillima. Superavit tamen Paula fortitudine sua. Postposita ergo quavis rerum humanarum consideratione, beata mulier unice Deo confisa, tota in solidanda familia, inque educanda iuventute esse. Neque Deus tam fideli Servae non affuit. Nam, cum illa Romam venisset, ut Constitutiones a Summo Pontifice proban-

das curaret, sive Gregorius XVI, sive Pius IX, Decessores Nostri, in eius sane admirationem versi virtutis, eam maximi fecerunt. Iure. Nam Paula micuit in Romano caelo sicut stella, virtute et opere illustris.

Nata autem Romae in Iani colle, haud sine magnis difficultatibus, domus Religiosa quae non solum per apertum ludum educandarum puellarum domicilium esset, sed etiam Sedes nascentis Congregationis princeps. Ceterum, postquam anno MDCCCLXIII, Institutum a S. Dorothea est a Sancta Sede probatum, Sorores, quasi densum apium examen, in Brasiliani, in Lusitaniam eiusque colonias, ad Melitenses Insulas solverunt, adque alias multas tum Europae tum etiam Americae Latinae oras.

Ad Paulam autem quod attinet, in gravissimo officio tuendo suavitate profecto atque prudentia maxime enituit. Fuit etiam cum videretur in animis legere, atque cordium cogitationes cognoscere. Auctoritati autem Summi Pontificis atque Episcoporum ita obsequebatur, ut eorum voluntas semper ei esset una norma ac regula agendi : nam in omnibus ad Dei gloriam animorumque salutem respiciebat : hoc erat enim eius pietatis insigne : Dei voluntatem « unicam gemmam » vocare. Quare, saepe ingeminabat : « Voluntas Dei, fons gaudii mei ». Quod etiam sic exprimebat, quasi Deo « albam chartam » dedisset.

Fiebat interdum ut aliqua e Sororibus mortem optaret, nempe ut esset cum Christo. Paula facete respondebat se, quem ad modum non Domino suasisset qua hora nasceretur, sic nec qua hora tolleret suggerere velle.

Cum autem stet nullus Sanctorum ut vitae tentationibus careat, sic nec Paula fuit aut interioris animi doloris expers, aut persecutionis aculéis inmunis, ut sunt: invidiae, calumniae, vituperationes, contumeliae, irrisiones, vexationes, similia. Quae omnia ipsa aequissimo semper animo tulit, id persuasissimum habens, suum Institutum iis gratiae signis tam fertile fieri, quam agrum pluvia ac nocturno rore. Quo ergo asperius adversa tempestas fureret, eo frequentius haec Paula usurpabat : • « Crucem nobis tunc ipsi instruimus, cum Dei voluntati non obsequimur : nam Dei consilia semper sancta sunt. Ceterum, cum voluntas nostra cum Dei voluntate congruit, nulla est Crux ferenda : nam parallelae lineae Crucem non efficiunt ; at siquando voluntas nostra in Dei voluntatem transversa incurrit, iam Crucis imago formatur, neque ante rescinditur, quam in pristinam congruitatem reditur ».

Nimirum haec illius- nota pietatis, insignis et constans, enituit in omnibus Romanae vitae eventibus, laetis tristibus; in morte videlicet

Gregorii XVI, inque electione Pii IX, Summorum Pontificum, in huiusque exilio Oaietae et alibi in Neapolitano regno; in definitione immaculati Conceptus B. M. V. ; in persecutione atque abolitione Religiosorum; in motibus Ecclesiae infestis, anno MDCCCLXVI; in celebratione Concilii Vaticani I, anno MDCCCLXIX; in ipsius intervallo ob captam Urbem ; in Pii IX, Decessoris Nostri, obitu ; in tumultibus tandem hostium Ecclesiae, occasione sepulturae huius Pontificis; in electione successoris Leonis XIII, quasi in captiva Urbe Vaticana facta.

At singularis eius animi fortitudo ac fides erga providentem Deum maxime patuit anno MDCCCLXVI, cum fere omnium prima, Sorores suas in Brasiliam misit; nam ibi magnis difficultatibus novorum locorum etiam sociales seu politicae accessere. Eodem anno, Paula etiam religiosam domum Lisbonensem condidit ; quin illa auctore, coepit Sororum a S. Dorothea in Europam, Africam, Americam propagatio miro modo fertilis.

Neque tamen Dei famula solo studio regni Christi dilatandi, aut amore ac fidelitate erga Petri Sedem Apostolicam, ad quam semper in opere respexit, praestitit : est enim et alia peculiaris virtus, propria Sanctorum, in luce ponenda : humilitatem dicimus, quae in agmine longo virtutum locum principem habuit. Atque recte Pius XI, Decessor Noster, occasione beatificationis Paulam ceu mulierem definivit, quae suspenso gradu terram attigisset (cf. Serm. die iv Maii, a. MDCCCXXX, habitum). Nam beata Dei famula, nedum censeret se esse aliquid in christiana vita excitanda circa se, rebatur, idque sincerissime, Institutum a se conditum, tametsi haud parva laude creverat tam egregia ratione educandi, ac tale iudicaretur, esse revera parvam rem ; atque congruenter scribebat : « Tot inter Instituta, est etiam parvum Institutum a S. Dorothea, quo Deus benigne utitur ad studium illud in christianis parentibus excitandum, ut in religiosam filiarum suarum educationem incumbant. Id autem cum animo suo reputent Sorores : puellas, quae in domibus nostris instituuntur, mox uxores matresque familias fore, quantumque boni manare possit e muliere vere Christiana, eademque religionis munerumque suorum studiosa » (E *Constitutionum* ratione, anno MDCCCLI conscriptarum).

Tam egregia mulier die undecimo mensis Iunii, anno MDCCCLXXXII, morte lumina clausit, longo morbo consumpta. Quam S. Ioannes Bosco invisens, ait filiis eius Sororibus : « Coronae Matris vestrae iam extrema manus accessit » . Leo autem XIII, prudens Decessor Noster, qui profecto pluries et Beatam et eius Sodales laudavit, die decimo septimo Septem-

bris, anno MDCCCLXXXII, cum vix tres menses a Paulae obitu abiissent, postquam Sorores a S. Dorothea — quae idcirco Romam venerant ut novam post illam Antistitam deligerent — ad sacrum admisisset a se in privato sacello celebrandum, ait illis : « Vocavi vos ut quodammodo de accepto detrimento sarcirem. At macte animo : Matrem vestram in Paradiso esse certum est. Vestra sancta Oonditrix, cuius obitum lamentamur, cuiusque erga Ecclesiam beneficia sunt ingentia per suam Societatis institutionem, credite, iam praemium tulit, in Paradiso constituta. Mater vestra sancta est » (Capecelatro, *Vita*, p. 505).

Sanctitatis autem Paulae fama late manante, annis MDCCCXCV-MDCCCXCVI, ordinarii Processus, iuxta leges eius temporis acti sunt, sive apud Romanae dioecesis Vicariatum, sive in Curia Genuensis hisque actis, anno MDCCCCVI Causa canonice introducta est, atque in iisdem Curiis Processus apostolici initi, per annos MDCCCCVII-MDCCCCXVII. Facto autem decreto de heroicitate virtutum, anno MDCCCCXXVIII, die duodetricesimo mensis Augusti ; probatis item duobus miraculis a Deo per Venerabilis Paulae intercessionem patratis, die sexto mensis Aprilis, anno MDCCCCXXX ; tandem Summus Pontifex Pius XI, Decessor Noster, Dei famulam in catalogum Beatorum rettulit : quod die octavo mensis Iunii, anno eodem gestum est, in Basilica Vaticana, sollemnissima caerimonia.

Post autem actam Beatificationem, veneratio erga Paulam Frassinetti magna incrementa cepit. Nihil mirum ergo, si anno MDCCCCXXXV Causa resumpta est, ad eius nempe sanctificationem obtinendam. Igitur iterum initi Processus, tresque sanationes examinatae ac perpensae sunt, Beatae Paulae intercessioni attributae miraculique speciem praebentes ; sed eheu ! cum non satis documentorum eis suffragantur, Causa diu languit.

Sed ecce, anno MDCCCCLXXXI, die septimo Augusti, invocato nomine Paulae, Deus Mariam Maccarone, quae etiam Scuteri, matrem quinque filiorum, quorum tres vivunt, dominam annorum quinquaginta, improviso, perfecte, in instanti, sanavit a gravissima polyartritide chronica, ob quam aegrota, usu omnium corporis membrorum cum ea conexorum amisso, iacuisset in lectulo inmobilis, supino semper corpore, ab anno MDCCCCLXVIII ad diem usque sanationis, videlicet per tredecim annos. Tantum facinus est tum a medicis tum a Patribus Cardinalibus atque Consultoribus Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum vere miraculum iudicatum, de eoque qua tali est decretum anno MDCCCCLXXXIII factum, die quarto et vicesimo mensis Septembris.

Tandem, post suffragium die septimo et vicesimo eiusdem mensis Septembris in Consistorio datum; post diuturnam rerum considerationem, et divinum auxilium invocatum, ad ritum Canonizationis beatae Paulae hodie de venimus, sic ut statueramus. Ergo in templo S. Petri, Romae, fidelibus utriusque ordinis referto, maxime vero e Sodalitate Sororum a S. Dorothea, sollemnissima caerimonia Missam celebravimus, ac suetam formulam pronuntiavimus, sic ut sequitur: ((Ad honorem Sanctae et Individuae Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicae et vitae christianae incrementum, auctoritate Domini nostri Iesu Christi, beatorum apostolorum Petri et Pauli ac Nostra, matura deliberatione praehabita et divina ope saepius implorata, ac de plurimorum Fratrum Nostrorum consilio, Beatam Paulam Frassinetti sanctam esse decernimus et definimus, ac Sanctorum Catalogo adscribimus, statuentes eam in universa Ecclesia inter Sanctos pia devotione recoli debere. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ».

His verbis prolatis, iussimus ut hae Litterae Decretales conficerentur ; ac deinde sermonem habuimus de vita et egregia S. Paulae virtute, quam fidelibus imitandam proposuimus. Honores enim Beatis Caelitibus ab Ecclesia Matre tributos eo denique spectare nemo non novit ut frequens eorum invocatio ac liturgica ipsa celebratio secum simul inferat magnum fidelibus studium vestigiis etiam illorum ingredienti et egregia virtutum exempla in cuiusque vita rursus repetendi.

Hae vero Litterae nunc et in posterum ratae habeantur, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die undecimo mensis Martii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quarto, Pontificatus Nostri sexto.

EGO IOANNES PAULUS
Catholicae Ecclesiae Episcopus

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*



In Secret. Status tab., n. 150488.

CONSTITUTIO APOSTOLICA

ALAMINENSIS

Distractis nonnullis territoriis ab Ecclesia Lingayen.-Dagupanen., nova dioecesis Alaminensis conditur.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

De superna animarum utilitate sollicitus censuit Venerabilis Prater Fridericus G. Limón, Archiepiscopus Lingayensis-Dagupanensis, bene fieri si quibusdam ab ipsius Ecclesia detractis territoriis alia ibi constitueretur dioecesis. Cumque id ab Apostolica Sede petiisset, post nempe auditos Conferentiae in Insulis Philippinis Episcopos, Nos, ex sententia sive Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium qui Congregationi pro Episcopis praesunt, sive Venerabilis Fratris Brunonis Torpigliani, Archiepiscopi titulo Mallianensis atque in Insulis Philippinis Apostolici Nuntii, sequentia decernimus. Ab archidioecesi Lingayensi-Dagupanensi separamus territorium paroeciarum quae sunt : Sanctae Catharinae Alexandrinae (Agno) ; Sancti Ioseph Patriarchae (Aguilar) ; Sancti Ioseph Patriarchae (Alaminos) ; Sancti Marci Evangelistae (Alos, Alaminos) ; Sancti Nicolai Tolentinatis (Anda) ; Immaculatae Concept. Mariae Virginis (Bani) ; Sancti Iacobi Maioris (Bolinao) ; Nostrae Dominae de Pillar (Zaragosa, Bolinao) ; Sancti Andreae (Bugallon) ; Nostrae Dominae Lapurdensis (Salasa Bagallon) ; Sancti Isidori operarii (Burgos) ; Sancti Vincentii Ferrer (Dasol) ; Sancti Raphael Archangeli (Eguia, Dasol) ; Sancti Ioannis Apostoli et Evangelistae (Infanta) ; Sancti Isidori operarii (Labrador) ; Divini Infantis Iesu (Mabini) ; Sancti Raimundi de Peñafort (Mungatarem) ; Sancti Petri Martyris (Sual), et territorium quasi-paroeciae, cui nomen Sancti Iacobi Maioris (Santiago Bolinao), iisque dioecesim condimus *Alaminensem* appellandam iisdemque finibus circumscribendam quibus paroeciae ac quasi paroecia de quibus diximus terminantur. Huius dioecesis noviter erectae episcopalis cathedra erit in templo Deo in honorem Sancti Iosephi Sponsi B. V. M. dicato, in urbe cui nomen Alaminos, quod proinde templum ad gradum et dignitatem ecclesiae cathedralis evehimus, cuique insignia, privilegia et honores tribuimus, quibus •cathedrales ecclesiae omnes fruuntur in orbe catholico. Nova dioecesis

suffraganea erit metropolitanae Ecclesiae Lingayensi-Dagupanensi eiusque pro tempore Episcopus metropolitano iuri eiusdem Archiepiscopi, atque obnoxia erit iurisdictioni Congregationis pro Episcopis. Consultorum collegium ad normam iuris quam primum instituatur. Congruae ac dignae Praesulis sustentationi provideatur Curiae emolumentis, fidelium oblationibus et portione obveniente ex divisione bonorum quae hucusque pertinuerunt ad mensam archiepiscopalem Lingayensem-Dagupanensem, ad normam canonis 122 C. I. C. Pro institutione iuvenum in Ecclesiae spem succrescentium, iuris communis praescripta serventur, prae oculis habitis omnibus quae a Congregatione pro Institutione Catholica statuuntur ; selecti tamen Seminarii alumni philosophicis ac theologicis disciplinis imbuendi nec non sacerdotes ad studia complenda, Romam mittantur, ad Pontificium Collegium Philippinum. Quod autem attinet ad novae dioecesis regimen et administrationem, atque administratoris dioecesani electionem, sede vacante, fidelium iura et onera aliaque id genus, ad amussim serventur quae canones praescribunt. Atque simul ac dioecesis erectio ad effectum deducta fuerit, sacerdotes Ecclesiae illi adscripti censeantur in cuius territorio ecclesiasticum officium detinent, ceteri vero sacerdotes, clerici seminariique adulescentes incardinati maneant vel incardinentur Ecclesiae in cuius territorio legitimum habent domicilium. Acta et documenta quae forte respiciant dioecesim noviter erectam eiusque fideles et bona temporalia, a Curia Lingayensi ad Curiam Alaminensem de more transmittantur, in condendo tabulario servanda. Haec, quae praescripsimus, ad effectum adducat Venerabilis Frater Bruno Torpigliani, Archiepiscopus titulo Mallianensis, vel ab eo delegatus sacerdos, atque perfecti negotii documenta sinceris exemplis ad Congregationem pro Episcopis mittat, rite signata sigilloque impressa. Has vero Litteras Apostolicas sive nunc sive in posterum ratas esse volumus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo secundo mensis Ianuarii, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quinto* Pontificatus Nostri septimo.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Angelus Lanzoni, *Proton. Apost. s. n.*

Loco >B Plumbi
Jn Secret. Status tab., n. 151702.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Nuntiatura Apostolica in Regno Nepaliae conditur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Qui Dei consilio universae Ecclesiae praesumus, sicut in eius negotiis expediendis usum huius Sanctae Sedis sequimur, ita et in Apostolicis Nuntiaturis apud varias Nationes condendis iustam ponimus operam, ita ut publicae necessitudinis rationes eidem Apostolicae Sedi cum qualibet Dicione intercedentes apte procurentur augeantur firmentur, communi quidem cum religionis civilisque civitatis utilitate. Cum nuper igitur inter Sanctam Sedem et Nepaliae Regnum eiusmodi amicitiae vincula constituta sint, Ipsi, eo in primis spectantes ut et illic Ecclesia susceptum mandatum perficere possit, ex sententia Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, quam ratam habemus, vi et potestate Nostra Apostolica per has Litteras, quae in modum Brevis Maioris expediuntur, Nuntiaturam Apostolicam hodie in Regno Nepaliae condimus. Ad novam proinde Nuntiaturam iura privilegia indulta deferimus, quae ad reliquas Pontificias eiusdem ordinis Legationes pertinent. Quae autem hoc Brevi ediximus, statuimus, ea volumus nunc et in posterum suos habere effectus, contrariis nihil obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die x mensis Septembris, anno MCMLXXXIII, Pontificatus Nostri quinto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco ✠ Sigilli
In Secret. Status tab., **n.** *15S.SS7.*

II

Venerabili Servo Dei Clementi Marchisio honores Beatorum caelitum rite decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Sacerdotalis usquequaque animi ac studii vitae ac disciplinae exemplaria numquam non conquirit et libentissime Ecclesia Mater agnoscit suos inter praestantes sanctimonia

operaque ministros quae in fidelem vicissim imitationem aliis dein sacerdotibus exhibeat progredientibus temporum aetatibus quo certius hi pleniusque adsequantur suo nimirum quisque modo eam morum et operum perfectionem quam Christum omnes noverunt a presbyteris potissimum Ecclesiae utpote proximis Dominici gregis curatoribus iure postulare. Magnopere proin laetatur ipsa quod in Venerabili Servo Dei Clemente Marchisio omnipotens dignatus Deus est tam perspicuam omnino et allicientem formam virtutis navitatisque presbyteralis comprobare simul atque commonstrare unde optatur ut, additis iam ei caelitum Beatorum honoribus claris, plures per orbem fratres sacerdotes non incitentur tantum verum adiuventur valide etiam ad multo efficaciorem sacerdotii industriam in vinea Domini multo per accuratiorem huius Beati presbyteri ipsius imitationem. Porro quinque filiorum primus est Clemens natus parentibus christiano ingenio insignibus Ioanne et Lucia Becchio die primo Martii mensis anno millesimo octingentesimo tricesimo tertio in oppido Racconigi nuncupato Pedemontanae Italiae regionis qui ab ineunte ferme sua aetatula unum adfectabat sacerdotium, solum se Christi aliquando sacerdotem fore somniabat. Quo in sublimi quidem proposito plurimum primis annis ob domesticam inopiam sustentabatur immo et educabatur pio dignoque a presbytero Ioanne Baptista Sacco, cuius effectum cura est ut inferioribus recte peractis disciplinis ingredi illi liceret ephebeum sacrum Barderatense theologiae perdiscendae gratia. At tunc iam feraci in futurae Sanctitatis seminario illo omnem vitae suae rationem firmiter mente reque ipsa definivit quae in se parca atque austera tribus inniteretur solidissimis sane pilis : precationi institutioni operi, singulis deinceps diebus. Hinc virtutum magnarum roboratus praesidio ad sacerdotalem usque ordinationem processit recto itinere quam die vicesimo Septembris mensis suscepit anno millesimo octingentesimo quinquagesimo sexto Segusii in cathedrali templo. Prioribus quattuor presbyteratus sui annis perfecit ante omnia educationem suam, ducente docenteque feliciter magistro sancto Iosepho Cafasso, necnon adiutoris parochi procuravit diligenter munia parvas apud communitates Cambiani ac Vigonis ubi etiam licet principio invitus didicit tamen Christi ipsius adfectu et suasu carceribus invisere retentos. Die tandem duodevicesimo mensis Novembris anno millesimo octingentesimo sexagesimo gubernandam paroeciam divinitus recepit ipsius Ripae Albae Taurinensis cui quidem pastorali officio totum sese suamque vitam quadraginta trium exinde annorum devovit ac dedicavit solus optimus omnibus Christi sacerdos

esse studens secundum minutissimas obligationes et partes, normas et consuetudines quas optatissimum illud Iesu Christi sacerdotium secum importabat, prout Ecclesia mater eum monebat aliorumque tot sanctorum sacerdotum exemplum instituebat. Ibi fervor ipsius vehementer exarsit in cultu sanctissimae Eucharistiae longe late praedicando et inculcando fidelibus ; ibi per prospera atque adversa funditus excultae sunt mirabiles boni pastoris virtutes quae ipsum hodie Nobis visae sunt caelitibus Beatis reddere parem; ibi iacta item sunt fundamenta religiosae Sororum Filiarum Sancti Iosephi familiae quae etiamnunc locupletare haud cessat Populum Dei meritis bonorum operum. Pro christifidelibus sibi creditis tamquam filiis propriis usque laborabat secundum cuiusque ordinis aetatisque necessitates : cunctis instillabat summum Eucharistiae Mysterii amorem cotidianumque usum; pauperibus et aegrotantibus adiutorem se adsiduum praebebat praesentemque consolatorem ; parvulis vero ad Christi Magistri formam diligenter impertiebat catechesis institutionem ac potissimum de sanctissimae Eucharistiae excellentia. His porro cum cotidianis veri sacerdotis operibus consulto sociabat studiorum sacrorum continuam consuetudinem, ex quibus tum doctrinam hauriebat solidissimam tum fortitudinis nunquam deficientis constantiam adversus indifferentem aliorum animum, verum aliorum etiam oppugnationem. Sic autem sacerdotales exercendo virtutes partesque implendo benevolentiam sibi paulatim conciliabat omnium necnon magnam consiliorum ac praeceptorum suorum aestimationem. Pastor hic optimus ab Eucharistico Domino vires necessarias sine intermissione percipiebat ad eundemque Iesum in Sacramento praesentem omnes perducere eontendebat homines veluti ad gratiarum universarum originem. Qua ex eucharistica pietate denique tandem sub Sancti Spiritus impulsione emersit propositum omnibus numeris laudabile familiam religiosam condendi sororum videlicet quae eiusdem Sacramenti Eucharistici materiam curarent et cultum, quae vitam spiritalem suam circa Eucharistiae Sacramentum conformantes sub Mariae ac Sancti Iosephi nominatim patrocinio apostolicam conditoris ipsius industriam sacerdotali quodam ardore propagarent. Institutum igitur Filiarum Sancti Iosephi excitavit ipse gubernavitque duodetriginta annos quod proinde ab Ecclesia Matre postremam aliquando constitutionem laudationem atque approbationem est adsecutum. Actionem vero efficacem hanc et constantem Clemens Marchisio tot annos tacitus abditusque sua in paroecia Rivae Albae produxit ad provectiorem usque aetatem, cum sacerdotalibus hisce meritis cumu-

latus virtutibusque illustratus inter suos e Vita excessit die decimo sexto mensis Decembris anno millesimo nongentesimo tertio. Cuius sanctimoniae effecit fama ut inter annum huius saeculi tricesimum tertium ac quintum processus informativi Augustae Taurinorum absolverentur causaque ipsa decreto Sacrae Congregationis pro Ritibus legitime institueretur die duodetricesimo mensis Aprilis anno quadragesimo quarto. Heroum dein eum in modum exercitavisse virtutes simul théologales simul cardinales edixit Decessor Noster immortalis memoriae Paulus Sextus die quarto mensis Maii anno millesimo nongentesimo septuagesimo. Ad huius tunc Servi Dei beatificationem recte consequendam prodigiosa delecta est sanatio quaedam divinitus omnino patrata, hoc Clemente Marchisio deprecante, scilicet puellae octo annorum Annae Mariae Poli quae mense Iunio anno millesimo nongentesimo sexagesimo sexto celerrime perfectissimeque a piodermatite ulcerata ac profunda dexteri brachii convaluit. Quae ipsa sanatio haud semel sed saepius perscrutationi medicorum (quam theologorum) est subiecta donec in Congressu Peculiari Officialium Praelatorum Patrumque Consultorum Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum pauloque post in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium affirmativum singulorum suffragium eam comprobavit Nosque ipsi die duodecimo Ianuarii mensis anno hoc ipso accepimus quasi caelitus redditum testimonium validae Clementis Marchisio intercessionis unde procedi posset ad eiusdem Venerabilis Servi Dei sollemnem Beatificationem hodie mane in area ante Petrianam Basilicam patente una nimirum cum aliis Venerabilibus Dei Servis tribus. Ubi exauditis iterum singulis partibus mirabilis eius vitae et operae agnitisque sacerdotalis animi eximiis dotibus libenter hisce vocibus sumus elocuti : « Nos, vota fratrum nostrorum Anastasii Alberti Ballestrero Archiepiscopi Taurinensis, Aemilii-Iosephi De Smedt Episcopi Brugensig, Aloisii de Larrea y Legarreta Episcopi Flaviobrigensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in episcopatu multorumque christifidelium explentes de Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, auctoritate Nostra apostolica facultatem facimus ut Venerabiles Servi Dei Fridericus Albert, Clemens Marchisio, Isidorus de Loor et Raphaela Ybarra, Beatorum nomine in posterum appellentur eorumque festum die ipsorum natali : Friderici Albert die tricésima Septembris, Clementis Marchisio die sexta decima Decembris, Isidori de Loor die sexta Octobris, Raphaelae Ybarra die vicesima tertia Februarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Ora-

tione subinde habita studiosi celebravimus eorundem Beatorum Caelitum ingenia sancta et opera in exemplum omnibus praefulgentia ac nunc ipsum Apostolicas istas Litteras sensuum Nostrorum dictorumque testes fideles edi iubemus quas tam in praesentia quam in postera valere tempora volumus suamque exserere vim, contrariis quibuslibet rebus neutiquam obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Septembris, anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £g Sigilli

In ***Secret. Status tab.,*** *n. 144-624.*

III

Venerabili Servo Dei Iosepho Manyanet Vives, in Hispania fundatori Congregationis Filiorum Sacrae Familiae et Instituti Missionariarum Filiarum a Sacra Familia de Nazareth, Beatorum honores decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — De matrimonii et familiae provectione ab omnibus curanda Concilium Vaticanum II asseveranter constituit sacerdotum esse « vocationem coniugum diversis mediis pastoralibus ... in vita eorum coniugali et familiari fovere, eosque humaniter et patienter in difficultatibus roborare atque in caritate confortare ut vere radiosae familiae efformentur)) *{GS,* 52). Ad id suo iam tempore venerabilis sacerdos Deique nunc Servus Iosephus Manyanet Vives totum se dedidit, ut sine dubio iudicari potest ex eius operibus, quibus videlicet sacerdos caritatis ardens contulit ad familias perfectas reddendas exemplo Sacrae Familiae Iesu, Mariae et Ioseph e Nazareth. Is, cum ultimus esset ex novem filiis coniugum Antonii et Bonaventurae, natus est in oppido ((Tremp », intra fines sito dioecesis Urgellensis, die septimo mensis Ianuarii anno MDCCCXXXIII, eodemque die baptizatus nomina accepit Iosephum et Ioachimum. Mortuo tamen patre vix viginti post mensibus, unius dehinc matris fuit omnem curam agere de filio educando christianeque instituendo. Mater enim eum tenera adhuc aetate Beatae Virgini a Valle Florum pie devovit, matrisque opera necnon sacerdotis primum is anno MDCCCXL

Eucharistiam sumpsit, novemque post annis Confirmationis chrisma accepit Barbastri. Septimo decimo autem aetatis suae anno, Cum ad sacerdotium se proclivem sensisset, dioecesanum seminarium Illerdensem ingressus, tres annos philosophiae studuit, deinde in suae dioecesis seminario ab anno MDCCCLIII in studia theologica usque ad annum MDCCCLix incubuit, quo ipso sacerdos est factus die ix mensis Aprilis. Duodecim transactis annis, cum apud Curiam Urgellensem munia magni momenti ac ponderis aliaque varia sibi mandata in dioecesi explevisset, agnovit se ad aliud opus aggrediendum vocari seu ad operam quam maximam dandam familiae provehendae. Persuasum enim sibi habens verissimum exemplar perfectae familiae homines a Sacra Familia de Nazareth sumere debere, quam ipsis Deus ut imitarentur proposuit, anno MDCCCLXIV Institutum Filiorum Sacrae Familiae annoque MDCCCLxxiv Societatem Missionariarum Filiarum a Sacra Familia de Nazareth, approbante Episcopo dioecesano, ipse Servus Dei condidit, et quidem ad id, quod animo proposuerat, consequendum. Professionem religiosam is una cum prioribus sodalibus die II mensis Februarii emisit anno MDCCCLXX atque, experiens veluti convictum cum Iesu et Maria et Ioseph, eiusmodi Sacrae Familiae mysterii filius testis apostolus factus est ipse. Hac de causa per annos fere quadraginta non solum Instituta, quae diximus, amplificavit, sed et nova pro familiis pauperioribus collegia constituit eorumque etiam sodales aptius formavit eidemque operi praeparavit. Praeterea, contendens proposita ad exitum perducere, largiter nuntiavit verbum Dei, necnon plures libros et libellos composuit vulgavitque, per quos ipse tum cultum erga Sacram Familiam in multis excitaret, tum institutionem perficeret aut compleret sodalium illi peculiari apostolatus generi addictorum. Eiusdem consilii exsequendi causa commentarios quoque condidit ((La Sagrada Familia » inscriptos. Inter alia ipse etiam de Barcinonensi piaculari templo quod Sacrae Familiae dicaretur exstruendo cogitavit. Hoc quoque ille asseverabat : « Nazarethanus lar familiaris est domus omnium sanctissima, in qua discimus servire Deo eumque spiritu amare, nostris proximis prodesse, peccata nostra emendare, concupiscentias refrenare rectoque consilio agere ». Neque defuerunt res difficultatem ei magnam afferentes, quibus tamen is, christianis virtutibus maxime confirmatus, ita mederi valebat, ut plane florerent opera eius bona prospereque cederent. Neque bona usus est valetudine ; cum immo etiam constet eum, nonnullas sectiones chirurgicas passum, sedecim deinde annos afflictum esse nonnullis ulceribus — quae ab eo « misericordiae

Domini » vocabantur — usque ad finem seu ad diem decimum septimum mensis Decembris anno MCMI, quo ipso tam clarus sacerdos ac Sacrae Familiae apostolus ad Dominum pie migravit, postremum iaculatoria prece « Iesu, Ioseph, Maria » dicta. Ad eius sanctitatem quod attinet, oportet eam aperte dicamus a Sacra Familia suam traxisse originem in eaque ad summum profecisse, cum eius ipse, ut antea dictum est, filius factus esset ac testis et apostolus. Etenim ob assiduam et peculiarem in Eucharistiam et in B. M. V. et in iustum Ioseph pietatem dignus factus est, qui et familiarissime cum eis viveret, veluti filius quam qui maxime Sacrae Familiae amans, ac proinde fidelis etiam eius vitae testis necnon necessitudinum Mariam et Ioseph cum Iesu coniungentium versaque vice, testis nempe verae sanctitatis. Quam ob rem et apostolus Sacrae Familiae factus est. Ea veluti e schola non ad aliud egressus est, nisi ut ad orbem terrarum omnesque ad lares familiares suum afferret nuntium de Sacra Familia, quam ut exemplum eis proponeret ad imitandum ; quod quidem, tamquam suae vitae rationem, per totam vitam facere contendit. Praeclarum id sanctitatis exemplum, quod venerabilis sacerdos Iosephus Manyanet agnovit inveniri in Sacra Familia, proprie consistit — ut eius verba referantur — « in coniugum amore, qui intima et mutua existimatione efficitur iustaque utriusque erga alterum observantia; in ipsa eorum fidelitate, quae nititur in fiducia sincera ceterisque in officiis coniugum inter se amantium ». Quibus ipse consideratis Sacram Familiam vocabat ((margaritam omnium pretiosissimam » ipsumque matrimonium christianis virtutibus ornatum iudicabat esse originem et fontem omnium societatis bonorum. Magistra quidem Sacra Familia praeclaram educandi artem ille didicit, quae sive amore nititur sive magno manifestae propensionis respectu cuiusque hominis et singulorum praesertim alumnorum propriae. Quapropter veluti familia collegium in alumnis educandis se gerere debet, cum et ipsius sit tendere ad congruentem aptamque eorum maturitatem : quod magnam partem sine dubio ex mutuo inter se amore proficiscitur necnon ex humana ceterarum virtutum vicissitudine. Sed et parentum ipsorum formatio pertinet ad munus educandi, ut ii videlicet, veram sibi coniugum honestatem assecuti, primi etiam et praecipui sint suae prolis educatores. Omnes vicissim magistri et educatores, sicut accidit in Sacra Familia, ante omnia suo parentum munere fungi debent, quod prius potiusque cordis quam intellectus est cultus. Quoniam autem certa fama sanctitatis venerabilis sacerdotis Iosephi Manyanet magis post mortem magisque crevisset extraordinariis con-

Molestiarum corporis et itinerum difficultatum immemor, plures sedes invisit, ut sodales et fideles confirmaret, sustineret, adhortantur, excitaret. Ecclesias aedificavit; et ab anno 1752 Curatoris Inquisitionis est munere functus. Maxima et fructuosissima eius industria fuit in loco *Jalpân* vulgari sermone appellato; namque sine intermissione summa ope contendit ad Indios convertendos, « Pames » vocatos, effecitque ut illa missionalis sedes exemplar **fieret Christian** nae communitatis. Praedicabat, catechizabat, baptizabat. Curam adhibebat ut omnibus vita sua exemplo esset, quae singulariter fide, pietate, paenitentia, caritate et paupertate ënitebat. Sacra sollemniter celebrabat; peccata sua in presbyterio coram fidelibus confitebatur, ut sacramenta colerent. Iuxta operarios laborabat in illa ecclesia e lapide exstruenda, quae hodie quoque exstat eius sedulitatis pulcherrimum monumentum. « Pames » erudiebat in negotiis ad res corpóreas pertinentibus; eorum iura contra licentias et vexationes dominorum tuebatur; misere vestiebatur, et modicissimo vescebatur cibo.

Terrestria omnia aversatur et semper paratus ad oboedientiam, iussu Superiorum missionem suam reliquit, ut missionem S. Sabae in Texia reficeret, paulo ante a gente, cui nomen « Apaches », deletam ; sed hoc consilium fuit ei recusandum consulto Potestatum Hispanicarum, quae illud nimium periculosum existimaverunt. Qua re MexiCopoli in Collegio S. Ferdinandi retentus est, ubi, in compluribus Mexici dioecesibus apostolatum praedicationis vita communi in eodem collegio variabat (annis 1758-1767). Inter omnes sodales in conventu eminebat ob consue-

tum fervorem religiosum obque humilitatem et vitae castigationem.

Regulae et Constitutionum semper observantissimus fuit, in cibo et in quiete parcus. Diu se dabat ad meditationem et ad pium Viae Crucis exercitium.

Cum populo praedicabat, in dotibus oratoriis excellebat, in solida philosophica et theologica institutione, in Sacrarum Litterarum cognitione et in firma persuasione, qua et caelestia tractabat et vitia reprehendebat.

Anno 1767, tamquam Praeses nonnullorum missionariorum est profectus ad maximum suum inceptum, quo statuerat Californiam religione moribusque christianis imbuere.

Initio rem propositam aggressus est in California inferiore (annis 1767-1769); deinde, etsi incommoda valetudine utebatur, solum divino fisus auxilio, se cum aliis sociis in superiorem Californiam contulit, salutis animarum et gloriae Dei impulsus amore. In illis tribubus etiam tum paganis et rudibus, incommodis gravatus, pericula expertus et in multas difficultates delapsus, Christi lumen accendit et caritatis christianae ignem excitavit.

Quindecim annorum spatio novem instituit missiones (S. Didaci, S. Caroli Borromeo in urbe Monterey, S. Antonii a Padua et S. Gabrielis Angelopoli, S. Aloisii, S. Francisci Asisinatis, S. Ioannis a Capistrano, S. Clarae, S. Bonaventurae) in amplissima regione, quam pluries peragravit ut divinum verbum nuntiaret, sacramenta ministraret, pauperum et humilium iura defenderet.

Ob iniustas Potestatis loci insimulationes, compulsus est ad laboriosum et asperum iter faciendum usque Mexicopolim (annis 1772-1773), ut missionariorum agendi rationem illustraret et eorum iura defenderet. Quaestione feliciter profligata, ad urbem Monterey rediit, ubi aliae res adversae et invidiae fuerunt ei obeundae, quas longum est hic recensere ; sed tamen iustum est saltem commemorare Servum Dei, etsi erat indole animosus, tum in omni adversa fortuna, tum in casibus communibus, magnam ostendisse prudentiam ac summam oboedientiam, erga Dei voluntatem perfectum obsequium, immensam auxilii gratiae fiduciam.

Per omnia nonnisi proximi bonum quaesivit, pro cuius temporaria et aeterna salute, indigna, molestias, dolores animi perpessus est, eo proposito, ut iustitiae et caritatis praecepta sequeretur, pro sua conscientia.

Magna exterior navitas, signum equidem certum eius vividae fidei,

eum a vita interiore non avertit, non a precatione, non a coniunctione cum Deo, non ab observantia Regulae Franciscanae.

Usque ad extremos vitae dies paenitentiam exercitavit; martyrium opta vit, paupertatem amavit suique iacturam et Ecclesiam; libenti animo iis ignovit, a quibus vexabatur; humilitatem maximopere coluit; omnibus viribus ad sanctitatem contendit et citato gradu in via perfectionis evangelicae est progressus.

Confectus valetudine, Unctione Infirmorum levatus, sancte de vita decessit in urbe Monterey, die 28 mensis Augusti anno 1784, ad pectus premens suum Christum cruci affixum ex materia fictum, quo ut missionarius utebatur.

Fama sanctitatis, qua vivus fruitus est, post eius mortem permansit; quo circa anno 1949 apud Curiam episcopalem Montereyensem-Fresnensem Processus Informativus est actus, et simul instructi sunt Processus Rogatoriales S. Francisci in California et Angelopoli. Anno 1981 edita est « Positio super vita et virtutibus », ab Officio Historico-Hagiographico Congregationis pro Causis Sanctorum curata, et die 17 mensis Februarii anno 1982 a Consultoribus Historicis est probata. Iampridem, scil. die 28 Aprilis 1972, decretum exierat Sacrae huius Congregationis circa scripta eidem Servo Dei tributa.

Parata cum essent omnia ad disceptandam quaestionem de virtutibus a Servo Dei Iunipero Serra exercitis, habitus est, die 12 Februarii anno 1985, Congressus Peculiaris Patrum Consultorum, moderante Fidei Promotore; postea, die 2 mensis Aprilis eodem anno, celebrata est Patrum Cardinalium Congregatio Ordinaria, ponente Em.mo ac Rev.mo Domino Iosepho Caprio. Et utroque in Coetu omnes professi sunt eundem Dei Famulum virtutes théologales et cardinales eisque adnexas heroum in modum coluisse.

De hisce omnibus facta deinde Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione, Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis libenter excipiens, mandavit ut super heroicis Servi Dei virtutibus Decretum appararetur. Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto atque superius memorato Ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servi*

Dei Iuniperi Serra, sacerdotis professi O. F. M., heroum in modum exercitis, in casu et ad effectum de quo agitur.

Mandavit autem Summus Pontifex ut hoc Decretum in acta S. Congregationis referretur et in vulgum ederetur.

Datum Romae, die 9 mensis Maii, A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. 83 S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

MONACEN, **ET** FRISINGEN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu Gerhardinger, Fundatricis Congregationis Pauperum Sororum Scholasticarum Dominae nostrae.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Praeclaras inter mulieres, quas misericors Deus saeculo decimo nono opportune suscitavit omniumque admirationi proposuit, quae puerorum et adulescentium menti moribusque fingendis ardore, mira industria, verbo et exemplo operam dederunt, accensenda est Maria Teresia a Iesu Gerhardinger. Ipsa enim religiosam condidit familiam magistrarum, quae ubique terrarum late diffusa, fundatricis vestigia sedulo secuta, in educationem iuventae assidue incumbit.

Nata die 20 Iunii anno 1797 in pago *Stadtamhof* prope Ratisbonam in Germania, die 9 mensis Maii a. 1879, virtutibus et meritis plena, placide obdormivit in Domino. Eam autem heroicas coluisse virtutes cum théologales, videlicet fidem, spem et caritatem, tum cardinales, nimirum prudentiam, iustitiam, temperantiam et fortitudinem, eisque veluti comites et socias, Ioannes Paulus II, servatis omnibus de iure servandis, die 13 Ianuarii a. 1983 sollemni edixit decreto.

Cum autem Catholicae Ecclesiae leges miracula quoque requirant ut altarium honores Servis Dei decernantur, eo quod miraculorum ope virtutes ipsae novam accipiunt firmitatem novoque corruscant splendore, sollertes huius Causae actores unam — prout novum ius exigit — miram sanationem, intercessioni Venerabilis Mariae Teresiae

a Iesu Gerhardinger tributam, selegerunt eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt.

Agitur quippe de sanatione Sororis Teclae Medeiros, sodalis professae Congregationis ab eadem Venerabili conditae, 43 annos natae. Mirum factum evenit mense Novembri anno 1973, in nosocomio loci vulgo *Criciúma,* in Brasilia. Porro, mense Augusto anni 1973, peracta biopsia, compertum est agi de lymphonodo inguinali bilaterali; atque post examen histologicum medici diagnosim ediderunt lymphomatis lymphocitici maligni. Cyclis polychemiotherapiae antiblasticae subiecta, aegrota ob varias gravesque implicationes haud potuit praescriptam curam producere. Tunc, posita a medicis prognosi infausta quoad vitam, Soror Tecla, una cum consodalibus et infirmariis se caelesti adiutorio commendare coepit, initis novendialibus precibus ad Venerabilis Mariae Teresiae a Iesu patrocinium implorandum. Et mense Novembri anni eiusdem 1973 inclinata iam in melius aegrae valetudo est, donec paulatim plena, definitiva ac constans evasit. Crebrae recognitiones, quarum novissima mense Martio a. 1983 a peritis medicis peractae confirmarunt perfectam stabilemque sanitatem Sororis Teclae Medeiros. Periti physici, tum a curatione tum ab inspectione, professi sunt uno ore praeter naturae leges et ordinem eiusmodi sanationem contigisse.

Qua super prodigiosa sanatione adornatus est apud Curiam episcopalem Tubaraoënsem in Brasilia processus cognitionalis, quem vocabant, a die 3 ad diem 19 mensis Martii anni 1983, auditis 18 testibus, quos inter 10 medicae artis erant periti; processui copiosa quoque documenta inserta sunt. De eiusdem autem inquisitionis forma et vis iuridica cavet Decretum Sacrae huius Congregationis die 11 Novembris a 1983 editum. Eiusdem Congregationis Consilium Medicum, uno dempto socio, qui anceps mansit, praeter et supra naturae leges praefatam sanationem asseruit evenisse.

Eadem deinde asserta miraculosa sanatio semel et iterum vocata est ad theologorum examen : primum quidem, in Congressu Peculiari Patrum Consultorum, moderante Fidei Promotore, die 28 mensis Februarii anno hoc 1985 habito; postea, die 16 Aprilis eodem anno, in Ordinaria Patrum Cardinalium Congregatione, ponente Em.mo Domino Aloisio Ciappi. In utroque autem Coetu proposito dubio *An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur,* adfirmando omnes responderunt.

Facta demum de hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Praefectum fideli relatione Summo Pontifici Ioanni Paulo II, Sanctitas

Sua vota Sacrae Congregationis excipiens, ut Decretum super praedicta mira sanatione conscriberetur iussit.

Quod cum rite esset factum, hodierno die accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Causae Ponente, meque Antistite a secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater pronuntiavit : *Constare de uno miraculo a Deo patrato per intercessionem Venerabilis Servae Dei Mariae Teresiae a Iesu Gerhardinger, scilicet de graduali, perfecta et duratura sanatione Sororis Teclae Medeiros a lymphomate lymphocitico maligno.*

Hoc autem Decretum in vulgus edi et in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri praecepit.

Datum Romae, die 9 mensis Maii, A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. 83 S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

TANANARIVEN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Victoriae Rasoamanarivo, viduae.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Ortum duxit Dei famula Victoria Rasoamanarivo Tananarivi, in urbe insulae Madagascariae capite, anno 1848, ex familia pagana, cum regali principatu arctissime coniuncta. Quindecim annos nata catholicam amplexata est religionem; exinde ubique, sive in regia aula, sive domi, sive alibi, veluti viventem confessionem catholicae fidei se praebebat, appellarique meruit « christifidelium columna » et « magna christiana ». Brevi sed gravi morbo correpta, meritis et virtutibus plena, die 21 mensis Augusti anni 1894, piissime obdormivit in Domino. Heroicas autem ipsam exercuisse virtutes, theologicas et cardinales ceterasque earum comites et socias, Ioannes Paulus Papa II die 14 mensis Maii a. 1983 edixit.

Porro, in Ecclesiae more hoc est positum ut, cum de Beatorum Caelitum honoribus decernendis agitur iis qui heroicis virtutibus et

pietate in terris inclaruissent, sigillum quoque divinum humano testimonio accedere requiratur, et quidem palam per miracula manifestum. Miraculis autem accensenda visa est sanatio quaedam, quae, eadem Venerabili Victoria Rasoamanarivo intercedente, Deus patrare dignatus est, quamque actores Causae pro eius beatificatione Apostolicae Sedi proposuerunt. De rapidissima agitur atque perfecta ac stabili sanatione Dominae Iosephinae Raketamanga (dictae <(Raketaka))) a gravi phlegmone retrouterino, quod pressius descriptum est a peritis Consilii Medici huius Sacrae Congregationis. Namque praedicta mulier, cum trigesimum tertium ageret aetatis annum, vehementibus correpta est doloribus abdominalibus, quos medicus a curatione non dubitavit tumefactioni retrouterinae tribuere. Quoniam ad manum venire renuebat aegra, medicus chirurgicam sectionem, remedii causa, peregit, ita ut purulenta materies fístula educeretur. Quo mitigatorio remedio res haud in melius mutatae sunt; imo sensim sine sensu ingravescit morbus ita, ut duorum spatio annorum desperatus et irreversibilis factus sit. Tunc patrocinium nostrae Venerabilis aegrota fidenter efflagitavit, ut sanationem impetraret; et ecce per noctem prodigiosa contigit mutatio, scilicet completa morbi sanatio. Mane sequenti medicus a curatione obstupescens Raketakam in optimo repperit statu, ablatis cunctis, vel externis, morbi vestigiis.

Super eiusmodi prodigiosa sanatione adornatus est apostolica auctoritate in Curia archiepiscopali Tananarivensi, mense Septembri anni 1961, processus, excussis undecim testibus. De eiusdem processus Romam transmissi validitate iuridica exiit, die 18 Maii a. 1984 Sacrae huius Congregationis decretum. Postea Consilii Medici eiusdem Sacrae Congregationis die 20 Septembris a. 1984 celebrata est sessio, in qua de eadem sanatione disceptatum est atque proclamatum eamdem scientia medica non posse explicari quoad modum quo accidit. Hinc, ad iuris normam, gressus est factus ad theologicam disceptationem, et quidem primum, die 31 Ianuarii huius vertentis anni 1985 in Congressu Peculiari Consultorum Patrum, moderante Fidei Promotore, et deinde, die 26 Martii hoc eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente Causae Em.mo Domino Bernardino Gantin. In utroque autem Coetu sequens dubium est propositum : *An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.* Et tum Consultores tum Purpurati Patres adfirmando responderunt.

Hisce de rebus certior est factus Summus Pontifex Ioannes Paulus II, referente subscripto Cardinali Praefecto ; et Sanctitas Sua, vota Sacrae

Congregationis libenter excipiens, praecepit ut super eadem mira sanatione decretum appararetur.

Hodierno demum die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Bernardino Gantin, Causae ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Serva Dei Victoria Rasoamanarivo intercedente, a Deo patrato, nempe de admodum rapida, perfecta stabilique sanatione dominae Iosephinae RaJcetamanga (dictae « RalcetaJca y>) ab a ascesso del Douglas, probabilmente gonococcico, svoltosi in epoca pre-antibiotica, sottoposto a colpotomia posteriore, ad evoluzione cronica con peritonite diffusa insorta a distanza di tempo ».*

Hoc autem Decretum publici iuris neri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Maii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINA *Praefectus*

L. 83 S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza:

Martedì, 3 Settembre 1985, S. E. il generale VERNON WALTERS, Ambasciatore degli Stati Uniti d'America presso le Nazioni Unite.

Lunedì, 9 Settembre 1985, il Principe NORODOM SIHANOTJK,

Sabato, 14 Settembre 1985, S. A. R. MAHA CHAKRI VJIRA-LONGKORU, Principe ereditario di Thailandia.

Sabato, 14 Settembre 1985, S. E. il Signor FRED SINOWATZ, Cancelliere Federale Austriaco.

Giovedì, 26 Settembre 1985, S. E. il Generale JUVÉNAL HABYA-RIMANA, Presidente della Repubblica del Rwanda.

Sabato, 28 Settembre 1985, S. E. il Signor SAMORA MOISÉS MACHEL, Presidente della Repubblica Popolare del Mozambico.

Lunedì, 30 Settembre 1985, S. E. il dottor JULIO MARÍA SAN-GUINETTI, Presidente della Repubblica dell'Uruguay.

Domenica, 8 Settembre 1985, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio nel Liechtenstein.

Sabato 21 e Domenica 22 Settembre, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio a Genova, in Italia.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

6 agosto 1985. Mons. Vittorio Palestro, *Prelato Uditore del Tribunale della Rota Romana.*

7 settembre 1985. P. Bertrando van Bilsen, O. F. M., ***Prelato Uditore del Tribunale della Rota Romana.***

» » » Don Joâo Corso, S. D. B., ***Prelato Uditore del Tribunale della Rota Romana.***

14 » » Mons. Eugenio Sbarbaro, Arcivescovo titolare eletto di Tiddi, ***Pro-Nunzio Apostolico in Zambia e Malawi.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

21 agosto 1985. Suor Mary Linscott, ***Capo Ufficio nella Congregazione per i Religiosi e gli Istituti Secolari.***

27 » » Dott. Marcello Bedeschi, ***Membro del Pontificio Consiglio per i Laici.***

4 settembre » Î Padri: Ignacio Gordon, S. I.; Urbano Navarrete, S. I.; Marco Said, O. P., ***Votanti presso il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

» » » Mons. Giuseppe Damizia; — i Padri: Jean Beyer, S. I.; Anastasio Gutiérrez, C. M. F.; Javier Ochoa, C. M. F.; Pietro Tocanel, O. F. M. Conv.; Zaccaria da Varalta, O. F. M. Cap., ***Votanti presso il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica, « in aliud quinquennium ».***

» » » I Monsignori: Arcangelo Ranaudo e Paul Weseman; — il Sac. Giuseppe Versaldi; — i Padri: Frans Daneels, O. Praem.; Velasio De Paoli, C. S.; Jean Rezac, S. I., ***Referendari presso il Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

7 » » Mons. Basil Meeting, ***Sottosegretario del Segretariato per l'Unione dei Cristiani.***

9 » » Mons. Jozef Michalik, ***Capo Ufficio nel Pontificio Consiglio per i Laici.***

13 » » Le LL. EE. RR. i Signori Cardinali John Krol, Arcivescovo di Philadelphia; Joseph Malula, Arcivescovo di Kinshasa; Johannes Willebrands, Presidente del Segretariato per l'Unione dei Cristiani, ***Presidenti Delegati della prossima Assemblea Generale Straordinaria del Sinodo dei Vescovi.***

ONORIFICENZE

Con Biglietto della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito :

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

31	gennaio	1985.	Al sig. Giulio Martone (Calvi e Teano).
11	marzo	»	Al sig. Raymond Jouffrey (Paris).
»	»	»	Al sig. François Boccon-Gibod (Paris).
30	»	»	Al sig. Antonio Lopedote (Piacenza).
»	»	»	Al sig. Giovanni Tosi (Piacenza).
2	aprile	»	Al sig. Bruno Dechamps (Mainz).
14	maggio	»	Al sig. Costantino De Colli (Teramo ed Atri).
24		»	Al sig. Francesco Battaglia (Piacenza).
25	»	»	Al sig. Vittorio Canuto (New York).
2	giugno	»	Al sig. Glauco Alfio Moroncelli (Tivoli).
»	»	»	Al sig. Pietro Rossi (Roma).
5	»	»	Al sig. Mario Ferrazzi (Roma).
28	»	»	Al sig. Francesco Macchi (Milano).
»	»	»	Al sig. Fausto Chiari (Milano).
»		»	Al sig. Giovanni Rosti (Milano).
»	»	»	Al sig. Domenico Lazzaroni (Milano).
2	luglio	»	Al sig. Aldo Spirito (Abidjan).
»	»	»	Al sig. Harley Donwahi (Abidjan).
»	»	»	Al sig. Lazar Orestein (Abidjan).
»	»	»	Al sig. Antoine Cesareo (Abidjan).
»	»	»	Al sig. Amon D'Aby (Abidjan).
»	»	»	Al sig. George Maurice (Abidjan).
»	»	»	Al sig. Matteo di Gerardo (Abidjan).
16	»	»	Al sig. Giuseppe Fasciani (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

28	giugno	1984.	Al sig. Angelo Casneda (Milano).
»	»	»	Al sig. Giuseppe Parolini (Milano).
8	gennaio	1985.	Al sig. Johannes Falkner (Innsbruck).
31	»	»	Al sig. Giorgio D'Angelo (Calvi e Teano).
»	»	»	Al sig. Guido Zarone (Calvi e Teano).
»	»	»	Al sig. Antonio Martone (Calvi e Teano).
15	febbraio	»	Al sig. Benno Zepp (Köln).
11	marzo	»	Al sig. François Journel (Paris).
25	»	»	Al sig. Giuseppe Castronovo (Roma).
12	aprile	»	Al sig. Nicola Farina (Roma).
19	»	»	Al sig. Pierre Daniel (Tours).
22	»	»	Al sig. Severin Corsten (Köln).
»	»	»	Al sig. Hans Wilhelm Schreiber (Osnabrück).
»	»	»	Al sig. Kurt Thole (Osnabrück).

1	giugno	1985.	Al sig. Gerardo Desiderio (Nocera de' Pagani).
»		»	Al sig. Gian Maria Ooscioni (Nocera de' Pagani)
»	»	»	Al sig. Gerardo Tipaldi (Nocera de' Pagani).
5	»	»	Al sig. Bruno Papa (Roma).
»	»	»	Al sig. Antonio Venturin (Roma).
2	luglio	»	Al sig. Meir Haran (Abidjan).
»	»	»	Al sig. Jean Michel Aime (Abidjan).
16	»	»	Al sig. Paolo Cappelletti (Roma).

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa

5	luglio	1985.	Al sig. Erdogan Aytun *(Turchia).*

La Placca dell'Ordine di san Silvestro Papa:

14	maggio	1985.	Al sig. Felice Oifariello (Eoma).

La Commenda dell'Ordine di san Silvestro Papa:

29	novembre	1984.	Al sig. Kurt Keminger (Wien).
»	»	»	Al sig. Alois Rieck (Wien).
»	»	»	Al sig. Andreas Hnatyschyn (Wien).
31	gennaio	1985.	Al sig. Paride Mottola (Calvi e Teano).
6	marzo	»	Al sig. Erwin Mayer (Wien).
»	»	»	Al sig. Josef Draxler (Wien).
8	»	»	Al sig. Igino Corvano (Fermo).
»		»	Al sig. Giuseppe Torresi (Fermo).
»	»	»	Al sig. Nazzareno Andrenacci (Fermo).
»	»	»	Al sig. Antonio Brucculeri (Agrigento).
30	»	»	Al sig. Josef Fuchs (Augsburg).
»	aprile		Al sig. Kurt Froemer (Freiburg im Breisgau).
14	maggio	»	Al sig. Alberto Cane (Bologna).
»	»	»	Al sig. Arturo Marzadori (Bologna).
2	giugno	»	Al sig. Giuseppe Berliri (Roma).
5	»		Al sig. Lamberto Ottaviani (Roma).
14	»	»	Al sig. Ettore Trifiletti (Castellammare di Stabia)
16	»	»	Al sig. Antonio Gualdrini (Faenza).
28	»	»	Al sig. Dionigi Marchi (Milano).
»	»	»	Al sig. Fernando Colucci (Milano).
»	»	»	Al sig. Nando Viale (Milano).
»	»	»	Al sig. Attilio Mentasti (Milano).
16	luglio	»	Al sig. Lucio Marsicano (Roma).
»	»	»	Al sig. Sergio Colella (Roma).
		»	Al sig. Alberto Tonelli (Roma).

Il Cavalierato dell'Ordine di san Silvestro Papa:

27	settembre	1984.	Al sig. Alexander Appenroth (Gurk).
13	novembre	»	Al sig. Jüan Antonio Instan (Trujillo).

13 novembre 1984. Al sig. José Dolores Briceño Mejía (Trujillo).
» » » Al sig. Angel Roque Duarte (Trujillo).
» » » Al sig. Manuel González Montero (Trujillo).
» » » Al sig. Paolo Longo Galante (Trujillo).
» » » Al sig. Félix León (Trujillo).
» » » Al sig. Ñuño Blanco Mendoza (Trujillo).
» » » Al sig. Rafael Humbertus Milian Aranguren (Trujillo) •
29 » » Al sig. Raimund Lorenzoni (Wien).
» » » Al sig. Roman Sas-Zaloziecky (Wien).
4 gennaio 1985. Al sig. demente A. Andreae (Innsbruck).
9 » » Al sig. Gianfranco Scanu *(Italia).*
31 » » Al sig. Nicolino Di Benedetto (Calvi e Teano).
» » » Al sig. Luigi Minerva (Calvi e Teano).
6 febbraio » Al sig. Antonio Aschi (Civita Castellana).
» » » Al sig. Arcangelo Bracci (Civita Castellana).
15 » » Al sig. Edmund Buchholz (Köln).
19 » » Al sig. Josef Handle (Salzburg).
» » » Al sig. Peter Orlik (Salzburg).
23 » » Al sig. Georges Martin (Namur).
9 marzo » Al sig. Georges Denoulet (Bruges).
12 » » Al sig. Karl Jaschke (Curk).
25 » » Al sig. Aldo Binotto (Roma).
28 » » Al sig. Edward Jarecki (Paris).
24 aprile » Al sig. Vincenzo Montis (Cagliari).
» » » Al sig. Hubertus Paul Al. Joannes Wijsen (Roermond).
» » » Al sig. Joannes Bernardus Felix (Bois-le-Duc).
8 maggio » Al sig. Leonardo Vivace (Roma).
24 » » Al sig. Nicolaus Kramy (Köln).
1 giugno » Al sig. Alfonso Orlando (Nocera de' Pagani).
» » » Al sig. Alfonso Grimaldi (Nocera de' Pagani).
» » » Al sig. Alfonso Russo (Nocera de' Pagani).
» » » Al sig. Gerardo D'Adria (Nocera de' Pagani).
» » » Al sig. Carmine Tagliamonte (Nocera de' Pagani).
2 » » Al sig. Giovanni Azzarone (Roma).
» » » Al sig. Carlo Adobati (Roma).
» » » Al sig. Franco Coracci (Roma).
5 » » Al sig. Primo Bertuzzi (Tivoli).
» » Al sig. Antonino Blois (Tivoli).
» » » Al sig. Gianfranco Bucelli (Tivoli).
» » » Al sig. Rosario Camporese (Tivoli).
» » » Al sig. Silvio Dusci (Tivoli).
» » » Al sig. Carlo Moia (Tivoli).
» » » Al sig. Aldo Veronese (Tivoli).
19 » » Al sig. Vincenzo Silimbani (Faenza).
26 » » Al sig. Roman Swidziniewski (Lomza).
28 » » Al sig. Pierluigi Piazza (Milano).
» » » Al sig. Luigi Pezzi (Milano).
16 luglio » Al sig. Giuseppe Latini (Roma).
» » » Al sig. Vittorio Marcotulli (Roma).

16 luglio 1985. Al sig. Alvisio Manichelli (Boma).
» » » Al sig. Salvatore Tarantino (Boma).
» » » Al sig. Sebastiano Giuliani (Roma).
26 agosto » Al sig. Georg Schiemer (Innsbruck).

NECROLOGIO

4 settembre 1985. Mons. Angel Rodríguez Gamoneda, Vescovo tit. di Gazera.
» » » Mons. Costanzo Micci, Vescovo di Fano, di Fossombrone e di Cagli e Pergola *{Italia)*.
13 » » Mons. George R. Evans, Vescovo tit. di Tubiza.
15 » » Mons. Alberto Beane, Vescovo emerito di Villa Maria *(Argentina)*.
24 » » Card. Antonio Poma, del Titolo di San Luca al Prenestino.
» » » Mons. Giuseppe Almici, Vescovo emerito di Alessandria.
27 » » P. Daniel Martin Spraggon, M.H.M., Prefetto Apostolico di Falkland Islands *o* Malvinas.

An. et vol. LXXVII 5 Novembris 1985 N. 11

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

CIVITATUM FOEDERATARUM AMERICAE SEPTEMTRIONALIS

In Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis Eparchia conditur pro fidelibus Chaldaici ritus.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Mense Ianuario, anno millesimo nongentesimo octogesimo altero, filiis Nostris de ritu Chaldaico consulere cupientes, in Foederatis Civitatibus Americae Septemtrionalis degentibus, Exarchatum Apostolicum constituimus, quo fideles illi, quasi domus propriae saeptis contineantur, custodirentur, ad pietatem formarentur : non enim facile est mores, ingenium, indolem propriae stirpis extra patriam servare, nisi Ecclesia, mater communis, filiorum curam ipsis congruam suscipiat. Cum autem, spirante Christi gratia, iam circumscriptio illa incrementahaud minima suscepisset, bene fieri censuimus, si, iuxta preces Venerabilis Fratris Nostri Patriarchae Babylonensis Chaldaeorum, eam Sedem ad Eparchiae dignitatem eveheremus : id enim et honori Sedi cederet, et animum adderet ad maiora pro Christi fide coepta atque certamina. Qua re, consilio petito a Venerabili Fratre Pio Laghi, Archiepiscopo titulo Maurianensi atque in Rebus Publicis Foederatis Americae Septemtrionalis Pro-Nuntio Apostolico, item a Venerabilibus Fratribus Conferentiae episcopalis eiusdem Nationis, apostolica Nostra

potestate Exarchatum apostolicum pro fidelibus Chaldaici ritus in ea natione commorantibus in Eparchiae formam redigimus cum omnibus iuribus et obligationibus tali novae condicioni inhaerentibus. Contrariis nihil obstantibus. Ceterum has Litteras Nostras idem Venerabilis Frater Pius Laghi ad exitum deducet, vel quem ipse legaverit, factis nempe iustis facultatibus, quas cuilibet delegare poterit, modo viro in ecclesiastica dignitate constituto.

Datum Romae, apud S. Petrum, die tertio mensis Augusti, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo.

83 AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

LADISLAUS Card. RUBIN
Congr. pro Eccl. Orient. Praef.

Marcellus Rossetti, ***Proton. Apost.***
Laurus Governatori, ***Proton. Apost.***

Loco © Plumbi
In Secret. Status tab., n. 159.892.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Ven. Servo Dei Friderico Albert honores Beatorum decernuntur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Concilium Vaticanum II presbyteros adhortatur ut « sese Christo coniungant in agnitione voluntatis Patris et in dono sui pro grege sibi commisso. Sic Boni Pastoris partes agendo, in ipso caritatis pastorali exercitio inveniant vinculum perfectionis sacerdotalis ad unitatem eorum vitam et actionem redigens » ***(Presbyt. Ordinis,*** n. 14). Huius autem unitatis et convenientiae vitae exemplum fuit Venerabilis Fridericus Albert, Ecclesiae Taurinensis decus et ornamentum. Spatium vitae eius, sacerdotis et parochi, in longitudine temporis quinquaginta sex annorum inclusum est. Venerabilis Servus Dei die XVI mensis Octobris anno MDCCCXX Augustae Taurinorum nobili Sabaudio genere ortus est. Pater eius Ioannes Aloisius militibus Regni Sardiniae praefectus erat; hinc familiae condicione Fridericus puer ad militiam inclinavit. Sed, iam instrumentis paratis ut ad Academiam admitteretur, cum ante altare precaretur

Beato Sebastiano Valfrè dicatum, sensit se potenter a Domino vocari, ut sacerdos fieret. Humanitatis et sacerdotii studiis confectis, anno MDCCCXXXXIII est ordinatus sacerdos et ascriptus in clerum, qui in ministeriis regiis erat; ibique Principum existimationem sibi comparavit ob suos integros mores atque sacerdotale munus bene exercitum, obque praedicationem et peritiam animas moderandi. Expertus est nimirum turbatam cum eius temporis republica Ecclesiae rationem, cum Taurinensis Ecclesia per seditiosas leges est privilegiis et facultatibus spoliata. Quam ob causam, deserta Regia, ad paroeciam S. Caroli se contulit, quae iam abolitorum Servorum Mariae fuerat, ut ibi in sacra munia incumberet. Die XVIII autem mensis Aprilis anno MDCCCLII, annos natus XXXII, nominatus est parochus oppidi lingua vernacula Lanzo Torinese appellati, ubi mansit usque ad mortem. Fridericus Albert in numero eius cleri fuit, qui, muneri evangelico obsequentissimis, Ecclesiam Taurinensem vitae sanctitate et fecundo apostolatu illustravit. Ceterum, ille eodem tempore vixit, quo S. Iosephus Benedictus Cottolengo, qui animum suum aperuit pauperibus infime iacentibus et commercio hominum quodammodo frui vetatis; quo et S. Iosephus Cafasso, apostolus eorum qui in carceribus erant inclusi et capitis damnati; quo et S. Ioannes Bosco, iuventutis apostolus, qui ipsum Servum Dei Fridericum Albert advocavit ad praedicandum primum exercitiorum cursum iuvenibus Oratorii loci Valdocco dicti; quo S. Leonardus Murialdo, fautor christianae actionis socialis Taurinensis et molitor operum, quibus iuvenes in operam inmitterentur. Venerabilis Fridericus Albert non potest seiungi ab hac schola magna quidem sacerdotali, quae quasi summa fuit illius « caritatis pastoralis », quam Sacrosanctum Concilium Vaticanum II commemorat (*l. c.*). Caritas pastoralis Friderici Albert unitatem et congruentiam vitae sacerdotalis collocabat in fundamento pietatis et studii salutis animarum, quod contemplatione misericordiae Iesu et Mariae alebatur. Ex hac conscientia, qua animadvertebat debere se esse misericordem, orta sunt eius opera apostolica. Anno MDCCCLIX in loco Lanzo instituit orphanotrophium filiabus derelictis curandis. Anno MDCCCLXVI addidit orphanotrophio paedagogium, in quo puellae praepararentur, ut magistrae fierent. Anno MDCCCLXIX condidit Congregationem Sororum Vincentiarum ab Immaculata Conceptione, quae sunt postea Albertinae appellatae, quasque Dei Servus voluit constitutis operibus servire et moderari: quae opera deinde eaedem Sorores secundum Fundatoris spiritum exstructis valetudinariis, scholis, orphanotrophiis et gerontocomiis auxerunt. Anno

MDCCCLXXIII, electus Episcopus, nominationem renuit, paroecianorum obsecundans voluntati, quorum exinde bono spiritali persequendo alacrius se dedidit. Venerabilis autem Fridericus Albert intellexit momentum « quaestionis operariae », quae dicitur, et pro Lanzo tantum <(quaestionem » agrariam audenter obiit, condita colonia agresti, ut in opere rustico iuxta progressus technicos iuvenes erudiret, et migrationem in urbes infrenaret. Ceterum, funestum in modum mortuus est, de contignatione delapsus, in Oratorio coloniae agrestis, die xxx mensis Septembris anno MDCCCLXXVI. Occasione eius mortis Archiepiscopus Taurinensis Clerum alloquens, has laudes habuit de eo : ((Pastor, cuius scitu non facile est, quam virtutem magis admiremur : an pietatem, fidem, humilitatem, patientiam, spiritus et corporis castigationem, sui neglegentiam et cotidiana incommoda, industriam, intellegentiam, prudentiam, doctrinam et ante omnia caritatem. Uno vix anno post eius mortem, nempe anno MDCCCLXXVII, Dominus signo, seu praeclara sanatione, quae divinitus effecta putata est, ostendit se velle Venerabilem Fridericum Albert glorifican. Sed causae extraneae, quales fuere Operum disciplina et ordinatio et ordo iuridicus Sororum Vincentiarum ab Immaculata Conceptione, initium Causae Beatificationis retardarunt, quae nonnisi anno MCMXXVI, quinquagesimo post eius mortem, agi coepta est. Die xin mensis Iunii anno MCMXXXIV a Pio XI Decessore Nostro fe. me. Causa est introducta ; instructis deinde Processibus Apostolicis, habitisque antea disceptationibus secundum praxim canonicam tunc vigentem, Pius XII agnovit et declaravit per Decretum die xvi mensis Ianuarii anno MCMLIII proditum, Venerabilem Fridericum Albert heroum in modum virtutes exercuisse. Hoc autem Summi Pontificis dictum, testimonium caeli confirmavit; namque eodem anno MCMLIII, die XXV mensis Martii, Dominus, deprecante Venerabili Friderico Albert, miram sanationem operatus est ; quam, instructo Processu canonico, post praescriptas medicorum et theologorum disceptationes, die vii mensis Aprilis hoc anno per miraculum factam ediximus. Post haec omnia, est statuta dies ad celebrandam sollemnem Beatificationem, tum eius, tum Clementis Marchisio, tum Isidori De Loor et Raphaëlae Ybarra. Hac igitur die, in area ante Petrianam Basilicam patente, hanc sumus inter sacra formulam elocuti : ((Nos, vota Fratrum Nostrorum Anastasii Alberti Ballestrero, Archiepiscopi Taurinensis, Aemilii Iosephi De Smedt, Episcopi Brugensis, Aloisii Larrea y Legarreta, Episcopi Flaviobrigensis, necnon plurimorum aliorum Fratrum in Episcopatu, multorumque Christifidelium explentes, de Sacrae

Congregationis pro Causis Sanctorum consulto, Auctoritate Nostra Apostolica facultatem facimus, ut Venerabiles Servi Dei Fridericus Albert, Clemens Marchisio, Isidorus De Loor et Raphaela Ybarra, Beatorum nomine in posterum appellentur, eorumque festum die ipsorum natali : Friderici Albert die tricésima Septembris, Clementis Marchisio die sextadecima Decembris, Isidori De Loor die sexta Octobris, Raphaëlae Ybarra die vicesima tertia Februarii in locis et modis iure statutis quotannis celebrari possit. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti ». Quae vero per has Litteras statuimus, ea firma sint in perpetuum, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxx mensis Septembris anno MCMLXXXIV, Pontificatus Nostri sexto.

AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco £B Sigilli
In Secret. Status tao., n. 154484.

II

Templum dicatum Beatae Mariae Virgini sub antiquo nomine « Nossa Senhora da Penha », intra fines archidioecesis Sancti Pauli in Brasilia exstans, Basilicae Minoris titulo honestatur.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — In pulcherrimo quidem totius ferme urbis Sancti Pauli Brasiliae conspectu novum iam idque mirandum profecto attollitur sanctuarium, quod singularibus omnino artis recentioris operibus necnon ipsa amplitudine sua praeclarum rite est superiore anno consecratum Beatissimae Deiparae Virgini Mariae carissimo notissimoque sub titulo Dominae Nostrae ad Rupem, sive potius sermone vulgari « Nossa Senhora da Penha », quippe quae renuntiata iam pridem esset urbis Sancti Pauli caelestis apud Deum patrona eademque proin ab eiusdem civitatis incolis studiose nimirum ac fideliter honorata. Ne quidquam vero dignitatis etiam publicae aut excellentiae huic archidioecesano sacrario deesset, nihil sibi morae interponendum censuit Venerabilis Frater Noster, Paulus Evaristus S. R. E. Cardinalis Aras, ipse Archiepiscopus Sancti Pauli in Brasilia, quin hac a Sede Apostolica gradum ei decusque deposceret Basilicae Minoris, quo plenius explere posset haec sacra aedes officium suum praecipui illic marialis templi ac

munus simul quasi cuiusdam centri actuosissimae pastoralis industriae quae viget ibidem latissimeque inde suos exserit effectus. Cuius rei et petitionis causas penitus Nos perspicientes ac libenter sane suscipientes adsentimur iudicio Congregationis pro Cultu Divino his de rebus iam significato atque harum ipsarum Litterarum virtute constituimus ut templum quod commemoravimus Deo dicatum in Beatissimae Virginis Mariae honorem cultumque sub antiquo nomine « Nossa Senhora da Penha » intra fines archidioecesis Sancti Pauli in Brasilia legitime ad titulum provehatur liturgicamque Basilicae Minoris dignitatem et ipsi propterea universa addantur iura ac privilegia quae ad canonicas et liturgicas normas omnibus hoc modo nominatis aedibus sacris rite congruunt. Ceterum praecipimus ut singula illa ad amussim fiant quae ex decreto « De titulo Basilicae Minoris » die vi mensis Iunii anno MCMLXVIII foras dato adserventur oportet ; contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die VII mensis Iunii anno MCMLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

© AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco 83 Sigilli
In Secret. Status tab., n. 158.898.

III

Sancta Teresia a Iesu Jornet Ibars confirmatur Patrona Senum totius Columbiae.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Fuisse Sanctos ob vitae innocentiam, caritatem erga proximos, observantiam divinorum mandatorum diligentissimam, amicos Dei, sic ut Abraham (cf. *lac* 2, 23), atque proinde posse eos post mortem illos ceu Patronos adiuvare, qui sincera religione honorant et invocant, id Ecclesia catholica credit atque fatetur ; quare, non modo Beatos illos caelites a fidelibus invocari sinit, verum et ipsa, quasi in exemplum, et colit publice, et veneratur, et in necessitatibus opem illorum implorat. Cum ergo venerabiles Fratres Episcopi Columbiani, ad pietatem respicientes suorum populorum erga Sanctam Teresiam a Iesu Jornet Ibars, cuius filiae iamdiu magno cum fructu in suis ipsorum provinciis pro senibus laborant, eximiam hanc

Sanctam Patronam totius Columbiae senum elegerunt; atque Venerabilis Frater Hector Rueda Hernández, Archiepiscopus Bucaramanguensis idemque Conferentiae episcopalis illius nationis Praeses, ab hac Apostolica Sede petierit ut hanc nominationem confirmaremus, ad normam « Instructionis de Calendariis particularibus atque officiorum et Missarum Propriis recognoscendis», n. 30; Nos, explorato omnia fuisse ad iuris praescripta peracta, quam libenter precibus concedimus. Quae vero Sacra Congregatio pro Cultu Divino hac de re gesserit adprobantes, factis olim a Nobis facultatibus, Sanctam Teresiam a Iesu Jornet Ibars Virginem, Patronam apud Deum senum Columbiae confirmamus, cum iuribus atque privilegiis, quae iuxta Rubricas consequuntur. Contrariis nihil obstantibus. Id autem fore speramus, ut S. Teresia velit in vicem quam aequissimis oculis senes respicere eorumque dies serenissimos reddere.

Datum Romae, apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris, die xxvn mensis Iunii, anno MDCCCCLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

© AUGUSTINUS Card. CASAROLI, *a publicis Ecclesiae negotiis*

Loco © Sigilli
In Secret. Status tab., n. 155.575.

HOMILIA

In Petriano templo ob decretos S. D. Benedicto Menni et Petro Friedhofen Beatorum caelitum honores.*

1. « L'amore di Cristo ci spinge » - [1]

Queste parole di San Paolo, nelle quali egli ci apre tutto il suo cuore, fanno comprendere qual era la molla segreta della sua vita di Santo, di pastore e di apostolo.

Esse possono essere pronunciate da tutti coloro che vogliono vivere fino in fondo l'amore di Cristo, e quindi sono state profondamente condivise anche dai due nostri fratelli nella fede che oggi ho elevato agli onori degli altari col titolo di « Beati » : il Padre Benedetto Menni e fra Pietro Friedhofen.

Che cosa portava San Paolo a sentirsi afferrato e totalmente posse-

*** Die 23 m. Iunii a. 1985.**

[1] *2 Cor* 5, 14.

duto dall'amore di Cristo? Come questo amore aveva potuto diventare in modo così totale il centro propulsore di tutto il suo agire? Lo dice egli stesso nelle parole seguenti : si sentiva così « spinto » in modo quasi irresistibile « al pensiero che uno » — cioè Cristo — ((è morto per tutti)).[2]

2. Cristo, Agnello innocente, col sacrifìcio di se stesso, ha dato la vita all'intera umanità morta per il peccato.

Se « uno è morto per tutti », dunque « tutti sono morti » ;[3] e grazie alla morte di questo <(uno », essi recuperano la vita.

Come Cristo è morto per noi, così anche noi dobbiamo essere ((morti » : « morti al peccato » ,[4] conformi a Gesù nella morte,[5] ((sepolti insieme con lui nel battesimo » .[6]

Morire al peccato vuol dire che non dobbiamo più vivere per noi stessi, ma per Colui che è morto e risuscitato per noi.[7] Il ripiegamento egoistico su noi stessi è un modo illusorio per difendere i nostri interessi vitali, i quali viceversa sono veramente garantiti proprio nel momento in cui, in Cristo, noi ((moriamo » per i fratelli.

3. La vita di entrambi i Beati, che oggi brillano davanti a tutta la Chiesa, si è formata proprio sotto l'influsso di questo amore impellente e totalizzante, oblativo ed universale.

Padre Menni comprese a fondo questa esigenza di dedicare la propria vita a Cristo. Egli aveva letto e fatto sue le Parole del divino Maestro, che sono state annunciate nel Vangelo di questa celebrazione eucastica : « Ogni volta che avete fatto queste cose a uno solo di questi miei fratelli più piccoli, l'avete fatto a me » .[8] Tra « queste cose » che il Signore considera fatte a Sé, Padre Menni scelse in modo particolare la cura amorosa degli ammalati, soprattutto fanciulli ed infermi di mente.

Nutrendosi profondamente della spiritualità dell'Ordine Ospedaliero di San Giovanni di Dio, nel quale era entrato ancor giovane, egli ne fu il restauratore dopo il triste periodo delle soppressioni napoleoniche e dei regimi politici anti-ecclesiastici, che si eràrio succeduti fino

[2] *Ibid.*

[3] *Ibid.*

* *Rm* 6, 11.

[5] Cfr. *Fil* 3, 10; cfr. *2 Cor* 4, 10.

* Cfr. *Col* 2, 12; *Rm* 6, 4.

[7] Cfr. *2 Cor* 5, 15.

* *Mt* 25, 40.

ai suoi giorni. Egli è pertanto una gloria dell'Ordine dei Fatebenefrateili, i quali hanno in lui un esempio luminoso nel servizio dell'ammalato, identificato con Cristo.

Padre Menni, inoltre, seppe far fruttare meravigliosamente alcune virtualità insite nella spiritualità del suo Ordine, facendosi fondatore di una nuova Congregazione di Religiose dedite alla cura delle donne malate di mente : le Ospedaliere del Sacro Cuore di Oesù, le quali oggi esultano nel vedere solennemente riconosciute dalla Chiesa — nel mese dedicato al culto del Cuore Divino a cui sono consacrate — le virtù di Colui che venerano come Padre e Maestro.

La beatificazione del loro Fondatore, da esse ardentemente auspicata, valga a stimolare l'impegno di servizio a Cristo nella persona delle malate, secondo il carisma proprio dell'Istituto.

4. La obra realizada por el Padre Menni, para aliviar el sufrimiento de tantas personas, tuvo una gran actualidad en los diversos Países en los que ejerció su actividad caritativa; y, particularmente, en España donde pasó una parte importante de su vida. Pero también en nuestros días, su obra continúa siendo benemérita y providencial en una sociedad en que, por desgracia, frecuentemente se margina a los más débiles y a los que sufren.

El Beato que hoy veneramos —como todos los seguidores de Cristo— no escapó a las incomprensiones y sufrimientos, incluso por parte de personas muy cercanas a él. Pero el Padre Menni, convencido de sus buenas razones y confortado por su profunda comunión con Cristo* y con la Iglesia, supo resistir a los ataques y llevar adelante su fecunda obra de servicio a la sociedad y al Reino de Dios.

Su extraordinaria actividad estuvo constantemente sostenida y animada por una devoción íntima y profunda al Sagrado Corazón de Jesús- y por una particular veneración a la Madre de Dios, especialmente bajo- el título de Nuestra Señora del Sagrado Corazón de Jesús.

Su ejemplar humildad le colocaba en una constante actitud de conversión y de confianza sin límites en el poder de la divina Providencia.

Fue él incansable en su esfuerzo por seguir las huellas de Cristo, buen Samaritano, imitando en modo singular la misericordia hacia la persona que sufre, sin importarle su clase o condición, pues en ella veía siempre uno de aquellos hermanos « más pequeños)) en los que el divino Salvador está como escondido.

« Pidamos a Jesús —escribía en una de sus cartas— que nos in-

fíame de su Amor. Pidamos a la Eeina del Amor, la Virgen Inmaculada, que encienda en nosotros este fuego divino)).

Sin este ((fuego divino)), es decir, el fuego del Espíritu Santo, el Beato no habría podido hacer todo lo que tan maravillosamente llevó a cabo.

5. El Padre Menni no se limitó a conocer a Cristo ((según la carne » ,[9] esto es, según un parámetro humano y terreno, sino que supo y quiso dejarse iluminar por el misterio divino que se esconde en la humanidad de Cristo, quiso conocerlo ((según el Espíritu », dejándose así purificar y guiar « por la fuerza de este Espíritu », que nos induce a reproducir en nosotros mismos la obra redentora de Cristo como misterio de muerte y de resurrección, lo cual nos ayuda a ser ((nuevas criaturas » muriendo al pecado y dando la vida por los hermanos.

Llegar a ser santos, significa alcanzar las condiciones de esta « criatura nueva » renovada y regenerada por el Espíritu de Cristo ; ((criatura nueva » que realizaba su vida por el hecho de haberla dado, con corazón sincero, también a « uno de los hermanos más pequeños » de Cristo.[10]

Pidamos, por intercesión del nuevo Beato, que también nosotros podamos abrir sin reservas nuestro corazón al amor de Cristo. Que este Amor nos empuje y nos llene totalmente de tal manera que, muertos al pecado, podamos dedicar nuestra vida a Cristo y a los hermanos, y hacer de este mundo un mundo renovado y libre del pecado y de la muerte.

6. »Die Liebe Christi drängt uns«, so bekennt von sich der Apostel Paulus. Dieselbe Liebe Christi war es, die auch den neuen Seligen Peter Friedhofen dazu drängte, im Alter von dreißig Jahren sein Leben ganz Gott und dem Dienst an den Kranken zu weihen. Selbst arm und von schwacher Gesundheit gab er seinen Zivilberuf als Schornsteinfeger auf, um aus religiöser Uberzeugung und brennender Nächstenliebe einen Neuanfang zu wagen. Er sah die Not entwurzelter, kranker und hilfsbedürftiger Menschen und erkannte seine apostolisch-karitative Sendung. So gründete er 1850 die Gemeinschaft der »Barmherzigen Brüder von Maria-Hilf« mit der Aufgabe, Gott in den armen, kranken und alten Menschen zu dienen.

Gottes Vorsehung hatte Peter Friedhofen durch eine harte Lebensschule dafür vorbereitet, die Zeichen der Zeit im großen sozialen Umbruch des neunzehnten Jahrhunderts zu erkennen und aus dem

[9] *2 Cor* 5, 16.
[10] Cfr. *Mt* 25, 40.

Geist des Evangeliums darauf zu antworten. Als Vollwaise mußte er bereits in seiner Kindheit Leid und materielle Not persönlich erfahren. Sein Elternhaus und die rheinische Heimat vermittelten ihm eine tiefe Religiosität, vor allem eine innige Verehrung zur Unbefleckten Jungfrau Maria. Schon zur Zeit seiner Berufsausbildung war er beseelt von großem apostolischen Eifer. Er sammelte gleichgesinnte junge Menschen um sich zu einer Aloysiusbruderschaft, um sie zu einem gottesfürchtigen Leben nach dem Evangelium anzuspornen. In diesem Jugendapostolat, im Ringen um persönliche Heiligung und in der besonderen Sorge und Hilfsbereitschaft für notleidende Mitmenschen reifte allmählich seine religiöse Berufung, die in der Gründung der Brüdergemeinschaft zur vollen Entfaltung gelangte, nämlich : Christus so eng wie möglich nachzufolgen, die Menschen zu Christus zu führen, die Liebe zu Maria in die Herzen der Menschen einzupflanzen und aus christlicher Liebe den Kranken zu dienen.

7. Das Werk seiner Ordensgründung war von großen Schwierigkeiten und Prüfungen begleitet, in denen sich der selige Peter Friedhofen als Mann unerschütterlichen Glaubens und Vertrauens auf Gottes Vorsehung und die Hilfe Mariens erwies. In diesem übernatürlichen Kraftquell gründeten seine erstaunliche Entschlossenheit und Festigkeit, mit denen er trotz zunehmender körperlicher Erkrankung seine Vorhaben verwirklichte und seiner Ordensgemeinschaft im Dienst christlicher Nächstenliebe Gestalt und geistliche Weisung gab.

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die 12 Octobris 1985. — Cathedrali Ecclesiae Paranavaiensi Exc.mum P. D. Ruben Augustum de Souza Espinola, hactenus Episcopum titularem Biltensem et Auxiliarem Sancti Ludovici de Montes Belos.

die 18 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Civitatis Lazari Cárdenas,, noviter erectae, suffraganeae metropolitanae Ecclesiae Acapulcanae^ Exc.mum P. D. Iosephum a Iesu Sahagún de la Parra, hactenus Episcopum Tullanensem.

die 23 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Goianiensi Exc.mum P. D. Antonium Ribeiro de Oliveira, hactenus Episcopum Ipameriensem.

die 2k Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Maceiensi Exc.mum P. D. Edvaldonem Gonçalves Amaral, S. D. B., hactenus Episcopum Parnaibensem.

die 25 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Espinalensi Exc.mum P. D. Alfonsum Arteaga Yepes, hactenus Episcopum Ipialensem.

— Cathedrali Ecclesiae Ipialensi Exc.mum P. D. Raimundum Méntula Duarte, C. SS. R., hactenus Episcopum Garzonensem.

die 81 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Castellanetensi Exc.mum P. D. Martinum Scarafile, hactenus Episcopum titularem Rotariensem.

die 28 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Corumbensi R. P. Petrum Fré, C. SS. R., Sanctuarii nationalis Apparitiopolitani rectorem.

CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

CAIRNEN. - DARUEN.

DECRETUM

De finium ulteriore definitione

Vigore Decreti « Per Litteras Apostolicas », die 14 mensis Martii a. D. 1978 ab hoc Sacro Consilio Christiano Nomini propagando dati, tota provincia civilis vulgo dicta « Western Province » ut in illo tempore efformata, in Papua Nova Guinea, dioecesi Daruensi adsignata fuit.

Post novum Tractatum civilem inter Nationes Australiae et Papuae Novae Guineae contractum, Insulae olim australianae, vulgo dictae Kawa, Mata Kawa et Kussa, nunc ad Statum civilem Papuae Novae Guineae pertinent, et quidem ad supradictam provinciam civilem <(Western » attributae sunt.

Quae cum ita sint, Sacrum hoc Dicasterium, auditis quorum interest, habito consilio cum Sacra Congregatione pro Episcopis, omnibus perpensis, vigore facultatum sibi a Sanctissimo Domino Nostro Ioanne Paulo divina Providentia PP. II concessarum, per praesens Decretum dictas Insulas a dioecesi Cairnensi distrahit et dioecesi Daruensi adnectit, contrariis non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Congregationis pro Gentium Evangelizatione seu de Propaganda Fide, die 11 mensis Iulii a. D. 1985.

D. SIMON LOTJRDUSAMY, *pro-Secretarius*

L. © S.

Titianus Scalzotto, *Subsecretarius*

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

ROMANA

Canonizationis Servi Dei Timothei Giaccardo, Sacerdotis Societatis a S. Paulo Apostolo.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Die 20 mensis Augusti, anno 1914, Servus Dei Iacobus Alberione, qui in animo habebat « aliquid facere pro Domino proque hominibus novi saeculi », in urbe Alba Pompeia Congregationem Societatis a S. Paulo instituit, eo proposito, ut Evangelium et christianam doctrinam praedicaret omnibus gentibus per instrumenta communicationis socialis.

Anno 1963 Concilium Oecumenicum Vaticanum II, Decreto ((*Inter Mirifica* », hanc peculiarem Ecclesiae missionem confirmavit.

Summus Pontifex Paulus VI, in Adhortatione Apostolica ((*Evangelii Nuntiandi* », Decretum conciliare repetens, quod supra nominavimus, scripsit : « Nostra vero aetate, quae socialis instrumentis communicationis, vulgo "mass-media" appellatis, distinguitur, primus nuntius, catechetica institutio, vel penitior fidei consideratio horum usu subsidiorum carere nequit, quemadmodum supra monuimus. Eadem, cum ad inserviendum Evangelii causae adhibentur, ad prolatandum veluti in immensum spatium, ubi Dei Verbum auditur, valent, nuntiumque salutis ad milia et milia hominum afferunt. Ecclesia coram Domino suo quasi conscia reatus adesset, nisi praevalidis hisce subsidiis uteretur, quae humana mens in dies expolit perficitque. Etenim, eorum ope illum praedicat "super tecta" (cfr. *Mt* 10, 27 ; *Lc* 12, 3) nuntium, qui ipsi concreditus est; in iis recentiorem quandam efiica-

cioremque formam sacri suggestus, seu cathedrae, invenit; per ea alioqui multitudines potest» *(AAS,* 1976, I, p. 35).

Unus ex primis sodalibus nascentis illius Societatis a S. Paulo fuit Servus Dei Timotheus Giaccardo.

In pago, vulgari sermone *Narzole* appellato, intra fines dioecesis; Albae Pompeiensis (in provincia Cuneensi), natus sabbato, die 13 mensis Iunii anno 1896, eodem die baptizatus est et Iosephus nomen ei inditum. Mox Mariae Sanctissimae est consecratus et insigni Beatae Virginis de Monte Carmelo vestitus. Utiliter est a familia christiana educatione institutus.

Mense Martio anno 1908 Episcopus Albae Pompeiensis sacerdotem Iacobum Alberione in vicum *Narzole* misit veluti parochi adiutorem. Inter pueros qui ecclesiam frequentabant is vidit puerum Iosephum Giaccardo eminere in pietate, in gravitate fere annis maiore, in studii amore, in alacritate semper laeta innocentia moderata. In animis imprimebantur eius interrogationes et consideratae responsiones, secunda voluntas in consiliis sequendis. Brevi coepit Eucharistiae sacramentum recipere, et cito cotidie. Mane ad ecclesiam veniebat adhuc clausam ut Missae inserviret et Eucharistiam acciperet.

Autumno anni 1908, Servum Dei sequens quem supra diximus,, seminarium Albae Pompeiensis ingressus est, ubi anno 1914 habitu clericali indutus est.

Per gymnasii curriculum semper inter primos fuit pietate, studio, urbanitate, disciplina. Exinde Superiores animadverterunt et pluries, praesertim in conventibus consilii, demonstraverunt opus quod Spiritus Sanctus in eius animo efficiebat. Ob suam simplicitatem, maturitatem, humanitatem, accommodationem, facilitatem in officiis erga omnes, ab omnibus diligebatur, tum Superioribus, tum condiscipulis. Ex magistris autem Servum Dei Franciscum Chiesa peculiari cum veneratione et aestimatione meminit Dei Servus.

Cum annos studendi theologiae attigisset, pro certo habens se vocatum esse ad apostolatum per librorum editiones et communicationes sociales exercendum, in conspectum Episcopi venit, ut permissionem peteret iungendi se ad iuvenes incipientis Piae Societatis a S. Paulo. Episcopus, ut vocationem quoque iuvenis clerici exploraret, eum expertus est dicens : ((Si vis Dominum Alberione sequi, recusare debes ne clericus sis ». Servus Dei precatus est, doluit, consilium petivit : ad ultimum renuntiationi ab Episcopo impositae consensit, ut vocationem suam persequeretur. Deus ei praemium pro fide dedit et sacer-

"dotii gratiam non solum non negavit, sed confirmavit; nam die 19 mensis Octobris a. 1919 ordinatus est sacerdos in aedicula seminarii Albae Pompeiensis.

Episcopi obtento assensu, iam ab aestate anni 1917 ingressus erat Piam Societatem a S. Paulo tamquam *magister* iuvenum, qui collecti •erant ad constituendam Piam Societatem a S. Paulo. Appellatus est fuitque usque ad mortem, sine intermissione, *dominus magister,* amatus, auditus, servatus, cultus tum intra tum extra Congregationem. In Pia Societate a S. Paulo is fuit primus sacerdos, primus alumnorum magister, primus oeconomus, primus Vicarius generalis. Anno 1920 Genuae doctoris theologiae gradum est adeptus; vota temporanea nuncupavit die 5 Octobris anno 1921, et perpetua die 16 Martii anno 1927, cum Congregatio facta est iuris dioecesani. Ab anno 1921 ad annum 1926 fuit Vicarius Rectoris et oeconomus Domus Albae Pompeiensis. Mense Ianuario anno 1926, ob suum amorem et suam fidelitatem erga Summum Pontificem Romam missus est cum parvo iuvenum «candidatorum globo, ut in sinu Christianitatis primam Domum minorem Paulinam institueret. In hoc munere exsequendo omnes vicit difficultates magna sua fide, vehementi pietate, patientia et humilitate. Quicumque eum cognovit, memoriam eius servavit admirationis et venerationis plenam. Cum Domus Romana, iam stabilita, in eo erat, ut Familiae Paulinae quasi gremium fieret, Servus Dei Albam Pompeiensem est remissus (anno 1936) ut Domum Principem regeret tamquam Superior et ad formationem incumberet candidatorum, discipulorum, dericorum et sacerdotum, qui se parabant ad magnum munus nuntiandi mundo Evangelium instrumentis communicationis socialis. Verus fuit magister, qui omnibus anteibat exemplo, omnia docebat, omnibus consilia dabat, omnia efficiebat precatione ardenti et illuminata. Omnia percipiebat et cum omnibus animum suum communicabat; semper omnia omnibus factus est; quamvis primus esset, ultimum se existimabat. In omni anima, dicere licet, inscripsit, seque transfudit in pectora sacerdotum, discipulorum, Filiarum, Discipularum, puellarum quae vulgato nomine *Pastorelle* dicebantur, omnium denique qui cum eo inumana officia habuerunt ob rationes spirituales, sociales, oeconomicas. Multum in animas valuit et in Familiam Paulinam, quia animus eius illuminatus erat fide firma et diffusoria atque caritate operosa et industria incensus. In se ipsum et in omnia bona terrestria neglegens, nihil aliud optavit, quam cotidie progressus facere in imitatione Domini et in ministerio Ecclesiae; utque haec consequeretur magno cum fervore

humilitatem colebat, occupationem, cuiuslibet peccati vitationem, coniunctionem cum Deo, precationem assiduam, verbi divini meditationem, pietatem erga SS. Eucharistiam — caput et radicem totius eius spiritualitatis et navitatis — erga Sanctam Virginem Mariam et Apostolum Paulum. Magnopere nisus est Regulas sui Instituti observare, diligenter sua sacerdotis, religiosi et Superioris munia exsequi, in apostolatum praedicationis, confessionum audiendarum et spirituum moderaminis incumbere. Magnam animi fortitudinem ostendit in gravibus officiis et muneribus sustinendis ; eminuit in singulari oboedientia mentis, voluntatis, cordis, in continentia sui, in patientia, in constanti suavitate, in prudentia non communi, in iustitia erga Deum et erga proximum.

Iustum est in lucem proferre peculiare munus quo Servus Dei functus est apud Institutorem Familiae Paulinae, numquam incommoda perpendens, numquam laborem recusans, per plus triginta annos ; tum etiam, cum exsecutio muneris postulabat multam sui ipsius neglegentiam, voluntatis, appetitionum, arbitriorum abdicationem, et humilium ac occultorum ministeriorum acceptionem. Ei mandatum est ut Congregationes Paulinas quodammodo in bracchiis portaret, inde ab earum ortu; quas docuit impensam vitam interiorem et ad proprium cuiusque apostolatum instruxit. In magna Familia Paulina is fuit quodammodum cor et animus.

Altero omnium gentium bello confecto, anno 1946, Romam rediit ad Domum Generalem ut denuo in difficile Vicarii generalis munus intenderet. In primis ei credita est institutio et formatio Sororum Piarum Divini Magistri, quibus in Familia Paulina officium maximi momenti delegatum est. Cum anno 1947, tempus fuit, a Deo statutum, ut haec tertia Congregatio Paulina a Sancta Sede approbaretur, Servus Dei non dubitavit vitam suam devovere Deo, ut impetraret omnes difficultates vinci, quae intercedebant. Eius precatio exaudita est et accepta devotio. Ubi ei nuntiatum est Decretum approbationis novae Congregationis esse subnotatum, laetitia exsultans dixit : « Nunc canere possum "Nunc dimittis" : Deus me audivit ; me Paradisus exspectat : oportet me celeriter praeparem ».

« Decretum Laudis » pervenit die 12 mensis Ianuarii a. 1948, ipso equidem die, quo Dei Servus ultimam Missam celebravit. Hac finita, est ad cubiculum ductus, ut corpus imponeret lecto, e quo non amplius surgere potuit. Leuchaemia acuta correptus, sabbato, die 24 mensis Ianuarii, scienter acceptis Infirmorum Unctione et Sancto Viatico et

recitato meridie cum fratribus sodalibus « *Angelus* », pie in Domino obdormivit.

Fama sanctitatis, quam vivus est consecutus, volventibus annis increbruit; qua re, peractis Processu Ordinario, Romae inito die 8 mensis Iunii anno 1953, et Processu Rogatoriali Albae Pompeiensis instituto die 7 mensis Iunii anno 1955 editoque Decreto super scriptis die 25 mensis Ianuarii anno 1961, Sumus Pontifex Paulus VI die 10 mensis Decembris a. 1964 Introductionem Causae Servi Dei permisit.

Post Processus Apostolicos, alterum Romae inchoatum die 20 mensis Maii anno 1965, alterum Albae Pompeiensis die 22 mensis Iulii eodem anno, proditum est, die 19 mensis Decembris anno 1969, Decretum de omnium Processuum validitate iuridica.

Positio super virtutibus, iam anno 1979 parata, consulta est et disserta faventi cum exitu primum a Consultoribus Theologis, moderante Fidei Promotore, in Congressu Peculiari die 26 Februarii anno 1985 habito, et die 16 Aprilis eodem anno a Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente Causae Cardinali Mario Aloisio Ciappi.

Facta demum de hisce omnibus Ioanni Paulo Papae II fideli relatione, Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis libenter excipiens, mandavit ut Decretum super virtutibus heroicis Servi Dei conscriberetur.

Quod cum rite factum esset, accitis hodierno die Cardinalibus infrascripto Praefecto necnon Causae ponente, meque Antistite a Secretis, ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis, Servi Dei Timothei Giaccardo, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in acta S. Congregationis pro Causis Sanctorum referri et in vulgus edi mandavit.

Datum Romae, die 9 mensis Maii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

II
VICTORIEN, SEU FLAVIOBRIGEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Francisci Gárate, coadiutoris temporalis Societatis Iesu.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Dei famulus Franciscus Gárate, in praedio *Recarte,* prope Loyolam, intra fines dioeceseos Victoriensis, die 3 Februarii anno 1857 natus, Societatis Iesu mirabile refulsit exemplar coadiutoris temporalis. Ianitoris officium apud studiorum Universitatem Deustensem *(Deusto,* Bilbao) laborum eidem fuit simulque virtutum palaestra per unum et quadraginta annos. Sanctimoniae fama condecorata, die 9 mensis Septembris anni 1929 ad caelestem evolavit gloriam. Eum heroum in modum christianas excoluisse virtutes Summus Pontifex Ioannes Paulus II, servatis de iure servandis, die 11 Februarii a. 1982 sollemniter declaravit.

Quaestio subinde institui coepta est apud S. Congregationem pro Causis Sanctorum de miraculo ad eiusdem Venerabilis beatificationem iure requisito comparandam. Conditus iam erat processus Sanctae Sedis auctoritate super mira quadam sanatione, quae eodem Servo Dei intercedente, divinitus patrata ferebatur in favorem dominae Mariae Ugalde Caño, triginta et quinque annos natae. Ipsa enim, vehementibus vexata doloribus, Venerabilis Francisci Gárate fervida fide speque firmissima patrocinium imploravit vespere diei 18 Februarii anno 1943, et ecce mane diei insequentis sanata est a gravi et extensa necrosi ex adustione sinistri femoris.

Super huiusmodi mira sanatione instructus est (aa. 1946-1947) alter processus ordinaria potestate in Curia Victoriensi, et alter (aa. 1953-1956) apostolicae Sedis auctoritate, in Curia Flaviobrigensi, de quorum iuridica forma et vi decretum prodiit die 16 Februarii anni 1962. De eodem miro Consulta Medica huius Sacrae Congregationis die 4 mensis Octobris anni 1984 diligenter disceptavit atque eamdem sanationem per naturae leges explicari non posse censuit. Hinc eadem sanatio iudicio theologorum subiecta est : primum quidem, die 31 mensis Ianuarii, anno 1985, in Congressu Peculiari Consultorum, moderante Promotore Fidei; postea, die 26 Martii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium, ponente Em.mo ac Rev.mo Domino Francisco Carpino.

Hisce de rebus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut decretum super praedicta mira sanatione appararetur.

Hodierno tandem die, Sanctitas Sua ad se advocavit Cardinales subscriptum et Franciscum Carpino, Causae ponentem, meque Antistitem a Secretis ceterosque de more convocandos, eisque astantibus, declaravit : *Constare de uno miraculo, divinitus patrato, intercedente Ven. Francisco Cúrate, videlicet de instantánea, perfecta constantique sanatione dominae Mariae ügalde Caño a « grave ed estesa necrosi da ustione alla coscia sinistra da tintura di iodio verosimilmente alterata, stazionata a lungo su tessuto sede di ferita chirurgica infetta, conseguente ad intervento di sbrigliamento di un processo fistoloso e raschiamento di un focolaio osteitico femorale ».*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 9 mensis Maii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

III

IANUEN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Virginiae Centurione viduae Bracelli, Fundatricis Instituti Sororum Dominae Nostrae a Refugio in Monte Calvariae vulgo « Brignoline ».

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Ianuae nata, die 2 mensis Aprilis anno 1587, Virginia Centurione, ferreae voluntati patris se accommodans, etsi de religiosa vita cogitabat capessenda, fidelis fuit sponsa Gasparis Bracelli, iuvenis nobili loco orti et magnarum opum heredis, qui ei duas reliquit filias. Post quadriennium vidua est effecta ; sed novas nuptias firmiter recusavit, quas ei pater paraverat, et domi se abdidit in paenitentiam, in laborem, in filiarum educationem incumbens, simulque operam impendens in « Opus ecclesiarum pauperum agrestium », quibus pecuniam et vestes donabat. Interea domum suam in caritatis sedem erga pauperes convertit et

tandem fundatrix est facta Instituti Sororum vulgo appellatarum *Brignoline,* ab Emmanuele Brignole benef actore eximio. Sanctitatis fama circumdata, Dei famula die 15 Decembris anno 1651 ad superos evolavit. Eandem virtutes coluisse heroum in modum Summus Pontifex Ioannes Paulus II die 7 mensis Aprilis a. 1984 declaravit.

Ad huius autem Venerabilis Servae Dei sollemnem beatificationem rite consequendam, actores Causae unam, quemadmodum novum exigit ius, delegerunt prodigiosam sanationem divinitus, eadem Venerabili intercedente, omnino patratam eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum proposuerunt. Proposita autem est repentina ac perfecta sanatio Sororis Dominicae Cabutto a gravi meningiti te tuberculari, edita prius a medicis infausta quoad vitam prognosi. Mirum hoc factum contigit die 18 mensis Novembris anno 1951 in urbe Ianua.

Cum huiusmodi sanationem evenisse praeter naturae vires et leges complures testes, quorum quidem septem medici, censuissent, celebratus est processus episcopali potestate anno 1955 apud Curiam Ianuensem, cuius vis et forma legitima est probata per decretum diei 18 Februarii anni 1983.

Praehabitis deinde votis duorum ex officio in arte medica peritorum, Consilium Medicum huius Congregationis pro Causis Sanctorum de sanatione praedictae Sororis Dominicae Cabutto die 13 mensis Decembris anno 1984 disceptavit edixitque sanationem in casu explicari subsidiis humanis non posse.

Quapropter instituta est theologica disceptatio circa recuperatane valetudinem eamque perfectam ac stabilem eiusdem Sororis et quidem primum, die 11 mensis Aprilis anno 1985, in Congressu Peculiari Theologorum Consultorum, moderante Rev.mo Domino Antonio Petti, Sanctae Fidei Promotore; et postea, die 21 Maii eodem anno, in Ordinaria Patrum Cardinalium Congregatione, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Silvio Oddi. Et in utroque Coetu suffragia fuerunt omnia praeternaturalem descriptae sanationis indolem affirmantia.

Facta...denique de hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Praefectum plena ac fideli relatione, Summus Pontifex Ioannes Paulus II vota Congregationis pro Causis Sanctorum rata habuit et approbavit, atque praecepit Decretum apparari super eadem mira sanatione.

Quod cum rite esset factum, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto Praefecto et Causae ponente seu relatore, meque Antistite a secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de uno miraculo, Yene-*

rabili Serva Dei Virginia Centurione vidua Bracelli intercedente, a Deo patrato, videlicet de rapidissima, perfecta constantique sanatione Sororis Dominicae Cabutto a « meningite tubercolare in soggetto con precedenti manifestazioni cliniche di infezione tubercolare, a localizzazioni multiple ».

Quod autem Decretum promulgari et in acta Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

It. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

IV

ARIMINEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Pii a Sancto Aloisio, Clerici professi Congregationis Passionis Iesu Christi.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Servus Dei Pius a S. Aloisio, clericus professus Congregationis Passionis Iesu Christi, ortum duxit die 29 mensis Aprilis anno 1868 in pago *Trebbio,* intra dioeceseos Ariminensis fines; qui e vita decessit die 2 Novembris anno 1889. « Iugis mansit Dei Servi memoria simulque efficacia exempli quod is praebuerat vita sua pia et intemerata in saeculo, generosa fidelitate erga vocationem religiosam, plena et inconcussa observantia spiritus Congregationis Passionis secundum exemplum sancti Institutoris, constanti et continuo perfectionis studio usque ad vitae consummationem » *(Decretum super virtutibus* Ven. Pii a S. Aloisio). Eum autem virtutes théologales et cardinales iisque adnexas heroum in modum exercuisse Summus Pontifex Ioannes Paulus II, servatis de iure servandis, die 21 mensis Martii anno 1983 declaravit.

Ut vero Beatorum Caelitum honores eidem Venerabili recte decernerentur, Causae actores sanationem quandam, quae eodem Venerabili deprecatore divinitus patrata ferebatur, Apostolicae Sedi iuridica forma exhibuerunt. Mira de qua agitur sanatione fruita est Soror Maria Foschi viginti trium annorum, religiosa professa Congregationis Piarum Magistrarum a Virgine Perdolente; ipsa namque, patrocinio

ipsius Venerabilis saepius implorato, a synovitide probabilis indolis tubercularis in sinistro genu, mense Iunio anni 1927, celerrime ac perfecte convaluit.

Qua super sanatione processus Sanctae Sedis auctoritate est conditus apud Curiam episcopalem Ariminensem a die 4 Iulii a. 1940 ad diem usque 4 Septembris a. 1941, cuius quidem iuridica forma et validitas agnita est per Decretum die 13 mensis Aprilis anno 1945 editum.

Iuris ordine deinde servato, eiusmodi sanatio ad Medicorum Consilium huius Congregationis pro Causis Sanctorum relata est qui, in coetu diei 6 Decembris a. 1984 coadunati, edixerunt eandem sanationem scientiae pervestigatione ac praeceptis explicari quoad modum non posse. Habita est postmodum theologica disceptatio et quidem primum, die 11 Aprilis mensis anno hoc vertente in Congressu Peculiari, qui vocatur, Consultorum theologorum, moderante Rev.mo D. Antonio Petti, Fidei Promotore; deinde, die 21 Maii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Cardinalium et Episcoporum, ponente seu relatore Em.mo Cardinali Marco Aloisio Ciappi. Et proposito dubio : *« An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur »*, in utroque Coetu affirmativum responsum est datum.

Facta de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum plena et fideli relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut super relata sanatione divinitus effecta Decretum de more appararetur.

Quod cum rite factum esset, accitis hodierna die Cardinalibus infrascripto necnon Causae ponente seu relatore, meque Antistite a Secretis Congregationis ceterisque convocari solitis, iisque astantibus, Beatissimus Pater edixit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Pio a Sancto Aloisio intercedente, a Deo patrato, scilicet de rapidissima, perfecta stabilique sanatione Sororis Mariae Foschi a synovitide probabilis indolis tubercularis in sinistro genu, duabus saevientibus entonéis laesionibus.*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri praecepit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

V

ROMANA

Canonizationis Beati Iosephi Mariae Tornasi, S. R. E. Cardinalis, Presbyteri Ordinis Clericorum Regularium Theatinorum.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo, post indultam ab Apostolica Sede venerationem, constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

E principibus Lampedusae et Palmae, non minus pietate quam genere praeclaris, natus est Iosephus Maria Tornasi die 12 mensis Septembris anno 1649, Leocatae in Sicilia. Theatinorum Ordinem amplexus Panormi, veluti gigas viam perfectionis percurrit, maioris natu iure in fratrem translato, domus suae opibus et honoribus valere iussus. Sacerdotio initiatus, cum philosophiae, theologiae graecisque litteris dedisset operam, hebraicam quoque linguam addiscendam curavit. In sanctarum Scripturarum, Ecclesiae Patrum ac sacrarum antiquitatum codices iugiter incumbens, theologicam disciplinam ac rem liturgicam mirifice illustravit. Calendis Ianuariis anni 1713, aetatis suae sexagesimo tertio, caelum ingressus est. Quem heroicis virtutibus et miraculis fulgentem, Pius Papa VII anno 1803 Beatorum albo adscripsit.

Exinde Sicula tellus atque Theatinorum Familia eidem Beato sese fidenter in suis spiritualibus et temporalibus necessitatibus commendarunt. Unde plures favores et gratiae, eodem opitulante Beato, a Deo concessae ferebantur, quos inter miraculi notas nonnulli praeseferebant, quibus quidem via ad Beati canonizationis aperta videbatur. Quapropter, servatis de iure servandis, Causa canonizationis Beati Iosephi Mariae Tornasi, probante Pio Papa XII, die 24 mensis Maii a. 1958 resumpta est.

Porro, ad Beati ipsius canonizationem obtinendam, Causae actores miram, quae ferebatur, sanationem divinitus patratam, deprecatore eodem Beato, selegerunt eamque Apostolicae Sedi ad cognoscendum proposuerunt.

Iamvero agitur de valetudine recuperata dominae Mariae Conceptae Guastella, undetriginta annos natae, habentis domicilium in loco quem italico sermone *Torretta* appellant, intra dioeceseos Montis Regalis fines in Sicilia sito. Ipsa ab ineunte anno 1950 affecta erat morbo a medicis dicto *lupus tubercularis,* qui nasum afficiebat nostrae aegrotae. Cum morbus inveterará coepisset, medicus a curatione prognosim

edixit valde reservatam quoad valetudinem. Amissa itaque naturalis* sanationis spe, ferventes preces vespere diei 20 Septembris a. 1950, effundi coeptae sunt ad Beati Iosephi Mariae Tornasi intercessionem obtinendam. Et ecce, mane insequentis diei Maria Concepta Guastella se sanatam esse advertit, omnibus morbi vestigiis absumptis.

Super huiusmodi miranda sanatione conditus est annis 1959-1961, apud Curiam episcopalem Montis Begalis, processus auctoritate Sanctae Sedis, cuius iuridica forma et vis admissa sunt per Decretum die* 11 Ianuarii a. 1969. Consilium deinde Medicum huius Congregationis, die 13 mensis Decembris a. 1984 coadunatum, examini subiectis depositionibus tum testium excussorum, tum a curatione medicorum et ab-inspectione, praefatam sanationem esse factum quod per naturae lege» explicari non posse affirmavit.

Quibus absolutis, actio est agitata super eadem sanatione primum, die 23 Maii anni huius 1985, in Congressu Particulari Consultorum Theologorum, moderante Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore seu Praelato Theologo; deinde, die 2 mensis Iulii eodem anno, in Ordinaria Patrum Cardinalium Congregatione, ponente seu relatore subscripto Cardinali Praefecto. Et utroque in coetu affirmativum est datum responsum dubio num de miraculo ageretur divinitus patrato* per Beati Iosephi Mariae Tornasi intercessionem.

Facta postmodum de hisce omnibus Summo Pontifici Ioanni Paulo II per subscriptum Cardinalem Praefectum plena et fideli relatione, Sanctitas Sua vota Congregationis pro Causis Sanctorum libenter excipiens, mandavit ut Decretum super eadem mira sanatione conscriberetur.

Quod cum factum esset, hodierna die, aceito Cardinali infrascripto* Praefecto simulque Causae relatore, meque Antistite a Secretis Congregationis, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de uno miraculo, Beato Iosepho Maria Tornasi intercedente, a Deo patrato, scilicet de admodum rapida,, perfecta ac stabili sanatione dominae Mariae Conceptae Guastella a lupo tuberculari nasum afficiente.*

Hoc autem Decretum publici iuris fieri et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 6 Iulii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. © S.

© Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Venerdì, 4 Ottobre 1985 il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in visita ufficiale S. E. il Signor FRANCESCO COSSIGA, Presidente della Repubblica Italiana.

Ha, altresì, ricevuto in udienza ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Lunedì, 21 Ottobre 1985, S. E. il Signor ANTONIO ZAGLUL ELMUDESI, Ambasciatore della Repubblica Dominicana presso la Santa Sede.

Venerdì, 25 Ottobre 1985, S. E. il Signor ALEJANDRO ZORRILLA DE SAN MARTIN, Ambasciatore dell'Uruguay presso la Santa Sede.

Lunedì, 28 Ottobre 1985, S. E. il Signor SONO ACHIDA, Ambasciatore del Giappone presso la Santa Sede.

Il Santo Padre ha ricevuto in Udienza:

Lunedì, 7 Ottobre 1985, S. E. l'On. GUY CHARBONNEAU, Presidente del Senato Canadese.

Giovedì, 17 Ottobre 1985, S. E. il Signor MOHAMED M'ZALI, Primo Ministro di Tunisia.

Da Venerdì, 18 Ottobre a Domenica 20 Ottobre 1985, il Santo Padre si è recato in Apostolico pellegrinaggio in Sardegna.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

2 ottobre 1985. Gli E.mi Signori Cardinali: Ugo Poletti; Angel Suquía Goicoechea; John J. O'Connor; Luigi Dadaglio; Antonio Innocenti; Paul Augustin Mayer; Jean Jérôme Hamer; Jozef Tomko, *Memori del Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

» » » Gli E.mi Signori Cardinali : Paul Augustin Mayer e Jean Jérôme Hamer: *Membri della Congregazione per la Dottrina della Fede.*

2 ottobre 1985. Gli E.mi Signori Cardinali: Ugo Poletti; Angel Suquía Goicoechea; John J. O'Connor; Luigi Dadaglio ; Antonio Innocenti ; Paul Augustin Mayer ; Jean Jérôme Hamer ; Jozef Tomko, ***Membri della Congregazione per i Vescovi.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali : Henryk Roman Gulbinovricz ; Paulos Tzadua; Myroslav Ivan Lubachivsky, ***Membri della Congregazione per le Chiese Orientali.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Adrianus J. Simonis; Luigi Dadaglio; Antonio Innocenti; Edouard Gagnon, ***Membri della Congregazione per i Sacramenti.***

») »)> Gli E.mi Signori Cardinali: Ricardo Vidal; Giacomo Biffi; Paul Poupard, ***Membri della Congregazione per il Culto Divino.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Miguel Obando Bravo; Henryk Roman Gulbinowicz ; Louis-Albert Vachon ; Giacomo Biffi, ***Membri della Congregazione per il Clero.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Paul Augustin Mayer; Jozef Tomko; Alfons Stickler, ***Membri della Congregazione per i Religiosi.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Friedrich Wetter; Bernard F. Law; Simon D. Lourdusamy; Francis A. Arinze; Paul Poupard, ***Membri della Congregazione per VEvangelizzazione dei Popoli.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Francis A. Arinze; Andrzej Maria Deskur; Edouard Gagnon; Alfons Stikkler, ***Membri della Congregazione per le Cause dei Santi.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Juan Francisco Fresno Larraín; Angel Suquía Goicoechea; Silvano Piovanelli ; Jean Jérôme Hamer ; Jozef Tomko ; Paul Poupard; Rosalío J. Castillo Lara, ***Membri della Congregazione per VEducazione Cattolica.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Rosalío J. Castillo Lara e Alfons Stickler, ***Membri del Supremo Tribunale della Segnatura Apostolica.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Albert Decourtray; Adrianus J. Simonis; Francis A. Arinze; Rosalío J. Castillo Lara, ***Membri del Segretariato per V Unione dei Cristiani.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Albert Decourtray; Friedrich Wetter; Simon D. Lourdusamy; Paul Poupard, ***Membri del Segretariato per i non Cristiani.***

2 ottobre 1985. Gli E.mi Signori Cardinali: Paulos Tzadua; Myroslav Ivan Lubachiwski; Silvano Piovanelli, ***Memori del Segretariato per i non credenti.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Paul Augustin Mayer; Jean Jérôme Hamer; Jozef Tomko, ***Membri della Pontificia Commissione per VInterpretazione Autentica del Codice di Diritto Canonico.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: John J. O'Connor e Alfons Stickler, ***Membri della Pontificia Commissione per le Comunicazioni Sociali.***

» » » L'E.mo Signor Cardinale Simon D. Lourdusamy, ***Membro del Comitato di Presidenza del Pontificio Consiglio per la Famiglia.***

» » » Gli E.mi Signori Cardinali: Luigi Dadaglio; Antonio Innocenti; Jozef Tomko; Andrzej Maria Deskur; Rosalio J. Castillo Lara, ***Membri della Pontificia Commissione per lo Stato delta Città del Vaticano.***

» » » L'E.mo Signor Cardinale John J. O'Connor, ***Membro della Commissione Cardinalizia di vigilanza dell'Istituto per le Opere di religione.***

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Brevi Apostolici il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

10 ottobre 1985. Mons. Pietro Sambi, Arcivescovo titolare eletto di Beicastro, ***Pro-Nunzio Apostolico in Burundi.***

30 » » S. E. mons. José T. Sánchez, Arcivescovo di Nueva Segovia, ***Segretario della Congregazione per l'Evangelizzazione dei Popoli o « de Propaganda Fidey>.***

31 » » S. E. mons. Henri Lemaìtre, Arcivescovo titolare di Tongeren, ***Pro-Nunzio Apostolico in Finlandia, Islanda, Danimarca, Svezia e Norvegia.***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato :

2 ottobre 1985. Mons. Mario Federici, ***Capo Ufficio nella Segreteria di Stato.***

12 » » Mons. Alberto Bottari de Castello, Uditore della Nun* ziatura Apostolica negli Stati Uniti d'America, ***Osservatore Permanente Aggiunto della***

Santa Sede presso l'Organizzazione degli Stati Americam (O.E.A.).

15 ottobre 1985. Mons. Marcello Camisassa, *Capo ufficio nel Consiglio per gli Affari Pubblici della Chiesa.*

26 » » Mons. Luigi De Magistris e mons. Sebastiano Másala, *Consultori della Congregazione per i Sacramenti.*

30 » » E.mo Signor Cardinale Simon D. Lourdusamy, *Prefetto della Congregazione per le Chiese Orientali.*

Protonotari Apostolici soprannumerari:

23 marzo 1985. Mons. Carmelo Xuereb (Malta).
17 aprile » Mons. Piotr Maziewski (Vilna).
27 agosto » Mons. Rino Marsiglio (Padova).

Prelati d'Onore di Sua Santità:

3 luglio 1981. Mons. Michael Keegan (Hallam).
12 gennaio 1984. Mons. William Anthony Kilgannon (Hallam).
14 aprile Mons. Carlos González Anaya (Toluca).
» » Mons. Samuel Marín Suárez (Toluca).
» » Mons. Ignacio Albarrán Guzmán (Toluca).
» » Mons. Ignacio Mosco Salazar (Toluca).
16 ottobre Mons. Franz J. Stark (Innsbruck).
» » Mons. Walter Linser (Innsbruck).
13 novembre Mons. Huberto José Godoy Briceño (Trujillo).
10 dicembre Mons. Karl Hof er (Graz-Seckau).
28 » Mons. Alexander Thiel (Graz-Seckau).
» » Mons. Franz Walper (Sankt Pölten).
2 marzo 1985. Mons. Peter Gradauer (Linz).
» Mons. Gottfried Schickiberger (Linz).
» » Mons. Josef Wiener (Linz).
3 » Mons. Otello Gentili (Macerata).
30 » Mons. Jerzy áwinka (Chelmno).
18 aprile Mons. John B. O'Donnell (London).
» » Mons. Patrick E. Cavanagh (London).
» Mons. Frederick B. Henry (London).
» Mons. Napoléon Harvey (Chicoutimi).
» Mons. Léonce Bouchard (Chicoutimi).
maggio Mons. Jenö Anisich (Kalocsa).
» Mons. Paul Tougourdeau (Angers).
» Mons. Pierre Ouvrard (Angers).
» Mons. Louis Dile (Angers).
» Mons. Luigi Kurko (Bobbio).
» Mons. Józef Szczotkowski (Krakow).
» Mons. Paul Bouvier (Genève).
24 giugno Mons. Giacinto Berloco (Altamura).

Cappellani di Sua Santità:

12	gennaio	1984.	II	sac. Juan Francisco Bonne Murillo (Torreón).
»	»	»	II	sac. José Manuel García Guajardo (Torreón).
»	»	»	II	sac. Artemio Villarreal Cantú (Torreón).
»		»	II	sac. Alejo Ollervides Aguirre (Torreón).
»	»	»	II	sac. Jesús J. Cortinas Hernández (Torreón).
6	ottobre		II	sac. Klaus Egger (Innsbruck).
13	novembre	»	II	sac. Félix Serrano (Trujillo).
»		»	II	sac. Luis Villasmil Torres (Trujillo).
»	»	»	II	sac. Ricardo Villegas (Trujillo).
»	»	»	II	sac. Salvador Darazarte Maldonado (Trujillo).
»	»	»	II	sac. Joaquín Morón Hidalgo (Trujillo).
»	»	»	II	sac. Benito Sallilla (Trujillo).
28	dicembre	»	II	sac. Johannes Trumer (Graz-Seckau).
21	febbraio	1985.	II	sac. Hans Schinner (Wien).
2	marzo	»	II	sac. Jakob Fussenegger (Feldkirch).
»	»	»	II	sac. Gerhard Podhratsky (Feldkirch).
5		»	II	sac. Gregorio Canias y Lazatin (San Fernando).
»		»	II	sac. Pablo Diaz y Cagungum (San Fernando).
»		»	II	sac. Alfonso Ducul y Gaza (San Fernando).
»	»	»	II	sac. Benjamin Henson y Sanches (San Fernando).
»		»	II	sac. Francisco Lansang y Ricafort (San Fernando),
»	»		II	sac. Eugenio Mercado Jr y Santos (San Fernando).
»	»	»	II	sac. Macario Puno y Tolentino (San Fernando).
»	»		II	sac. Gregorio Torres y Soriano (San Fernando).
»	»		II	sac. Arsenio Yusi y Manansala (San Fernando).
23	»	»	II	sac. Giuseppe Ortenzi (Macerata).
»		»	II	sac. Adriano Pennacchioni (Cingoli).
»		»	II	sac. Carmelo Bianco (Malta).
»	»	»	II	sac. Lorenzo Cachia (Malta).
»		»	II	sac. Carmelo Zammit (Malta).
»	»	»	II	sac. Stephen Borg (Malta).
»	»	»	II	sac. Giovanni Brigga Brineati (Malta).
»		»	II	sac. Antonio Muscat (Malta).
30	»		II	sac. Aleksander Klos (Chelmno).
»		»	II	sac. Stanislaw Grunt (Chelmno).
»	»	»	II	sac. Anastazy Nadolny (Chelmno).
»	»	»	II	sac. Adam Tracz (Chelmno).
17	aprile	»	II	sac. Tadeusz Krawczenko (Vilna).
14	maggio	»	II	sac. Miroslaw Ratajczak (Wroclaw).
22	»	»	II	sac. Jerzy Wasiak (Warszawa).
»	»	»	II	sac. Jan Flazinski (Warszawa).
»	»	»	II	sac. Tadeusz Karolak (Warszawa).
28	»	»	II	sac. Mikolaj Z^dlo (Krakow).
»	»	»	II	sac. Edward Broszkiewicz (Krakow).
»	»	»	II	sac. Józef Piotrowski (Krakow).
»		»	II	sac. Józef Nowobilski (Krakow).
»		»	II	sac. Ferdynand Bochaczyk (Krakow).

28 maggio 1985. Il sac. Jan Sola (Krakow).
» » » Il sac. Kazimierz Hola (Krakow).
» » » Il sac. Józef Koziel (Krakow).
» » » Il sac. Micha! Jagosz (Krakow).
1 giugno » Il sac. Benedetto Abate (Nocera de' Pagani).
» » » Il sac. Carmine La Femina (Nocera de' Pagani).
4 » » Il sac. John Nienstedt (Detroit).
5 » Il sac. Vittorio Formenti (Brescia).
18 » » Il sac. Lucio Scaramazza (Teramo).
» » » Il sac. Vittorio Moscato (Benevento).
21 » » Il sac. Arsenio Salerno (Sarno).
4 luglio » Il sac. Giuseppe Pinto (Conversano).

ONORIFICENZE

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha conferito:

La Gran Croce dell'Ordine Piano:

2 maggio 1985. A S. E. il sig. Dante Caputo *(Argentina).*
» » » A S. E. il sig. Jaime del Valle Alliende *(Cile).*
» » A S. E. il sig. Jorge Federico Sabato *(Argentina).*
» » » A S. E. il sig. Ernesto Videla Cifuentes *(Cile).*
» » » A S. E. il sig. Marcelo Delpech *(Argentina).*
» » A S. E. il sig. Santiago Benadava Caftan *(Cile).*
» A S. E. il sig. Enrique José Alejandro Candioti *(Argentina).*
» » A S. E. il sig. Julio Philippi *(Cile).*
» » A S. E. il sig. Francisco Orrego Vicuña *(Cile).*
» » » A S. E. il sig. Carlos Ortiz de Rozas *(Argentina).*
» » A S. E. il sig. Helmut Brunner Noerr *(Cile).*

La Commenda con Placca dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile.

2 maggio **1985.** Al sig. Patricio Prieto Gándara *(Cile).*
» » » Al sig. Luis Maria Riccheri *(Argentina).*
» » » Al sig. Federico Rio *(Argentina).*
» » » Al sig. Patricio Pozo Ruiz *(Cile).*
» » » Al sig. Fernando Pérez Egert *(Cile).*
» » » Al sig. Osvaldo Muñoz Miranda *(Cile).*

La Commenda dell'Ordine di san Gregorio Magno, classe civile:

2 maggio **1985.** Al sig. Jorge Agustín Molina Arambarri *(Argentina).*
» » » Al sig. Maximiliano Jarpa *(Cile).*
» » » Al sig. Martín García Moritán *(Argentina).*
» » » Al sig. Milenko Skoknic Tapia *(Cile).*
» » » Al sig. Osvaldo Pedro Astiz *(Argentina).*
» » » Al sig. Alfredo Yung *(Argentina).*
» » » Al sig. Arturo Ayala Arce *(Cile).*

NECROLOGIO

13 ottobre 1985. Mons. Joseph Bretault, Vescovo emerito di Koudougou *(Burkina Faso).*

14 » » Mons. Mbuka-Nzundu, Vescovo di Kikwit *(Zaire).*

15 » » Mons. Miguel Balaguer, Vescovo emerito di Tacuarembó *(Uruguay).*

23 » » Mons. Hermann Westermann, Vescovo emerito di Sambalpur *(India).*

24C » » Card. Maurice Roy, del Titolo di Nostra Signora del Ss.mo Sacramento e Santi Martiri Canadesi.

55 » » Mons. Felixberto Camacho Flores, Arcivescovo di Agaña, (Guam, Micronesia).

26 » » Mons. Juan Bautista Velasco, Vescovo emerito di Hsiamen, Amoy *(Cina).*

1 novembre » Mons. Ukec, Vescovo emerito di Bunia *(Zaire).*

Recens nuntiatum est Iosephum Alanum Leroy, episcopum olim Kilvaënsem-Kasengaënsem, die 27 mensis Martii huius anni de vita decessisse.

An. et vol. LXXVII 2 Decembris 1985 N. 12

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

Directio: **Palazzo Apostolico - Città del Vaticano** — *Administratio:* **Libreria Editrice Vaticana**

ACTA IOANNIS PAULI PP. II

CONSTITUTIO APOSTOLICA

CIVITATIS LAZARI CÁRDENAS

Quibusdam locis a dioecesi Apatzinganiensi aliisque ab Ecclesia Civitatis Altamirensis distractis nova conditur dioecesis nomine Civitatis Lazari Cárdenas.

IOANNES PAULUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum probe ob oculos Nobis clarum versetur consilium Sacrosanctae Synodi hoc de dioecesanis circumscriptionibus statuens, ut, « quatenus animarum bonum id exigat, quamprimum ad congruam recognitionem prudenter deveniatur, eas dividendo vel dismembrando . . . » *(CD* 22), et quidem « ut Episcopi munera sua pastoralia in iisdem efficaciter explere valeant » *(ibi),* bene ideo visum est fieri, si assentiremur petitioni Episcopi Apatzinganiensis atque Episcopi Civitatis Altamirensis, qui ambo, consulta Conferentia Episcopali Mexicana, enixe ab Apostolica hac Sede poposcerunt ut nova illic constitueretur dioecesis quibusdam continenda plagis ad suas Ecclesias hactenus pertinentibus. Eiusmodi igitur precibus auditis, cum constet idem et in votis esse venerabilis Fratris Hieronymi Prigione, Archiepiscopi titulo Lauriacensis necnon Apostolici Delegati in dicione Mexicana, nunc, Nos eorum suppleto consensu quorum interest aut interesse censetur, ex sententia Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congrega-

tionis pro Episcopis negotiis praepositorum, quam ratam facimus, deque potestate Nostra Apostolica haec statuimus, quae sequuntur, atque iubemus. A dioecesi Apatzinganiensi loca separamus, quibus civilia constant Municipia vulgo *Lázaro Cárdenas, Aquila, Arteaga, Coahuayana* appellata, a dioecesi autem Civitatis Altamirensis ea quibus civilia continentur municipia vulgo *Coahuayutla, José Azueta, La Unión;* ex iisque simul sumptis novam dioecesim condimus nomine *Civitatis Lazari Cárdenas* iisdemque definitam finibus memorata Municipia continentibus veluti in formam unius redacta. Quae dioecesis nunc constituta Ecclesiae metropolitanae Acapulcanae suffraganea erit necnon proinde eius Metropolitae Archiepiscopi iuri ipse cedet Episcopus pro tempore eidem novae Ecclesiae praepositus. Ipsique decernimus ut novae dioecesis sedes in urbe collocetur vulgo ((Ciudad Lázaro Cárdenas » nominata ; dum paroeciale templum ibi exstans Domino Nostro ((Cristo Rey » dicatum honore Ecclesiae Cathedralis insignimus una cum privilegiis ad reliqua Cathedralia templa pertinentibus, simul atque ipsi Civitatis Lazari Cárdenas Episcopo officia iuraque facimus, quae cuiusque Episcopi dioecesani sunt propria, hortantes quoque ut quam primum constituatur ibi Collegium Consultorum, qui praesenti ei sit auxilio. Quod attinet ad mensam episcopalem novae dioecesis, id constare debet in Curiae emolumentis fideliumque stipibus necnon iusta in portione bonorum, quae ad mentem can. 122 CIC a dioecesibus Apatzinganiensi et Civitatis Altamirensis ei obvenire debent. In iis vero quae respiciunt ad seminarii dioecesani aedificationem atque ad sacrorum alumnorum formationem et institutionem apte comparandas, praescripta iuris communis recte serventur, ratione sane habita normarum a Congregatione pro Institutione Catholica editarum. Provideatur praeterea ut selecti sacrorum alumni philosophicis aut theologicis disciplinis instruendi, sacerdotesque quibus fuerint altiora studia complenda, ad Pontificium Collegium Mexicanum in Urbe situm mittantur. Quae deinde sacri canones de regimine dioecesium, de bonorum ecclesiasticorum gestione, de Administratore dioecesano sede vacante eligendo, de oneribus iuribusque fidelium aliisque id genus statuerunt, ea ibidem serventur omnia atque perfecte. Unoque tempore mandamus ut, re ad effectum constitutione novae dioecesis Civitatis Lazari Cárdenas deducta, sacerdotes eidem Ecclesiae censeantur adscripti, intra cuius fines ecclesiasticum habent officium, ceterique clerici et seminarii tirones eidem Ecclesiae addicantur, in qua domicilium habent legitimum. Omnia denique scripta actorum documenta, quae

aut ad novam dioecesim eiusve clerum aut ad fideles temporaliaque ad bona pertinent, necesse est a Curiis Apatzinganiensi et Civitatis Altamirensis ad Curiam novae dioecesis transmittantur. Quod reliquum est, venerabilis Frater Hieronymus Prigione, quem diximus, a Nobis deputatus quae hic decrevimus exsequatur, una cum libertate id delegandi ad virum in ecclesiastica dignitate constitutum, onere tamen imposito curandi ut certum verumque actae executionis litterarum exemplum Congregationi pro Episcopis mittatur. Quas Apostolicas Litteras ratas esse nunc et in posterum volumus, contrariis quibuslibet haud obstantibus.

Datum Romae, apud S. Petrum, die decimo primo mensis Octobris, anno Domini millesimo nongentesimo octogesimo quinto, Pontificatus Nostri septimo.

ffi AUGUSTINUS Card. CASAROLI
a publicis Ecclesiae negotiis

BERNARDINUS Card. GANTIN
Congr. pro Episcopis Praef.

Marcellus Rossetti, *Proton. Apost.*
Hyginus Quadraroli, *Proton. Apost. s.n.*

Loco £g Plumbi
In Secret. Status tab., n. 162.807.

LITTERAE APOSTOLICAE

I

Beatae Mariae Virginis templum sub' vernáculo titulo « Inmaculada Concepción de El Guarco » in dioecesi Sancti Iosephi in Costarica ad honorem Basilicae Minoris erigitur ac dignitatem.

IOANNES PAULUS PP. II

Ad perpetuam rei memoriam. — Primae quidem videntur origines antiquioris civitatis Oarthaginis recentiorisque Litoris Divitis in America repeti posse ac debere eo ipso ex loco ubi bac iam aetate renovatum tollitur sublime templum paroeciae intra archidioecesis fines Sancti Iosephi in Costarica, quod Beatissimae Virginis Mariae sacrum est sub vernáculo titulo « Inmaculada Concepción de El Guarco)), et ubi longissima historia contexta est vitae catholicae ac religiosae ad novissimos hosce dies. Cum autem eandem aedem sacram Venerabilis Frater Romanus Arrieta Villalobos, archiepiscopus ipse Sancti Iosephi in

Venerabili Fratri Nostro Avelario S. R. E. Presbytero Cardinali Brandao Vilela Archiepiscopo Metropolitae S. Salvatoris in Brasilia.

Litterae tuae, studio et amore plenae, quas mense Martio ad Nos dari iussisti, docuerunt te hoc mense Octobri, in festo videlicet Christi Regis, tum quinquagesimam memoriam a suscepto sacerdotio esse celebraturam, tum etiam nonum atque tricesimum annum ab accepta consecratione episcopali. Quod, Venerabilis Frater Noster, praeter quam quod multo Nos gaudio replet, quale frater de fratre concipit animo,

[37] Cf. *Unitatis redintegratio,* 3.
[38] *Ef* 4, 4-6.

non sine divino consilio factum esse arbitramur, cum vita tua omnis sive sacerdotis, sive maxime Episcopi, in Christi Regis gloriam acta sit, aeterni Patris inenarrabilis Filii, per quem condita sunt universa. Cessit namque ac cedit in Dei gloriam pietas tua egregia, omnia quae geris aiens, ceu ventus flammam; cedit fides tua tibi ardens, ceteris in ignis similitudinem lucens, quae tibi, quasi oculorum pupilla, tanti stat, quanti vita ipsa; ostendit item prudentia in iis eligendis quae gregem iuvent, pericula amoveant, humiles erigant ne animo deficiant, praeda maiorum; cessit ac cedit iugiter in gloriam summi Dei caritas tua illa vivax, animosa, clara, suarum prodiga opum, innata animo atque Evangelii sancti suffulta praeceptis. Quare in te bene cadere possunt omnia, Venerabilis Frater Noster, quae Christus, Dei Filius, quae Apostoli Sancti, quae Patres Ecclesiae venerabiles de bonis Ecclesiae pastoribus gregisque magistris perpetuo quodam carmine aflirmant. Quod quantopere fidelibus tuis profuerit, eosque ad alta virtutis moverit, quamque te Nosque soletur, tanta gregis sollicitudine affectos, nemo non videt.

Gaude ergo, Venerabilis Frater Noster, iamque dulcedinem utriusque praecipe eventus, e fonteque tam irriguo large bibe : sicut enim sunt dies laboris ac sudoris, sic sunt etiam dies lucidissimi sole (Cfr. *Qoelet*, 3, passim), quibus luce fruamur iucunda, scilicet Dei dono, qui nos amare non cessat.

Cui, dilectissime Frater, et iustas redde gratias (Nosque una tecum) ob tam divitis munera sacramenti, quo non aliud maius : non enim alia dignitas in hominibus tam alta, quam sacerdotium et episcopatus, sicut nulla est ingentior proceritas quam cupressus.

Sed iam placet, Venerabilis Frater Noster, iis quae protulimus, quamvis breviter, nonnulla a te acta subtexere, e quibus caelesti Patri honor, tibi laus enascatur : sicut enim aurum igne, sic virtus veraque pietas agendo clarescit. Neque te usus rerum animorumque defecit, cum et Episcopus Petrolinensis fueris, et Archiepiscopus Teresianus, et Metropolita S. Salvatoris in Brasilia (quod officium adhuc exerces), et Praeses Conferentiae Episcoporum totius Americae Latinae ab anno MDCCCCLXviii ad annum MDCCCCLXXII. Tandem, meritorum dives a Decessore Nostro Paulo VI in Purpuratis Patribus anno MDCCCCLXXIII annumeratus es, summorum Pontificum peritus atque fidelis consiliarius.

Quae vero gesseris tam longo annorum spatio sacerdos et Episcopus, in promptu est omnium : ea omnia scilicet, quae bonus pastor agere solet. *Rurales* ergo *hebdomades* (ut aliqua subiciamus) celebrari

iussisti, in agricolarum commodum et eruditionem; *Sedem* seu *centrum a Pio XI,* in Teresiana Sede creasti, ad quaestiones sociales tractandas, cognoscendas, solvendas; in qua re eo caritas tua processit, ut agros Ecclesiae pauperioribus assignares possidendas. Te praeterea auctore, socialia domicilia paulatim multiplicata sunt, magno cum omnium emolumento. Ad hoc, sive in Teresiana archidioecesi, sive alibi, instrumentis usus socialis communicationis, christianam religionem, doctrinam, et rectam Ecclesiae opinionem de re sociali et humana diffundendam curasti, conditis ac quasi iugatis operi tuo institutis de catechesi, sine quibus cetera omnia languescunt.

Nihil mirum si te tanta molitum grex, clerus, conlegae Episcopi, Pontifices Decessores Nostri magni semper fecerint, sic ut Nos facimus.

Ceterum apostolicam Benedictionem largimur : tibi, Auxiliaribus tuis, clero populoque carissimis nobis, ac quotquot te amant, effuso animo.

Ceterum apostolicam Benedictionem largimur : tibi, Auxiliaribus tuis, clero populoque carissimis nobis, ac quotquot te amant, effuso animo.

Ex Aedibus Vaticanis, die i mensis Octobris, anno MDCCCCLXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

IOANNES PAULUS PP. II

NUNTII SCRIPTO DATI

I

Ob diem in universa Ecclesia migrantibus dicatum missus.

"Venerati Fratelli,
Carissimi figli e figlie della Chiesa!

1. Questo Messaggio per la Giornata Mondiale dell'Emigrazione, che le Chiese particolari celebreranno nel corso dell'anno liturgico, vorrei che recasse l'espressione del mio affetto, della mia sollecitudine, della mia preoccupazione per milioni di persone, coinvolte in uno dei più complessi e drammatici eventi della storia: le migrazioni. L'argomento merita ogni interesse e suscita vive preoccupazioni; di recente, infatti, le migrazioni hanno talvolta assunto l'aspetto disumanizzante della persecuzione : politica, religiosa, ideologica, etnica ; e ciò im-

prime il suo stigma sul volto dei profughi, dei rifugiati, degli espulsi, degli esiliati : uomini e donne, vecchi o giovani, e persino bambini, spesso tragicamente privati dei genitori.

Reca tuttavia grande sollievo il fatto che la Chiesa si apre globalmente a tutta la complessa varietà del mondo delle migrazioni per additare ed offrire condizioni di sopravvivenza di vita, di lavoro, e, soprattutto, per creare un ambiente caratterizzato dal rispetto dei fondamentali diritti umani. Solo in tale ambiente questi nostri Fratelli e Sorelle potranno superare meno dolorosamente il dramma dell'inserimento, per loro troppo spesso traumatizzante, sia perché hanno una naturale inadeguatezza di adattamento e di apertura, sia perché si trovano ad affrontare una convivenza umana non di rado ostile, chiusa e intollerante verso tutto ciò che si ritiene diverso o che possa procurare disagio sociale ed economico.

Desidero, nello stesso tempo, manifestare apprezzamento per numerose iniziative legislative e sociali, che Paesi d'accoglienza hanno già messo in atto allo scopo di creare un'atmosfera non solo di tolleranza, ma di comprensione e di fraternità. Soprattutto le Conferenze Episcopali si sono distinte con interventi coraggiosi, carichi di profonda ispirazione evangelica.

Vorrei però riflettere in particolare, nel presente Messaggio, su questa ondata di drammatica mobilità, che si presenta da un punto di vista pastorale come un serio problema di vita cristiana, sotto l'aspetto della integrazione ecclesiale.

2. Il Concilio Vaticano II[1] ha sottolineato come la variata condizione umana assuma, anche in seno alla comunione ecclesiale, una configurazione di difficili intrecci, che soltanto il rispetto dei diritti e l'adempimento dei doveri possono aiutare a sciogliere.

A tutti coloro che, per qualsiasi motivo, si trovino a dimorare fuori della patria e della propria comunità etnica, le Chiese particolari sanno di dover dare la debita considerazione per la loro integrazione ecclesiale, nel rispetto dell'esercizio del diritto di libertà.[2]

La partecipazione libera ed attiva, a livello paritario, con i fedeli nati nelle Chiese particolari, senza limiti di tempo e di restrizioni ambientali, costituisce la via dell'integrazione ecclesiale per i fedeli immigrati. Trattandosi di un processo di autopromozione, è indispen-

[1] **Cfr.** *Christus Dominus,* **18.**
[2] **Cfr.** *Gaudium et spes,* **58.**

sabile che questi abbiano agio di comprendere e valutare e siano assistiti ed aiutati a farlo in tutto ciò che può essere assimilato nella loro esperienza esistenziale, nelle maniere e nello stile della loro cultura fondamentale, nel pluralismo delle loro identità. I fedeli immigrati, nel libero esercizio del loro diritto e dovere di essere nelle Chiese particolari pienamente in comunione ecclesiale, di sentirsi cristiani e fratelli verso tutti, debbono poter restare completamente se stessi in quanto concerne la lingua, la cultura, la liturgia, la spiritualità, le tradizioni particolari, per raggiungere quella integrazione ecclesiale, che arricchisce la Chiesa di Dio e che è frutto del realismo dinamico dell'Incarnazione del Figlio di Dio.

Nell'ambito dell'emigrazione, ogni tentativo inteso ad accelarare o ritardare l'integrazione, o comunque l'inserimento, specie se ispirato da una supremazia nazionalistica, politica e sociale, non può che soffocare o pregiudicare quella auspicabile pluralità di voci, la quale scaturisce dal diritto alla libertà d'integrazione che i fedeli migranti hanno in ogni Chiesa particolare, in cui l'accettazione reciproca tra i gruppi che la compongono nasce dal vicendevole rispetto culturale. In forza di questo diritto alla libertà d'integrazione, l'ecclesialità specifica, che gli immigrati portano con sé dalle loro Chiese di provenienza, non diviene motivo di alienazione e di estraniamento dell'unità della fede proprio in quanto universale, cattolica. Si pone in evidenza, in concreto, la cattolicità della Chiesa nella varietà delle etnie e culture ; e tale cattolicità implica una completa apertura agli altri, una prontezza a condividere e a vivere la medesima comunione ecclesiale. « Per la piena cattolicità, ogni Nazione, ogni cultura ha un proprio ruolo da svolgere nell'universale piano di salvezza. Ogni tradizione particolare, ogni Chiesa locale deve rimanere aperta ed attenta alle altre Chiese e tradizioni; se rimanesse chiusa in sé, correrebbe il pericolo di impoverirsi anch'essa ».[3]

Nella Lettera Enciclica sul lavoro umano ho esortato a far di tutto perché il fenomeno dell'immigrazione, in quanto possibile, porti perfino un bene nella vita personale, familiare e sociale dell'emigrato, « per quanto riguarda sia il Paese nel quale arriva, sia la patria che lascia ».[4] Gli emigrati, infatti, offrono non solo l'apporto di un'intera esistenza di lavoro, ma molto spesso la ricchezza delle loro culture e tradizioni.

[3] *Slavorum Apostoli,* 27.

[4] *Laborem exercens,* 23.

3. La libera integrazione dei migranti, nel suo evolversi e nel suo realizzarsi, è basata sulla natura della Chiesa, che è realtà di fede e di carità. Le Chiese particolari sono comunione in uno stesso Corpo, il Corpo Mistico di Cristo. Sono la Chiesa con riti vari, con tradizioni liturgiche, culturali e religiose diverse. Sono la Chiesa che vede nei fedeli immigrati persone alle quali occorre offrire tutti i mezzi atti a farle crescere nella vita di fede e di carità, aiutandole a consolidare e ad intensificare in pienezza la loro vita ecclesiale, come quando si trovavano nei Paesi di provenienza. Pertanto le Chiese particolari si preoccuperanno di mettere a loro disposizione sacerdoti, religiosi e religiose, laici di Istituti Secolari e laici volontari, per offrire loro liturgie appropriate, celebrazioni nella loro lingua e nel rispetto delle loro legittime usanze, il conforto della parola di Dio anche per mezzo di visite personali o familiari e faranno sentire la presenza della Chiesa nella loro vita quotidiana, nei loro quartieri, nelle loro famiglie. Gli immigrati si sentiranno così compresi e assecondati nei loro rapporti sociali e in quelli di lavoro, accompagnati nei momenti difficili del dolore, come nel sollievo e nei passatempi.

Occorre riconoscere che molte questioni sorgono dalla mescolanza di lingue, di nazionalità, di tradizioni cristiane, di valori culturali, di diversa intensità di vita religiosa, che possono appesantire e complicare la collaborazione, l'intesa e le prospettive comuni. Ora se la complessità delle situazioni esige una grande dedizione e disponibilità, non di rado eroica, le Chiese particolari hanno coscienza e certezza che lo Spirito Santo saprà suscitare in esse doni e carismi, che la pastorale accoglierà, favorirà e svilupperà con gioia ed impegno.

Il mio pensiero si svolge anche ai benemeriti Istituti di Vita Consacrata, ove si forgiano religiosi e religiose, che in virtù della loro radicale dedizione alla edificazione del Corpo Mistico di Cristo, sono pronti anche ad una azione pastorale difficile, specialmente in favore dei migranti più abbandonati e bisognosi, dei rifugiati, deportati, esiliati, perseguitati. Proprio tra coloro che sono coinvolti nella mobilità, vengono talvolta a trovarsi seminaristi, sacerdoti, religiosi, religiose e laici consacrati e impegnati : nel mistero della Provvidenza di Dio, con l'assistenza delle Chiese particolari, nelle quali si sono venuti a trovare, essi possono divenire operatori privilegiati di pastorale migratoria.

Le Chiese particolari di Paesi di popolazioni a prevalenza cattolica e cristiana, debbono inoltre affrontare anche l'impegno, spesso urgente,

di dar vita all'apostolato della prima evangelizzazione missionaria tra la moltitudine di immigrati che non sono cristiani. Può avvenire che dai Paesi, da cui provengono questi immigrati, siano stati espulsi anche missionari e missionarie che ne conoscono lingua, cultura, valori, tradizioni; essi perciò possono divenire apostoli pronti ad offrire la loro competenza e disponibilità ai Pastori responsabili.

4. Ho colto rapidi aspetti dell'incidenza religiosa di quella che è una immensa realtà umana e storica : le migrazioni dei nostri giorni, alla luce del disegno trascendente di Dio, per scoprirne la collocazione sul piano della salvezza operata nella Chiesa e dalla Chiesa.

Mi è cara l'occasione per raccomandare che si moltiplichino in tutti i modi gli sforzi per una valutazione umana, politica, sociologica del complesso fenomeno delle migrazioni, proprio nei suoi drammatici e preoccupanti aspetti negativi. Uomini politici e sociologi hanno dato e potranno dare un grande contributo per alleviarne e, in quanto possibile, eliminarne le cause. La Chiesa, dal canto suo, non ha mancato e non mancherà di operare con accresciuto impegno perché la propria azione di carità si armonizzi con quanto compie la società civile.

Possa questo mio Messaggio aiutare a superare nel campo delle migrazioni quelle barriere che si frappongono non solo ad una giusta integrazione ma alla più autentica fraternità evangelica.[5] Possa contribuire ad unificare gli immigrati e gli autoctoni dei Paesi di accoglienza, rendendo possibile a tutti di far risuonare nel proprio accento la stessa ed unica espressione di fede e di amore in Gesù Cristo, Redentore dell'uomo !

A voi tutti, Fratelli e Sorelle carissimi, la mia Benedizione Apostolica.

Dal Vaticano, il 16 luglio dell'anno 1985, settimo del mio Pontificato.

IOANNES PAULUS PP. II

[5] Cfr. *At 2*, 42-48 ; 4, 82-35.

II

Occasione oblata VI conventus Genavae habiti de mercaturae artiumque incremento in regionibus pauperioribus missus.

A MONSIEUR ALISTER Me INTYRE, SECRÉTAIRE GÉNÉRAL ADJOINT EN CHARGE DE LA CONFÉRENCE DES NATIONS UNIES SUR LE COMMERCE ET LE DÉVELOPPEMENT.

Depuis la réunion de la Conférence sur « les pays moins avancés », qui eut lieu à Paris en septembre 1981, et déjà après l'élaboration du « nouveau programme substantiel d'action pour les années 80 », la crise économique mondiale et divers autres facteurs n'ont pas permis la réalisation de tous les objectifs alors définis. C'est pourquoi, à mi-parcours, un examen général de la mise en œuvre de ce programme d'action s'avère très opportun. Et il faut se réjouir en voyant le « Groupe intergouvernemental chargé de la question des pays moins avancés » se réunir dans le cadre de la CNUCED et avec son aide. Moi-même, je suis heureux d'exprimer mes chaleureux encouragements à tous ceux qui participent à cette session de Genève. Je souhaite vivement que, sur la base d'une analyse objective de la situation actuelle, soit réactivée la volonté politique d'adopter des mesures plus justes et plus efficaces en vue d'apporter une solution adaptée à l'un des problèmes les plus graves de notre temps.

Au cours de ma récente visite pastorale en Afrique, je n'ai pas manqué de souligner, en plusieurs occasions, combien me tient à cœur le progrès de tous les peuples, dont sont responsables en premier lieu les gouvernants et les populations de chaque pays, mais aussi, de façon solidaire, toute la communauté des nations. C'est dans ce sens qu'à Yaounde, par exemple, j'ai parlé au Président de la République, aux Corps constitués et au Corps Diplomatique. Les efforts des pays africains, assurément conditionnés par des moyens limités, seraient toutefois capables, avec le soutien actif de la communauté internationale sur le plan de l'alimentation, de la santé et des investissements, de relever progressivement le défi économique et social qui accable et humilie la grande majorité de leurs habitants. Au cours des travaux de la session, je ne doute pas que les participants, tout en se penchant attentivement sur les rapports techniques et sur les statistiques, auront l'esprit et le cœur véritablement saisis par les drames humains

que des millions et des millions de nos semblables vivent quotidiennement dans les pays les moins favorisés. Tous ces frères sont dignes de notre solidarité. Pourtant, ne convient-il pas d'accorder une certaine priorité aux jeunes sans travail, sans avenir, et parfois déjà atteints dans leur santé et leur développement?

Je tiens encore à aborder une question délicate et douloureuse. Je veux parler du tourment des responsables de plusieurs pays, qui ne savent plus comment faire face à l'angoissant problème de l'endettement. Sans vouloir entrer dans des considérations techniques, je désire cependant mentionner ce problème qui constitue un des aspects les plus complexes de la situation générale de l'économie internationale. Une réforme structurelle du système financier mondial est sans nul doute une des initiatives qui apparaissent les plus urgentes et nécessaires.

Néanmoins, qu'il me soit permis de proposer deux points de réflexion à votre bienveillante attention. D'abord, il me semble nécessaire de rechercher et de concrétiser les mesures susceptibles d'aider les pays moins développés et endettés à devenir autosuffisants, ou au moins largement autosuffisants dans le domaine de l'alimentation. Ensuite, je voudrais souligner la valeur spécifiquement chrétienne de la charité. Cette valeur conduirait, spécialement dans les cas d'urgence, à prendre des décisions politiques et économiques qui ne soient pas seulement dictées par des considérations de stricte justice humaine, mais inspirées par une générosité d'ordre supérieur; ce que les chrétiens appellent l'amour du prochain, expression de l'amour de Dieu. L'Evangile nous donne à ce sujet un enseignement lumineux et des exemples percutants. Alors, les aménagements techniques seront au service d'une décision politique au sens le plus noble du terme. C'est grâce à cette intelligence profonde du bien commun de l'humanité et grâce à de telles décisions courageuses que se construit ou se reconstruit la paix entre les nations. Dans les familles, l'amour ne contredit pas la justice, mais il lui donne une dimension et une qualité qui permettent de surmonter les épreuves et de dépasser les crises. Ainsi la grande communauté des peuples peut aider toute la famille humaine à progresser sur les chemins d'une solidarité effective et à consolider ses profondes aspirations à la paix.

De nouveau, je souhaite que les travaux importants et délicats de cette sixième session du Groupe intergouvernemental chargé des pays les moins avancés répondent pleinement à leurs attentes.

Il y va du bien des deux tiers de l'humanité affrontée à une insupportable misère.

Il y va de l'honneur et de la conscience des populations qui se trouvent dans l'opulence.

Sur les gouvernants, les experts, les conseillers et tous les participants à cette session humanitaire capable de redonner espoir à nos frères et sœurs des pays les moins avancés, j'invoque l'abondance de la lumière et de la force divines.

Que Dieu bénisse vos efforts !

Du Vatican, le 26 septembre 1985.

IOANNES PAULUS PP. II

ACTA CONGREGATIONUM

CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

Epistula Ordinariis locorum missa: in mentem normae vigentes de exorcismis revocantur.*

Excellentissime Domine,

inde ab aliquot annis, apud quosdam coetus ecclesiales, conventus ad precationes faciendas multiplicantur hoc quidem proposito, ut liberatio obtineatur ab influxu daemonum, etiamsi non de exorcismis proprie dictis agatur; qui conventus peraguntur sub ductu laicorum, etiam praesente sacerdote.

Cum a Congregatione pro Doctrina Fidei quaesitum sit quid sentiendum de hisce factis, hoc Dicasterium necessarium putat omnes Ordinarios certiores facere de responsione quae sequitur :

1. Canon 1172 Codicis Iuris Canonici declarat neminem exorcismos in obsessos proferre legitime posse, nisi ab Ordinario loci peculiarem et expressam licentiam obtinuerit (§ 1), ac determinat hanc licentiam ab Ordinario loci concedendam esse tantummodo presbytero pietate, scientia, prudentia ac vitae integritate praedito (§ 2). Episcopi igitur enixe invitantur, ut observantiam urgeant horum praescriptorum.

2. Ex hisce praescriptionibus sequitur ut christifidelibus etiam non liceat adhibere formulam exorcismi contra satanam et angelos apostaticos, excerptam ex illa quae publici iuris facta est iussu Summi Pontificis Leonis XIII, ac multo minus adhibere textum integrum huius exorcismi. Episcopi hac de re fideles admonere curent in casu necessitatis.

3. Denique, ob easdem rationes, Episcopi rogantur ut vigilent ne — etiam in casibus qui, licet veram possessionem diabolicam excludant, diabolicum tamen influxum aliqualiter revelare videntur — ii

* **Die 29 m. Septembris a. 1985.**

qui debita potestate carent conventus moderentur, in quibus ad liberationem obtinendam precationes adhibentur, quarum decursu daemones directe interpellantur et eorum identitas cognoscere studetur.

Harum normarum tamen enuntiatio minime christifideles abducere debet a precando ut, quemadmodum Iesus nos docuit, liberentur a malo (cfr. *Mt* 6, 13). Insuper Pastores hac oblata opportunitate uti poterunt, ut in mentem revocent quid Ecclesiae traditio doceat circa munus quod proprie ad sacramenta et ad Beatissimae Virginis Mariae, Angelorum Sanctorumque intercessionem spectat in christianorum etiam contra spiritus malignos spirituali certamine.

Hanc occasionem nactus impensos aestimationis meae sensus Tibi obtestor permanens

add.mus in Domino

IOSEPHUS Card. RATZINGER, *Praefectus*

& Albertus Bovone, *a Secretis*

L. © S.

In Congr. pro Doctrina Fidei tab., n. 291/70.

CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Latis decretis a Congregatione pro Episcopis, Ioannes Paulus Pp. II, per Apostolicas sub plumbo Litteras, iis quae sequuntur Ecclesiis sacros Praesules praefecit, videlicet :

die S Iulii 1985. —Titulari episcopali Ecclesiae Claternensi R. D. Deogratias Ifiiguez, cancellarium curiae dioecesis Malolosinae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem dioecesis.

die 10 Octobris. — Cathedrali Ecclesiae Atrebatensi Exc.mum P. D. Henricum Derouet, hactenus Episcopum Sagiensem.

die 12 Octobris. — Metropolitanae Ecclesiae Palensi Exc.mum P. D. Petrum Dean, hactenus Episcopum Tagamnum.

die 16 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Arbensi R. D. Patritium Lopez, e clero archidioecesis Novae Sego viae, quem deputavit Auxiliarem eiusdem archidioecesis.

die 21 Octobris. — Titulari episcopali Ecclesiae Iuliensi R. D. Petrum Brollo, Archipresbyterum vicaria potestate exornatum in oppido vulgo Gemona del Friuli, quem deputavit Auxiliarem Exc.mi P. D. Alfredi Battisti, Archiepiscopi Utinensis.

die 5 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Candimendensi R. P. Valmirum Albertum Valle, Instituti Missionum a Consolata.

— Cathedrali Ecclesiae Tacambarensi Exc.mum P. D. Albertum Suárez Inda, rectorem seminarii minoris dioecesis Celayensis.

— Cathedrali Ecclesiae Tehuacaniensi R. P. Norbertum Rivera Carrera, e clero archidioecesis Durangensis.

die 7 Novembris. — Coadiutorem Exc.mi P. D. Helmodi Hermanni Wittler, Episcopi Osnabrugensis, Exc.mum P. D. Ludovicum Averkamp, hactenus Episcopum titularem Thapsitanum.

die 9 Novembris. — Suburbicariae Ecclesiae Portuensi et Sanctae Rufinae R. D. Didacum Bona, hactenus paroeciae S. Francisci Xaverii in Urbe parochum.

die 15 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Bathurstensi in Canada, R. D. Arsenium Richard, e clero archidioecesis Monctonensis.

die 19 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Plymuthensi R. D. Hugonem Christophorum Budd, parochum templi cathedralis Brentwoodensis dioecesis.

die 21 Novembris. — Cathedrali Ecclesiae Goyanensi R. D. Aloisium Theodericum Stöckler, curionem paroeciae sub titulo ((Christi Redemptoris » in urbe Clici Zamoerensis.

die 30 novembris. — Metropolitanae Ecclesiae Arborensi Exc.mum P. D. Petrum Iulianum Tiddia, hactenus Episcopum titularem Minturnensem.

CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

DECRETA

I

ALEXANDRINA STATIELLORUM

Canonizationis Servae Dei Teresiae Grillo vid. Michel, Fundatricis Parvarum Sororum a Divina Providentia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

Sanctus Hieronymus, de Sancta Paula Romana scribens, haec dixit : « Postquam vir mortuus est, ita eum planxit, si prope moreretur ; ita se convertit ad Domini servitutem, ut eius mortem videretur optasse. Quid ergo referam, amplae et nobilis domus, et quondam opulentissimae, omnes pene divitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clementissimum animum, et bonitatem etiam in eos, quos numquam viderat evagantem? » *(Ep.* CVIII, 5; *PL* 22, 880-881).

Haec verba credimus revocari posse etiam ad Servam Dei Teresiam Grillo viduam Michel, quae repentino et ex inopinato amatissimo orbata marito, multum ûevit tantaque est animi aegritudine affecta, ut vitae mortem praeferret, sed postea, divina gratia mota, omnino Deo confisa est, obsecrationibus et orationibus instavit (cf. *1 Tim* 5, 5), cor suum pauperibus patefecit et per caritatem facta est mater multorum indigentium puerorum et novae religiosae Familiae, videlicet Parvarum Sororum a Divina Providentia.

Serva Dei nata est in pago patrio sermone *Spinetta Marengo* appellato, intra fines dioecesis Alexandrinae Statiellorum, die 25 mensis Septembris anno 1855 ex Iosepho Grillo, eximio medico, et Maria Antoniola Parvopassu, muliere austera et magnae pietatis, antiqua et ampla familia Alexandrina Statiellorum prognata.

Boni parentes ei in baptismate nomina indiderunt Teresiam Mag-

dalenam, eamque ad christianam et humanam educationem diligenter instituerunt, cui ea, indole alacris, generosa et aperta, feliciter consentanea fuit, mature se ostendens ad caritatem propensam, imprimis erga pauperes.

Kalendis Octobribus anno 1863 sacramentum Confirmationis accepit, et die 21 mensis Iunii anno 1868 primum SS. Eucharistiam sumpsit.

Augustae Taurinorum ludos elementarios frequentavit et ab anno 1867, post mortuum patrem, ad annum 1872, ephebei Instituti B. Virg. Mariae (vulgo ((Dame Inglesi ») , Laude Pompeia, alumna fuit interna.

Diligentia in studium, pietate, bonitate, modestia, observantia disciplinae, animi tranquillitate et aequabilitate eminuit. Ipsa commemoravit se, antequam, actis studiorum annis, de ephebeo discederet, Beatae Virgini dixisse : « Si Deus voluerit, et Soror fiam », et subiciebat, si praedicatores in maiorem lucem virginitatis laudes protulissent, forsitan se, ut statim Domino se consecraret, matrimonium recusaturam fuisse.

Postridie kalendas Augustas anno 1877, nupsit Ioanni Michel, viro doctrina exculto et nitido, plumatorum militum ordinis duci.

Coniugum necessitudo optima fuit. Id tantummodo coniugii gaudium imminuit, quod filiis caruerunt, quos ambo ardentissime optabant.

Serva Dei maritum libenter ad diversas urbes sequebatur, quo ei ob militiam erat eundum. Ubique spectaculum praebebat gravitatis, verecundiae et elegantiae doctrinae. Etsi dives erat et alti dignitatis gradus, humilem semper se ostendebat et humanam, omnium aestimationem sibi comparans.

Matre mortua (anno 1889), non multo post etiam vir eius interiit sole correptus (die 3 mensis Iunii anno 1891) Neapoli. Moerore confecta propter magnam illam calamitatem, est Alexandriam Statiellorum reversa, ubi domi dies agebat, neminem videre cupiens. Aegra, medicamenta renuebat; precans, non solacium rogabat nec commodam valetudinem, sed ut corpore liberaretur, quo dolorum suorum finem faceret. Tantam spiritus obscuritatem repens Dei lumen penetravit, quod eam vocavit, ut vitam mutaret et pauperum mater fieret, eamque extraxit de fossa interitus, de luto caeni, statuit super petram pedes eius, firmavit gressus eius; posuit in ore eius canticum novum, carmen Deo nostro (cf. *Ps* 40, 3-4). Ex lectione vitae Sancti Iosephi Benedicti Cottolengo et ex visitatione Operis, quod a Sancto illo Taurinensi nomen tenet, clarius intellexit quod esset de se divinum consilium.

Coepit tecto ac domo invitare pueros pauperes, quique derelicti erant et egeni; hisque vestes suas magnificas et quae ad id tempus exoptaverat, distribuit. Sicut Christus qui, cum esset dives, propter nos egenus factus est (cf. *2 Cor* 8, 9), Serva Dei beatitudinem paupertatis exercitavit (cf. *Lc* 6, 20), et magna impulsa caritate, voluit per omnia incommodorum et difficultatum eorum particeps esse, qui iam ad eius familiam accesserant.

Quae paulo ante erat matrona elegantissima, festive excepta in splendidissima Alexandriae Statiellorum atriola, vestem induebat obsoletam, calceos sibi inducebat usu consumptos, induta viscera misericordiae, benignitatis, humilitatis, modestiae, patientiae (cf. *Col* 3, 12), nec verebatur in viis urbis pro ((filiis» suis emendicare panem; quorum numerus velociter augebatur, cum benigna et überaus caritas eius perfugium iis praeberet.

Mortuis iusta solvebat eadem misericordia, qua vivis, vel desertissimis et sordidissimis, assidebat.

Interea anima eius in precatione perseverabat et ex coniunctione cum Deo multam hauriebat spiritus vim, qua fulciebatur ut de suis commodis detraheret, Christo in pauperibus et dolentibus ministratura.

Cum eius domus novis necessitatibus impar visa est, eam vendidit non invita, ut aliam emeret, ubi anno 1893 institutum est « Parvum Deversorium ». Cum tantam vidèrent caritatem, fratres et propinqui Servae Dei, vehementer commovebantur, et quidam non dubitaverunt eam « insanam » vocare : equidem mundi sapientiam repudiaverat et stulta facta est, ut fieret sapiens (cf. *1 Cor* 3, 18-19), ut videlicet illam consequeretur sapientiam, quam Deus homini bono concedit (cf. *Qo* 2, 26).

Die 8 mensis Ianuarii anno 1899 Serva Dei, viris ecclesiasticis suadentibus et hortantibus, cum octo adiutricibus habitum religiosum induit; vota perpetua die 26 mensis Novembris anno 1921 nuncupavit.

Novum Institutum est ab Apostolica Sede anno 1935 ad experimentum, anno vero 1942 certe et definite approbatum.

Quadraginta quinque annos Serva Dei, maxima cum cura, prudentia, fortitudine, officio iuncta est Antistitae Generalis Instituti Parvarum Sororum a Divina Providentia, quod se diffudit non solum in diversas Italiae regiones, verum etiam in Brasiliani et in Argentinam.

Verbo, sed magis exemplo, Sororum suarum formationem curavit, quas volebat caritate, spiritu humilitatis et sui neglegentiae abundare, Providentiae confisas, in Regulis permanere, precationis, silentii, laboris studiosas, ad sacram doctrinam institutas. Multimodis eas monebat,

ut pauperes et indigentes pretiosos thesauros Domini existimarent. Assidua cura, amabili urbanitate et materna patientia Religiosas erudiebat, excitabat, consilio iuvabat, corrigebat; sed non minus impense multas Domus et opera his inhaerentia visebat ; utque hoc faceret nihil morata est dura itinera suscipere etiam ad Americam Latinam.

Casus difficiles et molesti, qui ei obeundi fuerunt in diuturno Instituti sui regimine, nedum frangèrent, eam in exercitatione fortitudinis, humilitatis, fiduciae Dei firmiorem reddebant. Cum se parvam mulierem putaret et miseram peccatricem, laudi non sibi dabat quae fecerat, sed sibi occultationem quaerebat, Deo gloriam et honorem.

Quamvis ingenii celeritate praedita esset, indole forti et prompta, cultu et eruditione, solebat a prudentibus et probis hominibus consilium petere; peculiarem Beato Aloisio Orione fidem habebat.

Administrationis Congregationis grave onus non tamen impedivit, quominus vitae communi interesset et pauperibus, aegrotis et quotquot eius quaerebant auxilium ipsa assideret. Laeta insuper Christianam doctrinam Sororibus tradebat et beneficiis affectis, et in aliis operibus misericordiae ad animos et ad corpora pertinentibus assidua erat, praesertim pro peccatoribus, pro matronis iacentibus vel ab Ecclesia abhorrentibus, utpote laicorum principia sequentibus vel in francomurariorum sectam ascriptis, pro familiis denique discordia dissociatis.

Eius animosa societatis cura et labores ad levandos dolores ordinum tenuiorum et neglectorum spectantes, certo indicio erant vitae interioris uberrimae et firmae voluntatis proximos amandi non verbo, sed in opere et veritate (cf. *1 Io* 3, 18).

Ex quo tempore statuit mundum relinquere ut Christum sequeretur, citato gradu et alacri animo iter fecit in perfectionem consequendam, et ad culmina pervenit. Iter faciens eiusmodi semper altam tulit fidei, spei et caritatis lucernam, quam sine intermissione alebat oleo meditationis verbi Dei, continua et fervida precatione, ardentissima erga Eucharistiam, Iesu Passionem et Sacrum Cor ergaque Virginem Immaculatam et Perdolentem pietate, contemptu sui et omnium terrestrium bonorum exercitio hilari et optimo votorum religiosorum, fecunda et docili communione cum Ecclesia eiusque pastoribus.

Extremis vitae annis Serva Dei est variis correpta morbis, quos aequo animo tulit divinae voluntati obsequens.

Pie Unctione Infirmorum et Sancto Viatico sumptis Alexandriae Statiellorum, de vita decessit die 25 mensis Ianuarii anno 1944.

Quamquam belli pericula ingruebant, ingens populi et Auctori-

tatum concursus, qui eam sanctam habebant, funeris eius exsequias est prosecutus.

Cum, procedente tempore eius sanctitatis fama crescerei, apud Curiam Alexandrinam Statiellorum sedulo Processus Ordinarius Informativus, annis 1953-1959 constructus est, quem secuta sunt Decreta super Scriptis (die 6 mensis Iulii anno 1963), super Introductione Causae (die 16 mensis Decembris anno 1974) et super non Cultu (die 25 mensis Februarii anno 1973). Annis autem 1974-1976 actus est Processus Apostolicus super virtutibus in specie. Processuum vis et forma legitima die 20 mensis Octobris anno 1977 probata est.

Consultores Congregationis pro Causis Sanctorum in Congressu Peculiari kalendis Aprilibus habito anno 1985 fassi sunt Servam Dei Teresiam Grillo viduam Michel heroum in modum omnes christianas virtutes exercuisse; idem confessi sunt et Patres Cardinales in Congregatione ordinaria die 4 Iunii eodem anno coacta, ponente Causae Cardinali Silvio Oddi.

De hisce omnibus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Sacrae Congregationis excipiens, mandavit ut super heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Causae Ponente, meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine eisque adnexis Servae Dei Teresiae Grillo vid. Michel, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 6 Iulii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINA *Praefectus*

L. © S.

B Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

H

HISPALEN.

Canonizationis Ven. Servi Dei Michaelis Manara, Equitis de Calatrava, Fundatoris nosocomii vulgo « De la Santa Caridad ».

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.

« Simile est regnum caelorum homini patri familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam » *(Mt* 20, 1). Egressus est rursus circa horam tertiam, deinde circa horam sextam et nonam et undecimam et invenit alios operarios, quos mitteret in vineam suam.

Sanctus Gregorius Magnus hanc explanans parabolam affirmat, inter alia, diversis horis diei posse aetates vitae humanae significari. Qua re sicut operarii diversis horis vocantur, ita homines regnum caelorum ingrediuntur et iter ad sanctitatem ineunt alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuventute, alius in aetatis maturitate, alius in senectute (cf. *Horn. XIX).* Praeterea Sanctus Ioannes Chrysostomus dicit tum quemque vocari, cum sit ad appellationem audiendam paratus. Idem Paulo Apostolo accidit. Poterat sane Dominus eum iam inde a principio vitae vocare, sed cognitum habens tunc Paulum non esse crediturum, tempus quo esset promptus exspectavit. Haec eadem causa latronem ad extremum vocavit ; sin secus vocanti non respondisset. His omnibus denique merces data est maior ea, quam optarent et sperarent (cf. *In Matth.* 64, 3 s).

Quod pertinet ad Servum Dei Michaelem Manara Vicentelo **de** Leca et Colona, asseverari posse videtur eum nona hora esse vocatum, videlicet aetate grandiore, cum animus eius, gratia tactus divina, desiit esse saxetum ut fieret ager fertilis et instructus ad semen verbi Dei recipiendum (cf. *Mt* 13, 3 ss.). Uxoris carissimae morte fere subitanea et inopinata vehementer commotus, inconcusso proposito ab omnibus rebus se abrupit, quas ad id tempus quaesiverat et amaverat; mundi illecebris est factus extraneus; fiduciae plenus ad divinam

misericordiam confugit; actionis Spiritus Sancti per omnia docilis; humili et generoso pectore Dei regnum excepit, et omnibus animi viribus est Christum secutus pauperibus inserviendo, et postquam tempus in inanibus rebus consumptum brevi recuperaverat, copiosos ferre coepit fructus caritatis.

Servus Dei Hispali natus est die 3 mensis Martii anno 1627 de Thoma Manara et Hieronyma Anfriano, generis nobilitate ac vivida fide et peculiari in pauperes liberalitate praestantibus. Eodem die quo est ortus, est etiam baptizatus, et die 29 mensis Iulii anno 1629 Confirmationis sacramento est roboratus. Pueritiae, adolescentiae et iuventutis annos domi egit, et educatione et formatione institutus, quae propria erat familiarum divitum et catholicarum eius aetatis.

Octo annos natus in Equités Calatravenses, antiquissimum Hispaniae Ordinem Equestrem, ascriptus est. Cum tantum tredecim esset annorum, mortuis fratribus, maximis coepit frui fortunis, quae ex fundis constabant, aureis et argenteis ornamentis et opimis etiam reditibus, unde ei potestas fuit splendidissime vivendi et inter iuvenes ditissimos atque gratiosissimos Hispalenses équités excellendi.

Anno 1640 pater primogeniti iura ei transmisit. Postea mater legitimam suam ei portionem dedit, cum iam soror, monialis facta, eidem parte sua hereditatis cessisset. Anno 1651 mater moritura omnia bona sua illi in hereditate reliquit; quae postero tempore is repudiavit.

Sed tamen tantis divitiis par non fuit virtus. Sicut aequales eiusdem ordinis et census, vitam egit sumptuosam, elegantem et casuum plenam. Fastidiosus et superbiens, immoderatus et fervidus, studio, iuvenum proprio, nugas mundi et voluptates exquisivit; nihilo minus nec liberalitas nec audentia, nec veritatum fidei approbatio nec quidam religionis usus unquam eum defecerunt. Etsi a laudabili christiana disciplina remotus erat, verumtamen monumenta historica quae ad eum pertinent vetant, ne affirmemus publicum peccatorem eum fuisse, et multo magis prohibent, quominus vera credamus quae et populi inventio et quidam scriptores subsequentibus saeculis intenderunt se oportere de eius moribus dicere.

Post mortuum patrem uxorem duxit (die 31 mensis Augusti anno 1648), Hieronymam Mariam Carrillo de Mendoza et Castrillo, viginti annos natam, nobilis familiae Illiberritanae filiam. Ex hoc coniugio non sunt geniti filii. Sincerus et magnus coniugum amor, crescens in dies, Servo Dei multae utilitati fuit. Exinde enim nisus est considerate

et christiane se gerere, quamvis pergeret sinere fluxis terrestribus rebus se illiei.

Anno 1651 factus est « provincialis Sancti Sodalitii » et syndicus Hispalensis.

Die 17 mensis Septembris anno 1661 mors immatura eum orbavit uxore. Acerbo hoc eventu percussus, Servus Dei ad se rediit, huius vitae fragilitatem reputavit et, dum animi aegritudine erat amictus, vocem precationis eius Dominus audivit, qui ei moerore liberato vultum suum ostendit docuitque eum suam facere voluntatem.

Quoniam qui confessus fuerit scelera sua et reliquerit ea, misericordiam consequetur (cf. *Prv* 28, 13), sincera cum voluntate mores suos mutandi omnia peccata sua ad id tempus patrata, est sacerdoti confessus et inde non aliud exoptavit, quam in amore Dei proficere et ei rebusque, quae animum contingunt, totum se dedere.

Cives Hispalenses, qui ante aetas ab eo res bene noverant, ilico permutatos eius mores animadverterunt : etenim non amplius delicatis utebatur vestibus, non famulorum comitatu ; sed domi solidos dies agebat, in meditationem, in precationes et in paenitentiam incumbens, et tantummodo egrediebatur, ut multas ecclesias et domos religiosas viseret urbis.

Quod simplex et modestus incedebat, debitas solvebat pecunias, amplius quam antea stipem largiebatur, et ante omnia, quod novo modo cogitabat, constanter ad aeternitatem tendens, admirationem movebat, unde non defuerunt qui eum insaniisse putarent.

Primo meditatus est in recessum secedere vel in aliquam religiosam domum, ut ad contemplationem et paenitentiam se conferret; post vero intellexit Dei voluntatem non esse se e mundo discedere, sed in statu laico manere et quidem in ea societate, quam prius erroribus, tunc autem conversione in admirationem coniecerat. Cum non dubitaret quin Christus imprimis pauperes et fortuna conflictatos induat, horum causam suscipere voluit. Quam ob rem postulavit ut in Sodalicium Sanctae Caritatis admitteretur, antiquum beneficientiae institutum, quod supplicio punitos et mortuos sepeliendis curabat, aegrotos ad valetudinaria ferendos, stipem emendicandam, qua pauperes et male affectos adiuvaret, in viis suburbanis Hispalensibus frequentissimos. Eius petitio aliquanta diffidentia a Capitulo est acta, sed post in concilio die 10 mensis Decembris anno 1662 congregato est eius admissio decreta.

Aliquot post dies, amore sui ac fastidio innato vinctis, obtinuit ut sepulturae pauperum et pecuniis conferendis attribueretur in viis et etiam ad portam Ecclesiae cathedralis.

Cura quam ostendit in his ministeriis exsequendis statim eius admirationem sodalibus iniecit, qui mense Ianuario anno 1663 consentiente voce moderatorum Sodalicii consultorem eum elegerunt, et die 27 mensis Decembris eodem anno Sodalicii Praesidem ; quod munus est ei quotannis dum vixit continuatum.

Insequentibus annis, volens quam optimo utilis esse, Sodalicium fovit, eius spiritum redintegrando et structuram confirmando.

Homo sollers et ardentissima cura de pauperibus motus, quos dominos et principes suos appellabat quosque Dei imagines esse ducebat, inter cetera hospitium exstruxit, in quo pauperes asperitati temporis subiecti pernoctarent ; novam ecclesiam inchoavit, anno 1674 ad finem adductam ; prope hospitium nosocomium aedificavit pro aegrotis e valetudinariis reiectis; anno 1673 Piam Societatem Fratrum a Paenitentia instituerat, ut pauperibus et aegris in hospitio et in nosocomio degentibus aptius assideretur; anno 1675 novam conscripsit Regulam pro universo Sodalicio ; eodem anno alterum aperuit nosocomium.

Fama eius ferventis sedulitatis in operibus caritatis exercendis, tantam fecit Sodalicii Hispalensis auctoritatem, ut alia multarum urbium sodalicia cum eo sociarentur.

Ut perfecte simplicitatem et paupertatem Iesu Christi imitaretur, voluit cum pauperibus condicionem communicare, quos « alteros Christos » vocabat ; et quoniam bona sua cum illis non participare idem est ac eos sustentatione privare, bona sua eis donavit et unus eorum factus est; immo honori sibi duxit eorum servum fieri, hortationem implens Apostoli Pauli : ((Per caritatem Spiritus servite invicem » *(Gal* 5, 13).

Anno 1674 domum paternam reliquit et ad domunculam migravit apud eos, quibus assidebat. Dein, anno 1677, magna cum humilitate rogavit ut sibi habitare liceret in pusilla cella, in ipso hospitio sita, ex qua die noctuque, ingenti sui neglegentia, ad vitam attendebat eius crebrae multitudinis pauperum et aegrotorum, quibus ipse inserviebat manifesto caritatis aestu.

Servus Dei, qui bene didicerat evangelicam doctrinam, tota opera sua significavit se magnum tribuisse cultum pauperum dignitati, quos non solum quoad corpora novis rationibus curavit, verum etiam quoad

spiritus, et in quorum animas servandas re multimodis institit. Nec minus seduli eius labores fuerunt ad peccatores et haereticos convertendos.

Amor in proximum, quem is quasi apis industria tam alacriter, evidenter et mire exercitavit, vim et impulsum hauriebat ex fide vivida et diffusili atque ex ardenti caritate Dei : quem caelestem amorem in se augendo, cor suum tranquillavit et levavit, et consilium ad exitum perduxit, quod de eo Deus ceperat. Caritas enim hominem aedificat (cf. *1 Cor* 8, 1) simulque regnum Dei, et omnes excitat virtutes. Cum inaestimabile bonum intimae coniunctionis cum Deo cuperet, precationem dilexit, divinarum rerum meditationem, Sacrarum Litterarum cognitionem, pietatem erga SS. Eucharistiam. Semper studio solitudinis tractus est; numquam tamen quae is optabat voluntati Dei anteposuit nec iis, in quos Providentiae consilio incurrebat.

Ita vitam actuosam ad contemplativam accommodavit, impigram societatis curam ad animi attentionem, silentium et occultationem ad operosam et docilem communicationem muneris Ecclesiae, temporalium necessitatum pauperum accurationem ad apostolatum pro animarum aeterna salute exercitum.

Maxime humilitatem coluit, caritatis nutricem et altricem, fuitque largus in exsecutione laeta et assidua castigationum sui, paenitentiarum, ieiuniorum, pervigilationum ; multa specimina dedit prudentiae, sapientiae, discriminis, fortitudinis in continentia et in custodia acceptae vocationis, iustitiae in Deum et in proximum, obtemperationis praeceptis Dei et superioribus ecclesiasticis, perfectae consensionis cum divinis inflatibus.

Has ob causas Servus Dei iam aetate sua visus est decus esse ac lumen laicorum catholicorum; hodie eiusmodi iudicium non solum confirmamus, sed addimus eum adhuc in Ecclesia tamquam pulcherrimum sidus fulgere.

Ab anno 1676 eius valetudo languescere coepit, nec tamen eius animus est conturbatus qui, abstractus a mundo, totam spem suam in Domino collocabat et hilaris aeternam exspectabat vitam. Testamentum conscripsit et fidei professionem fecit; magna cum religione sancta excepit sacramenta et precationibus monachorum Carthusianorum se commisit, quibuscum saepe Deo preces adhibuerat. Animam edidit die 9 mensis Maii anno 1679 Hispali.

Post exsequias, quas multitudo magna fidelium est prosecuta, in nuda humo sepultus est, sine conditorio, sola pauperum stragula

amictus, uti ipse constituerat. Mense Decembri eodem anno Sodalicium Sanctae Caritatis, quae magnopere venerabatur Praesidem vita defunctum, eius corpus transtulit, quod est incorruptum inventum, et in ecclesia Sanctae Caritatis tumulo contexit.

Motus fama sanctitatis, qua Servus Dei vivus et mortuus enituit, Ordinarius Hispalensis laudanda cum diligentia Processum Informativum instruxit (annis 1680-1682). Longum desidiae tempus secutum est. Deinde annis 1749-1754 apud eandem Curiam per errorem alter Processus Ordinarius actus est.

Die 18 mensis Augusti anno 1770 proditum est Decretum super Introductione Causae. Celebrato Processu de non cultu (annis 1771-1772) et edito Decreto super scriptis (anno 1776), instructus est Processus Apostolicus super virtutibus, cuius vis et forma legitima anno 1778 probata est.

Eventus publici a Causa, ut par est, extranei, compluries eiusdem Causae iter interruperunt, donec anno 1978, cura Officii Historici-Hagiographici Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, emissa est *Positio super virtutibus,* quae a Consultoribus Historicis excussa est et probata in sessione die 20 mensis Decembris anno 1979 effecta. Consultores Theologi, in Congressu Peculiari acto die 12 mensis Martii anno 1985, moderante Rev.mo Domino Antonio Petti, Fidei Promotore, uno ore confessi sunt Servum Dei Michaelem Manara heroum in modum virtutes théologales, cardinales et adnexas exercuisse. Idem professi sunt Patres Cardinales in Congregatione Ordinaria die 8 mensis Iunii anno 1985 coacta, ponente Causae seu relatore Em.mo Cardinali Mario Aloisio Ciappi.

De hisce omnibus peractis certior est factus Ioannes Paulus Papa II per infrascriptum Cardinalem Praefectum; et Sanctitas Sua vota Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens, praecepit ut Decretum super heroicis Servi Dei virtutibus conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis, hodierna die, Cardinalibus subscripto Praefecto atque ponente meque Antistite a secretis Congregationis, ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater sollemniter declaravit : *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine iisque adnexis Ven. Servi Dei Michaelis Manara in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri mandavit.

Datum Romae, die 6 mensis Iulii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, ***Praefectus***

L. © S.

83 Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, ***a Secretis***

III

IANUEN.

Canonizationis Servae Dei Benedictae Cambiagio Frassinelle, Fundatricis Instituti Sororum Benedictinarum a Providentia.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum *in* ***Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, eisque adnexis in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.***

((Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius » ***(Io*** 4, 34). Inest in his verbis totum Christi mysterium, qui est ((factus oboediens usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod et Deus exaltavit illum)) ***(Phil*** 2, 8-9).

Christi exemplum sequendo eiusque mysterium fide atque amore communicando, Benedicta Cambiagio Frassinello, quae Dei voluntatem semper exquisivit ut exsequeretur, significavit se omnino benevolae Dei providentiae permisisse seque Domino obtulisse, et nisam esse omnia solo amore Dei facere Deoque soli placere.

In sacrificali oboedientia Christi participanda, qui Patrem precans dixit : « Ego te clarificavi super terram ; opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam » ***(Io*** 17, 4), Benedicta, sine intermissione Domini voluntati obsequens, omni studio incubuit ad puellas servandas, rata hoc opus singulare et sanctum existimans esse ac potenti Dei manu fultum.

Hac re considerata, laeta fuit et simul turbata quod Deus ipsa usus erat, quandoquidem se instrumentum minus aptum existimabat ad haec mira efficienda. Animo caelitus inspirato, vitam suam condonavit femininae iuventuti christiane educandae, anteponens puellas

pauperes, derelictas et neglectas, eo spectans, ut bonas formaret mulieres christianas, quarum virtutes proprias discerent et exercerent, et in omni utili labore eruditae sibi aliquando utilitati essent et ceteris. Haec eius gravis industria triginta annos perduravit.

Serva Dei nata est in oppidulo, domestico sermone appellato *Langasco,* prope Genuam sito, postridie calendas Octobres a Iosepho Cambiagio et Francisca Ghiglione, anno 1791, et die 4 eiusdem mensis est baptizata.

A parentibus, optimis christianis, ingenuae fidei docta rudimenta, didicit diligenter et constanter officium colere suum, iam tum ostendens se indole vivida, forti ac perseveranti ornatam.

Domi pueritiam egit, primum in pago *Langasco,* deinde Ticini, quo familia se contulerat, se exhibens insignem puellam piam atque bonam, corde dulcem et pauperum amantissimam.

Viginti fere annos nata forte quiddam intus est experta, unde intellexit altum vitae sensum, ad rationem Christi consideratae. Exinde coepit simplicitati vitae spiritualis coniungere claram ad precationem et ad paenitentiam propensionem, quae postea magis ac magis increbruit. Hoc ipso temporis spatio ex domo fugit recessum quaesitura, ut contemplationi et paenitentiae se dederet, longe a mundi illecebris, coram rerum natura, quae magnus quidem liber est, nobis de Deo loquens et eius continui erga nos amoris nos commonefaciens. Inde colligi poterat eam proclivem esse ad vitam religiosam eligendam. Et quidem ad hunc statum Deus eam vocabat, sed voluit Benedictam ad eum pervenire per eventum vitae, ei ex toto consecratae, minime congruentem.

Die 7 mensis Februarii anno 1816 nupsit Ioanni Baptistae Frassinello, iuveni agricolae Liguri, *Uochi,* in finibus Genuensibus, orto. Qui, coniugis animi magnitudinem et ardorem vitae interioris admiratus, eius exemplo est gradatim illectus, adeo ut idem, quod ea, fervens sanctitatis studium participaret. Duobus annis post matrimonium concorditer statuerunt votum castitatis nuncupare, quod usque ad mortem fideliter servaverunt.

Ita inter eos arctissima animorum coniunctio facta est, ad mutuam perfectionem pertinens per intimam vitae communionem et virtutum exercitium. Ambo animadverterunt se a Domino ad vitam religiosam vocari; sed huius communis vocationis effectio nonnullis impedimentis praepediebatur, imprimis officio, quo Benedicta obstringebatur, sorori Mariae assidendi; haec namque cum ea habitabat et, cancro intestinorum affecta, cura egebat assidua et benevola. Per no-

vem annos ei assedit cum magnanimitate, commodis suis contemptis. Nec umquam fastidiosam se praebuit, quin paenitentias agebat humi dormiendo, et aliquotiens noctes pervigilabat ut sororis urgentibus necessitatibus prospiceret.

Tum tantum, cum soror mortua est die 9 mensis Iulii anno 1825, Serva Dei ingressa est inter moniales Ursulinas Capreoli, in Brixiae territorio, et Ioannes in Ordinem Clericorum Regularium a Somascha tamquam frater laicus. Uterque eorum, dum in suo quisque conventu manserunt, virtutum exercitio eminuerunt.

In monasterio tamen Benedicta non commode se habuit, cum ipsa sibi videretur non facere voluntatem Dei illo genere vitae tantummodo contemplativo, etsi illud diligebat, cuius immensis divitiis amoris Dei delectabatur. Ardens hic amor eam ad apostolatum impellebat eique memoriam afferebat necessitatum puellarum Ticinensium. Gravis morbus coegit eam egredi et Ticinum redire, cuius Episcopus Aloisius Tosi sollicitudine urgebatur derelictionis puellarum popularium, a familiis neglectarum et omnis educationis expertium. Postquam ex morbo convaluit, quo erat affecta, Benedicta statim impavida sedulitate se dedit ad hospitaliter excipiendas aliquas harum puellarum, quae periculis corporis et animi, ex ipsa urbe exorientibus Studiorum Universitate insigni, magis erant obnoxiae. Episcopus eam hortatus est, cum vidisset eam industriam ardentem ponere in operibus caritatis, praesertim spiritualibus, non communi navitati, animi fortitudini, magnae Divinae Providentiae fiduciae, ardori proximorum bono serviendi coniunctam. Eius inde consilium secuta, ex domo paterna ad maius aedificium concessit, donec sedem certam et definitivam primi sui educationis et formationis Instituti collocavit in « Via S. Giovanni in Borgo)) dicta; quod Institutum publice aperuit die 29 mensis Septembris anno 1828.

Quoniam autem extranei eius apostolatui se inseruerant, Episcopus putavit non melius nodum expediri posse, quam providendo Benedictae pristini coniugis tutelam. Hic, qui Ordinem ingressus erat ut Deo serviret et ad id tempus novitius erat, hanc vocationem dimisit pro praecipuo officio uxorem adiuvandi. Sed auxilium non coniugii usum contingebat, quem sponte recusaverant, verum intimae communionis vitae continuationem ad superiora christiana proposita persequenda. Vir illico operam navare coepit novae familiae suae, quae, Providentia favente, ut « Opus Dei », revixit, quomodo Mater Benedicta illam vocabat.

Hoc opus, quo auxilium morale et religiosum proximis ferebatur

quodque ad finem christianum et institutorium tendebat, intimae vitae societatis Ticinensis se inseruit, et tempore quidem, quo scholarum institutio probabatur tamquam rerum secundarum causa. Benedicta prima in urbe scholarum momentum pro puellis popularibus, et praesertim pro iis quae in eius Instituto educabantur, intellexit. Ab initio voluit illud ludo elementario instructum esse rationibus studiorum legi scholasticae eius temporis convenientibus et magistris approbatis praeditum. Ob bonam docendi muneris functionem ab Imperatoriis Regiis Potestatibus Austriacis insigne obtinuit « Fautricis Publicae Institutionis ».

Praeceptione scholastica simulque christianae veritatis doctrina et labore utebatur, ut puellas suas redderet vitae christianae exemplaria. Si hae numero creverunt, adeo ut plus 180 essent, hoc effectum est ex eius infinita Divinae Providentiae fiducia, sed etiam ex eius matris spiritualis forti lenique animo, ex curis, spiritu paupertatis, ademptionibus quibus sibi vel necessaria negabat.

Serva Dei, uti vera mater, puellas hospitio acceptas non tantum educabat humane et christiane, sed etiam earum unicuique domo decessurae prospiciebat. Iis dotem dabat et vestes necessarias ; consulebat ut in honesto opere essent et in bona matrimonia irent, si animadvertebat se ad vitam religiosam non esse vocatas.

Eius operam fovebat et magni faciebat Episcopus Tosi, qui ei liberaliter favit, etiam res corpóreas et consilia dando, et semper eam laudibus extulit coram Auctoritatibus civilibus et religiosis. Eius Domus, bonorum favore et honore fruita, beneficis fructibus invaluit.

Sed eius Opus sub anno 1838, una cum eius ratione institutoria, oppugnatum est etiam a quibusdam amplis viris, qui sua exprobranda consilia vanescere videbant. Benedicta, in his rerum angustiis, acrius in fidelitate erga Deum et in suo munere matris, magistrae et custodis puellarum mansit. Frustratio, obtrectatio, persecutio et animi angusti nonnullorum hominum eius aetatis eam frangere non potuerunt. Creverunt, contra, eius caritas et simplex actionis Providentiae obsequium.

Cum vero vidit Episcopum non amplius esse sibi, ut solebat, benevolum, quin immo sibi consilium dare ut ex Opere digrederetur, nihil causa fuit cur obsisteret, quoniam illud consilium habuit pro voluntate Dei. Dedit Episcopo suo Opus et patrimonium, quae tanti ei steterant, et nihil repetens profecta est Ronchum cum quinque sodalibus et fidissimo marito.

Ibi iniit Institutum Sororum Benedictinarum a Providentia, quae se conferre debebant ad educationem et institutionem omnium puellarum, maxime tamen pauperum, parentibus orbatarum vel derelictarum.

Diligens et perspicax, perspexit necessarium esse scholam aperire puellis instituendis et christiane formandis. Inde orta est prima Schola pro feminis in pago (anno 1838), quam Sorores gratuito regebant, quaeque postea municipalis facta est et publica. Quae Ticini in suo Instituto fecerat, Ronchi iteravit, ascita, iam firma, methodo praemunienti, quam postea Sanctus Ioannes Bosco latius usu vulgavit et efficaciorem fecit.

Anno 1849 Serva Dei duas misit sorores, quae eam Ticino Ronchum erant secutae, Iriam, cuius puellis, praesertim neglectioribus, instituendis se dediderunt, pro spiritu Instituti. Serva Dei mortua, haec Domus libera rectione est usa et ad hunc diem pergit esse Congregatio suae potestatis.

Anno 1851, vicus difficultatibus ob quas Ronchum reversa erat, Ticinum rediit, parata, uti semper, ad revocationem Providentiae, quae rursum significabatur postulationibus novi Episcopi Angeli Ramazzotti. Hic in animo habebat in antecedens Opus fundatum eam restituere, sed Benedicta noluit praeterita explorari, et se Deo submittens, maluit Opus accipere quod ei proponebatur, et in alia domo ad suum institutorium munus incumbere.

Eventus sociales et politici Italiam contingentes, motus pro unitate recuperanda, attingebant imprimis mulieres, turpitudine, dedecore et corruptione plebis neglectae, indefensae, pauperis et abiectae implicatas. Quae condicio peior facta est post discessum Servae Dei, qui anno 1838 ceciderat, et pessima sub annum 1848.

Serva Dei opportune advenit et ipsa sola se dedit ad illam condicionem meliorem efficiendam, condita domo familiari in quondam monasterio Sancti Gregorii pro filiabus spuriis, expositis et ex Locis Piis dimissis.

Firma Divinae Providentiae fiducia immensam ei praebebat magnanimitatem, qua excitata etiam puellis pauperibus, sed bonis, consuluit, coniunctis cum Domo convictu et schola.

Anno 1857, etsi ex corde laborans, profecta est Sanctum Quiricum « in Valpolcevera », prope Genuam, a parocho arcessita, ut ibi scholam pro filiabus popularibus aperiret. Gaudium tamen non habuit hoc munus per se ad effectum adducendi.

In itinere eius valetudo aggravata est cordis crisi, qua coacta est Ronchi residere. Quinque menses lectulo affixa est ; sed quamvis corpore doleret specimina virtutum dedit, et verbis suis quotquot eam visebant delectabat et confirmabat. Extremum spiritum effudit plene conscia, post sancta Sacramenta accepta, hora circiter septima die 21 mensis Martii anno 1858, seu die festo Sancti Benedicti, eius peculiaris patroni.

Diuturna, constans et dura opera caritatis, quam Serva Dei navavit puellis servandis, eiusque evangelica voluntas, firma et sincera, bonum faciendi, seque faciendi omnia omnibus ut omnes Christo lucrifaceret, verbis Iesu, quasi fonte perenni, illustrantur : « Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere » *(Io* 15, 5). Hinc eius vita, sine intermissione propensa ad Dei voluntatem quaerendam et exsequendam, indeque ad perfectionem, eminuit altissima pietate, magno amore mysterii Eucharistiae, religione singulari in Spiritum Sanctum, tenerrima filiae benevolentia erga Sanctissimam Virginem, vehementissima caritate, virili fortitudine, spiritu continentiae, paupertate et castitate praestanti, maxima humilitate, et ad fastigia contemplationis pervenit, mysticis gratiis insignita.

Mulier magnanima, non solum ut religiosa et conditrix conspicua fuit, verum etiam ut uxor. Namque ex intima communione vitam coniugalem, sacramento matrimonii sanctificatam, quam tamen in familia spirituali perfecit, suscitata mutua et libera abdicatione usus coniugii, absoluta actione et praesentia benignae divinae Providentiae, quam semper sensit.

Benedicta omnibus loquitur simplicitate sua, ratione vitae intrepida et a rebus mortalibus aliena, benevolentia sua : quibus dotibus efficiebat ut etiam in animis pervicacissimis et rudissimis, quas exemplo suo praeparabat ad factum gratiae, Dei et virtutum amor oriretur.

Laeta semper in silentio egit, coram Deo ; quam ob rem quamlibet viam exquirebat ut virtutes et bonum, quod faciebat, tegeret.

Fama sanctitatis Servae Dei increbruit vulgatis nuntiis gratiarum, quae eius precibus a Deo concedebantur.

Anno igitur 1927 initium habuit Genuae Processus Ordinarius super fama sanctitatis et super miraculis in genere; qui ad finem venit anno 1932 ; simul autem acti sunt Processus Rogatoriales in dioecesibus Novariensi (anno 1927), Derthonensi (anno 1927), Ticinensi (annis 1927-1928) et Mediolanensi (annis 1928-1929).

Die 12 mensis Novembris anno 1940 Sacra id temporis Rituum Congregatio Decretum edidit super scriptis. Die 25 mensis Februarii anno 1956 Sectio Historica eiusdem Congregationis iussa est pergere indagationem et recognitionem Actorum ad parandam ***Positionem Historicam super Introductione Causae et super virtutibus,*** quae edita est anno 1979 et a Consultoribus Historicis die 29 mensis Aprilis anno 1980 excussa et omnino probata.

Die 23 mensis Aprilis anno 1985 Consultores Theologi Sacrae Congregationis pro Causis Sanctorum, in Congressu Peculiari, agnoverunt Servam Dei Benedictam Cambiagio Frassinello heroum in modum exercuisse omnes virtutes. Idem confessi sunt Eminentissimi Cardinales eiusdem Dicasterii, die 4 mensis Iunii, eodem anno, in Congregatione Ordinaria, ponente Em.mo ac Rev.mo Domino Cardinali Mario Aloisio Ciappi.

Facta postmodum de hisce omnibus per subscriptum Cardinalem Praefectum plena ac fideli relatione Ioanni Paulo Papae II, Sanctitas Sua vota Patrum Cardinalium rata habens, mandavit ut de heroicis Servae Dei virtutibus decretum conscriberetur.

Quod cum rite esset factum, accitis Cardinalibus Praefecto ac Causae Ponente meque Antistite a Secretis ceterisque de more convocandis, eisque astantibus, Beatissimus Pater hodierna die declaravit : ***Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe et Caritate tum in Deum tum in proximum, necnon de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia et Fortitudine, iisque adnexis Servae Dei Benedictae Cambiagio Frassinello, in gradu heroico, in casu et ad effectum de quo agitur.***

Mandavit autem Sanctitas Sua ut hoc Decretum publici iuris fieret et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referretur.

Datum Romae, die 6 Iulii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, ***Praefectus***

L. © S.

ffi Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, ***a Secretis***

IV

PALAIEN.

Canonizationis Ven. Servae Dei Alfonsae ab Immaculata Conceptione (in saec.: Annae Muttathupadathu), Sororis professae Congregationis Clarissarum III Ordinis S. Francisci.

SUPER DUBIO

An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur.

Hoc in Ecclesiae more est positum ut in decernendis beatorum caelitum honoribus iis qui christianas virtutes heroum more exercuissent, praeter hominum testimonium pariter accedere oporteat ipsius Dei suffragium et quidem per miraculum, intercedentibus iisdem Servis Dei, manifestum. Operatur enim Deus miracula « ad hominum utilitatem, et hoc dupliciter : uno quidem modo ad veritatis praedicatae confirmationem; alio modo ad demonstrationem sanctitatis alicuius, quem Deus hominibus vult proponere in exemplum virtutis. Primo modo miracula possunt fieri per quemcumque qui veram fidem praedicat et nomen Christi invocat : quod etiam interdum per malos fit. Et secundum hunc modum etiam mali possunt miracula facere ... Secundo autem modo non fiunt miracula, nisi a Sanctis, ad quorum sanctitatem demonstrandam miracula fiunt in vita eorum, vel etiam post mortem, sive per eos sive per alios » (S. Thomas Aquinas, *Summa theologica,* II-II^{ae}, q. 178, art. 2 in corpore).

Iamvero ad virtutum fastigium pervenisse Venerabilem Servam Dei Alfonsam ab Immaculata Conceptione, Congregationis Clarissarum Tertii Ordinis S. Francisci Assisiensis, die 19 mensis Augusti anno 1910 in Statu Kerala (India) natam atque die 28 Iulii a. 1946 vita functam, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, servatis omnibus de iure servandis, die 9 Novembris anni 1984 edixit.

Exinde Causae actores properarunt ut ex pluribus caelestibus favoribus quae, deprecante eadem Venerabili Famula Dei, a Christifidelibus receptae dicuntur, unam eamque miram assertam sanationem Apostolicae Sedi ad cognoscendum exhibuerunt, spe freti Venerabilem praefatam beatificationis honoribus cumulatum iri.

Porro agitur de sanatione Thomae Abraham Athialil, pueri Indiani annorum undecim qui, mense Ianuario a. 1947, intercedente

eadem Venerabili, consanuit fere in instanti ac perfecte a pede congenito, bilaterali, equino-varo supinato.

Super huiusmodi mira sanatione instructi sunt ordinaria potestate prius, anno 1959, deinde anno 1981, Sanctae Sedis auctoritate processus, de quorum iuridica forma et vi exiit die 13 Iulii a. 1984 huius Congregationis decretum. De eodem mirabili facto Consulta Medica eiusdem Congregationis die 6 mensis Decembris eodem anno disceptavit atque censuit praedictam sanationem per naturae leges explicari non posse. Hinc res tota theologico iudicio est subiecta, primum quidem, die 23 mensis Maii anno hoc 1985, in Congressu Peculiari, qui vocatur, Consultorum, moderante Rev.mo Domino Antonio Petti, sanctae Fidei Promotore ; postea, die 2 Iulii eodem anno, in Congregatione Ordinaria Patrum Cardinalium et Episcoporum, referente infrascripto Cardinali Praefecto loco ac vice Em.mi Cardinalis Vladislai Rubin, Causae ponentis. Et utroque in Coetu dubio proposito : *An et de quo miraculo constet, in casu et ad effectum de quo agitur,* affirmativum responsum est datum.

Quibus de rebus certior factus per subscriptum Cardinalem Praefectum, Summus Pontifex Ioannes Paulus II, vota Congregationis pro Causis Sanctorum excipiens, mandavit ut relativum appararetur decretum.

Quod cum rite esset factum, hodierna die, accitis Cardinalibus infrascripto Praefecto atque Causae ponente, meque Antistite a secretis Congregationis ceterisque de more convocandis, iisque astantibus, Beatissimus Pater declaravit : *Constare de uno miraculo, Venerabili Serva Dei Alfonsa ab Immaculata Conceptione (in saec. Anna Muttathupadathu) deprecante, a Deo patrato, videlicet de instantánea, perfecta stabilique sanatione pueri Thomae Abraham Athialil a pede congenito bilaterali atque inveterato, speciei ac formae, quam appellant, equinae-varae-adductae-supinatae.*

Hoc autem Decretum in vulgum edi et in acta Congregationis pro Causis Sanctorum referri iussit.

Datum Romae, die 6 Iulii A. D. 1985.

PETRUS Card. PALAZZINI, *Praefectus*

L. ® S.

✠ Traianus Crisan, Archiep. tit. Drivastensis, *a Secretis*

DIARIUM ROMANAE CURIAE
DIARIUM CURIAE

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ha ricevuto in Udienza Ufficiale per la presentazione delle Lettere Credenziali:

Giovedì, 7 Novembre 1985, S. E. il Signor ELDON PATTYSON BLACK, Ambasciatore del Canada presso la Santa Sede.

Sabato, 16 Novembre 1985, S. E. il Signor GONZALO PUENTE OJEA, Ambasciatore di Spagna presso la Santa Sede.

Lunedì, 18 Novembre 1985, S. E. il Signor JEAN-MARIE EWENG-UE, Ambasciatore della Repubblica Popolare del Congo presso la Santa Sede.

Il Santo Padre Giovanni Paolo II ria ricevuto in Udienza:

Sabato, 9 Novembre 1985, S. E. il Signor ROLAND DUMAS, Ministro degli Affari Esteri di Francia.

Martedì, 12 Novembre 1985, S. E. il Signor ALAN GARCÍA PÉREZ, Presidente del Perù.

Venerdì, 15 Novembre 1985, S. E. il Signor FERNANDO ANDRADE DÍAZ-DURAN, Ministro degli Affari Esteri del Guatemala.

Sabato, 16 Novembre 1985, la Signora AMINE GEMAYEL.

Lunedì, 18 Novembre 1985, S. E. il Signor JACK LANG, Ministro della Cultura di Francia.

Giovedì, 7 novembre 1985, il Santo Padre ha presieduto la riunione dei Capi dei Dicasteri della Curia Romana.

Da Giovedì 21 a Sabato 23 novembre 1985, il Santo Padre ha presieduto la riunione plenaria del Collegio Cardinalizio.

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Breve Apostolico Sua Santità Giovanni Paolo II ha nominato:

16 novembre 1985. Mons. Antonio Mattiazzo, Arcivescovo titolare eletto di Viruno, ***Nunzio Apostolico in Costa d'Avorio*** e ***Pro-Nunzio Apostolico in Burkina Faso*** e ***in Niger.***

27 » » Mons. Angelo Lanzoni, ***Protonotario Apostolico « de numero participantium ».***

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre Giovanni Paolo II ha nominato:

26 ottobre 1985. L'E.mo Signor Cardinale Simon D. Lourdusamy, Prefetto della Congregazione per le Chiese Orientali, ***Membro della Pontificia Commissione per la Revisione del Codice di Diritto Canonico Orientale.***

5 novembre 1985. Le LL. EE. i Monsignori : Jose T. Sánchez, Arciv. di Nueva Segovia; Derek Worlock, Arciv. di Liverpool; Matondo Kwa Nzambi, Vesc. di Basankusu; Theodor Hubrieh, Vesc. tit. di Auca; Fiorino Tagliaferri, Vesc. em. di Cremona ; — i Monsignori : Luigi Giussani ; Paul Huot-Pleuroux ; Natalino Zagotto; — il rev. Michel Dubost; il P. Manfred Entrich, O.P.; i rev.di Lucio Gera e Jose Pachón; D. Egidio Vigano, S.D.B.; — i Signori Jordi Bonet; Angeles Galino; Rosemary Goldie; Mariola Kuc; Jean Larnaud; Chiara Lubich; Evi Meyer ; Henry Nelson ; Geneviève Rivière ; Giovanni Scalco; Alba Zizzamia, ***Consultori del Pontificio Consiglio per i Laici.***

19 » » S. E. Mons. Justin Rigali, Arcivescovo titolare di Boisena e Presidente della Pontificia Accademia Ecclesiastica, ***Consultore della Segreteria di Stato.***

21 » » S. E. Mons. Lorenzo Miccheli Filippetti, O.S.A., Vescovo Prelato di Chuquibambilla, ***Consultore della Congregazione per le Cause dei Santi.***

28 novembre 1985. S. E. Mons. Fiorino Tagliaferri, Vescovo emerito di Cremona, ***Assistente Ecclesiastico Generale dell'Azione Cattolica Italiana «.in aliud triennium ».***

NECROLOGIO

3 novembre 1985. Mons. Alquilio Alvarez Diez, Vescovo Prelato di Marajó ***(Brasile).***

13 » » Mons. Petrus Nguyen-Huy-Quang, Vescovo di Hung-Hoa ***(Vietnam).***

14 » » Mons. John Patrick O'Loughlin, Vescovo di Darwin ***(Australia).***

15 » » Mons. François Xavier Rajaonarivo, Vescovo di Miarinarivo ***(Madagascar).***

16 » » Mons. Simon Michael Fung Kui Heong, Vescovo di Kota Kinabalu ***(Malaysia).***

17 » » Mons. Renato Luisi, Vescovo emerito di Nicastro ***(Italia).***

25 » » Mons. José Quezada Valdés, Vescovo emerito di Acapulco ***(Messico).***

Recens nuntiatum est Paulinum Amado, ep. tit. Carinolensem, die 9 m. Martii; Basilium Khoury, archiep. tit. Myrensem Graec. Melkit. Cath., die 22 m. Aprilis; Marium Longo Domi, ep. em. Pistoriensem, die 18 m. Augusti, huius anni, de vita decessisse.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

I
INDEX GENERALIS ACTORUM

(AN. ET VOL. LXXVII)

I - ACTA SUMMI PONTIFICIS

II - ACTA CONGREGATIONUM

II
INDEX DOCUMENTORUM CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

I - ACTA IOANNIS PAULI PP. II

I - ADHORTATIO APOSTOLICA

II - EPISTULA ENCYCLICA

III - EPISTULAE APOSTOLICAE

IV - SACRA CONSISTORIA

V - LITTERAE DECRETALES

VI - LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE

VII - CONSTITUTIONES APOSTOLICAE

VIII - LITTERAE APOSTOLICAE

IX - LITTERAE MUTUO DATAE

X - CONVENTIONES

XI - HOMILIAE

XII - EPISTULAE

XIII - ALLOCUTIONES

XIV - NUNTII GRATULATORII

XV - NUNTII TELEVISIFICI

XVI - NUNTII SCRIPTO DATI

XVII - ITINERA APOSTOLICA

EX HABITIS DUM SUMMUS PONTIFEX HELVETIAM PERAGRAT DELECTAE ALLOCUTIONES

EX HABITIS DUM SUxMMUS PONTIFEX C AN AD AM PERAGRAT DELECTAE ALLOCUTIONES

EX HABITIS DUM SUMMUS PONTIFEX AMERICAM LATINAM PERAGRAT DELECTAE ALLOCUTIONES

XVIII - SECRETARIA STATUS

II - ACTA CONGREGATIONUM

I - CONGREGATIO PRO DOCTRINA FIDEI

II - CONGREGATIO PRO EPISCOPIS

III - CONGREGATIO PRO ECCLESIIS ORIENTALIBUS

IV - CONGREGATIO PRO GENTIUM EVANGELIZATIONE SEU DE PROPAGANDA FIDE

V - CONGREGATIO PRO CAUSIS SANCTORUM

VI - CONGREGATIO PRO INSTITUTIONE CATHOLICA

III - ACTA TRIBUNALIUM

ROTA ROMANA

IV - ACTA COMMISSIONUM

PONTIFICIA COMMISSIO CODICI IURIS CANONICI AUTHENTICE INTERPRETANDO

III
INDICES NOMINUM

I - INDEX NOMINUM PERSONARUM

(OMITTUNTUR NOMINA ACTIBUS SUBSCRIPTA)

A

B

E

F

G

T

U

V

W

II - INDEX NOMINUM DIOECESIUM, VICARIATUUM, ETC.

IV
INDEX RERUM ANALYTICUS

C

D

E

F

ADDENDA CORRIGENDA ET DELENDA

In Vol. LXXXVII, (1985) Commentarii ACTA APOSTOLICAE SEDIS

pag. 100, linea 16 : loco *Augustoni* legatur *Agustoni.*
pag. 366, linea 31 : loco *16* legatur *11.*
pag. 367, linea 3 : loco *16 febbraio* legatur *11 febbraio.*
pag. 520, deleantur lineae 24, 25, 26, 27.
pag. 677, lineae 21, 23 : loco *Nuntio* legatur *Pro-Nuntio.*
pag. 766, linea 30 : post *Ioannem Innocentium* addatur *Martinelli.*
pag. 828, linea 20, loco *peregrat* legatur *peragrat.*
pag. 828 et deinceps : loco *Caracae* legatur *Caracis.*
pag. 904, linea 8 : loco *Congregationis* legatur *Congregationi.*
pag. 111, linea 38 : loco *Tougourdeau* legatur *Taugourdeau.*

SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM VOLUMEN
COMMENTARII OFFICIALIS « ACTA APOSTOLICAE SEDIS »
ABSOLVITUR DIE XXXI DECEMBRIS MCMLXXXV
TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

Anno LVI Città del Vaticano sabato 16 febbraio 1985 Num. 1

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI DELLO STATO DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VII

N. LXXXII - Legge che autorizza la coniazione ed emissione di monete per l'anno 1984.

16 febbraio 1985

GIOVANNI PAOLO PP. II

Di Nostro moto proprio e certa scienza, con la pienezza della Nostra sovrana autorità;

Vista la legge monetaria 31 dicembre 1980, n. XXI;

Viste le leggi 80 dicembre 1959, n. XI, 25 luglio 1978, n. CLI, 20 settembre 1979, n. IX, e 15 aprile 1983, n. LVIII, con le quali sono determinate nuove caratteristiche per le monete vaticane;

Vista la Convenzione monetaria sottoscritta il 29 marzo 198S nella Città del Vaticano tra lo Stato della Città del Vaticano e Vitalia;

Abbiamo ordinato ed ordiniamo quanto appresso, da osservarsi come legge dello Stato:

Art. 1. - È autorizzata la coniazione e la emissione di monete metalliche del valore nominale di L. 10, L. 20, L. 50, L. 100, L. 200, L. 500, L. 1.000, aventi le caratteristiche tecniche di cui all'articolo 2 della legge 30 dicembre 1959, n. XI, all'articolo 1 della legge 25 luglio 1978, n. OLI, all'articolo 2 della legge 20 settembre 1979, n. IX, e all'articolo 1 della legge 15 aprile 1983, n. LVIII.

Art. 2. - Le caratteristiche artistiche delle monete di cui all'articolo 1 sono le seguenti :

nel diritto :

il profilo di Sua Santità Giovanni Paolo II, volto a sinistra, e la scritta circolare « IOANNES PAULUS II P. M. A. VI MCMLXXXIV ».

nel rovescio :

per la moneta da L. 1.000, lo stemma di Sua Santità Giovanni Paolo II ;

per gli altri tagli, i soggetti sono ispirati al tema della pace, rispettivamente :

— per la moneta da L. 500, ((due mani nell'atto di stringere un ramoscello di ulivo » ;

— per la moneta da L. 200, ((la barca mistica naviga in un mare procelloso » ;

— per la moneta da L. 100, ((un agnello con aureola, in primo piano la Croce»;

— per la moneta da L. 50, ((tre colombe che si dissetano » ;

— per la moneta da L. 20, ((un pastore con aureola che vigila un gregge sorreggendo un ramo di ulivo » ;

— per la moneta da L. 10, « una mano stringe le spighe che un'altra mano ha falciato con la spada » ;

tutte le monete recano la scritta ((CITTÀ DEL VATICANO » e l'indicazione del valore; le monete da L. 10, L. 20, L. 50, L. 100, L. 200 e L. 500 recano anche la parola « PAX ».

Le monete da L. 500, L. 200, L. 100, L. 50, hanno il bordo circolare esterno in parte o tutto godronato; le monete da L. 20

e da L. 10 hanno il bordo circolare esterno liscio; la moneta da L. 1.000 reca, sul bordo circolare esterno, la scritta in rilievo: +++ TOTUS TUUS +++ MCMLXXXIV.

Art. 3. - Le monete di cui agli articoli precedenti saranno emesse nei quantitativi di cui appresso:

Monete da L.	10	pezzi 110.000	pari a L. 1.100.000
Monete da L.	20	pezzi 170.000	pari a L. 3.400.000
Monete da L.	50	pezzi 300.000	pari a L. 15.000.000
Monete da L.	100	pezzi 400.000	pari a L. 40.000.000
Monete da L.	200	pezzi 250.000	pari a L. 50.000.000
Monete da L.	500	pezzi 270.000	pari a L. 135.000.000
Monete da L.	1.000	pezzi 105.500	pari a L. 105.500.000
			L. 350.000.000

Art. 4. - La presente legge entrerà in vigore il giorno della sua pubblicazione.

Comandiamo che l'originale della presente legge, munito del sigillo dello Stato, sia depositato nell'Archivio delle leggi dello Stato della Città del Vaticano, e che il testo corrispondente sia pubblicato nel supplemento degli Acta Apostolicae Sedis, *mandando a chiunque spetti di osservarla e di farla osservare.*

Data dal Nostro Palazzo Apostolico Vaticano il sedici febbraio millenovecentoottantacinque, anno VII del Nostro Pontificato.

GIOVANNI PAOLO PP. II

Anno LVI   Città del Vaticano martedì 7 maggio 1985   Num. 2

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI DELLO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VII

N. **LXXXIII - Ordinanza della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con la quale è autorizzata la emissione di una serie di francobolli per commemorare il millecentesimo anniversario della morte** di **S. Metodio.**

7 *maggio 1985*

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PER LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Vista la legge 24 giugno 1969, n. LI ;

Visti gli art. 2 e 20 lett. ***o*** n. 5 della legge sulle fonti del diritto, 7 giugno 1929, n. II ;

ORDINA

Art. 1. - È autorizzata la emissione di una serie di tre francobolli per commemorare il millecentesimo anniversario della morte di S. Metodio, da valere per il pagamento delle tasse relative alle corrispondenze in partenza dalla Città del Vaticano.

Art. 2. - I francobolli di cui all'articolo precedente, realizzati su carta bianca patinata a stampa pluricolore in rotocalcografia, e riuniti nel numero di 20 esemplari per foglio, hanno le seguenti caratteristiche :

dimensioni : mm. 30 x 40, dentellatura *ÌQ-A* x 14, formato verticale ;

valori: L. 500, L. 600, L. 1.700;

i tre soggetti riproducono :

per il valore da L. 500, la figura del Santo in abiti vescovili, con le immagini di Cristo e della Madonna, e, sul lato destro, la scritta ((S. METODIO » e le date « 885-1985 » ;

per il valore da L. 600, i due fratelli S. Cirillo e S. Metodio, che trasportano a Roma il corpo di S. Clemente I, Papa, recuperato dal mare con un'ancora al collo, simbolo del martirio ;

per il valore da L. 1.700, i Santi Benedetto, Cirillo e Metodio, Patroni d'Europa.

I tre francobolli recano, in alto a destra, l'indicazione del valore, e, in basso, la dicitura « POSTE VATICANE » .

Art. 3. - I francobolli di cui agli articoli precedenti hanno validità illimitata agli effetti postali, dalla data di entrata in vigore della presente ordinanza.

La tiratura è di 850.000 serie complete.

Art. 4. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione nel Cortile di San Damaso, alla porta degli **Unici** del Governatorato e negli Uffici postali dello Stato, ed entrerà in vigore nel giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, sette maggio millenovecentoottantacinque.

SEBASTIANO Card. BAGGIO, *Presidente*
MASSIMILIANO Card, DE FURSTENBERG
SILVIO Card. ODDI
GIUSEPPE Card. PAUPINI
GIUSEPPE MARIA Card. SENSI
PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Anno LVI — Città del Vaticano, martedì 7 maggio 1985 — Num. 3

ACTA APOSTOLICAE SEDI

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI DELLO STATO

DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VII

N. LXXXIV - Ordinanza della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con la quale è autorizzata la emissione di una serie di francobolli per commemorare il quattrocento - cinquantesimo anniversario della morte di S. Tommaso Moro.

7 *maggio 1985*

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PER LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Vista la legge 24 giugno 1969, n. LI;

Visti gli art. 2 e 20 lett. ***c*** n. 5 della legge sulle fonti del diritto, 7 giugno 1929, n. II;

ORDINA

Art. 1. - È autorizzata la emissione di una serie di tre francobolli per commemorare il quattrocentocinquantesimo anniversario della

morte di S. Tommaso Moro, da valere per il pagamento delle tasse relative alle corrispondenze in partenza dalla Città del Vaticano.

Art. 2. - I francobolli di cui all'articolo precedente, realizzati su carta bianca patinata a stampa pluricolore in offset e calcografia, e riuniti nel numero di 20 esemplari per foglio, hanno le seguenti caratteristiche :

dimensioni: mm. 40x30, dentellatura 14xl3V4, formato orizzontale ;

valori : L. 250, L. 400, L. 2.000 ;

i tre soggetti riproducono, sul lato sinistro, l'immagine del Santo, tratta da un dipinto di Giovanni Holbein il Giovane, e sul lato destro, rispettivamente :

per il valore da L. 250, una riproduzione della carta della Gran Bretagna e Irlanda, tratta da un affresco della Galleria delle Carte Geografiche nella Città del Vaticano;

per il valore da L. 400, il frontespizio della edizione del 1629 del libro « Utopia », conservato presso la Biblioteca Apostolica Vaticana e proveniente dalla collezione del Cardinale Angelo Mai ;

per il valore da L. 2.000, il frontespizio del volume di Domenico Regi sulla vita e le opere del Santo, stampato nel 1675 a Milano da Antonio Malatesta e conservato presso la Biblioteca Apostolica Vaticana.

I tre francobolli recano, in alto, la dicitura ((POSTE VATICANE », in basso a destra, l'indicazione del valore, al centro, la scritta « S. TOMMASO MORO » e le date « 1535-1985 ».

Art. 3. - I francobolli di cui agli articoli precedenti hanno validità illimitata agli effetti postali, dalla data di entrata in vigore della presente ordinanza.

La tiratura è di 850.000 serie complete.

Art. 4. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione nel Cortile di San Damaso, alla porta

degli Uffici del Governatorato e negli Uffici postali dello Stato, ed entrerà in vigore nel giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, sette maggio millenovecentoottantacinque.

SEBASTIANO Card. PAGGIO, *Presidente*

MASSIMILIANO Card, DE FURSTENBERG

SILVIO Card. ODDI

GIUSEPPE Card. PAUPINI

GIUSEPPE MARIA Card. SENSI

PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Anno LVI Città del Vaticano, martedì 18 giugno 1985 Num. 4

ACTA APOSTOLICAE SEDI

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VII

N. LXXXV - **Ordinanza della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con la quale è autorizzata la emissione di una serie di francobolli per commemorare il nono centenario della morte di S. Gregorio VII.**

18 giugno 1985

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PER LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Vista la legge 24 giugno 1969, n. LI;

Visti gli art. 2 e 20 lett. c n. 5 della legge sulle fonti del diritto, 7 giugno 1929, n. II;

ORDINA

Art. 1. - È autorizzata la emissione di una serie di tre francobolli, per commemorare il nono centenario della morte di S. Gregorio VII,

da valere per il pagamento delle tasse relative alle corrispondenze in partenza dalla Città del Vaticano.

Art. **2.** - I francobolli di cui all'articolo precedente, realizzati su carta bianca patinata a stampa pluricolore in rotocalcografia, e riuniti nel numero di venti esemplari per "foglio, hanno le seguènti caratteristiche :

valori: L. 150, L. 450, L. 2.500;

dimensioni: per i valori da L. 150 e L. 450, mm. 30x40, dentellatura **13V4** x 14, formato verticale ; per il valore da L. 2.500, mm. 40 x 30, dentellatura **14 x 13V4,** formato orizzontale;

i tre soggetti riproducono :

per il valore da L. **150,** un'aquila, tratta da una formella della porta bizantina della Basilica di S. Paolo in Roma, commissionata dal mònaco Ildebrando di Soana, che divenne Papa Gregorio VII;

per il valore da L. **450,** la figura del Santo con il triregno, benedicente ;

per il valore da L. 2.500, il sarcofago che ha conservato le spoglie del Santo fino al **1953.**

I francobolli da L. **150** e L. **450** recano in alto, alternativamente, l'indicazione del valore e le date ((**1085** » e ((**1985** », e, sui lati verticali, la scritta « SAN GREGORIO VII » e la dicitura « POSTE VATICANE » ; il francobollo da L. 2.500 reca in alto le scritte « SAN GREGORIO VII 1085 1985 » e, in basso, le parole « DILEXI IUSTITIAM ET ODIVI INIQUITATEM », la dicitura ((POSTE VATICANE » e l'indicazione del valore.

Art. **3.** - I francobolli di cui agli articoli precedenti hanno validità illimitata agli effetti postali, dalla data di entrata in vigore della presente ordinanza.

La tiratura è di 800.000 serie complete.

Art. **4.** - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione nel Cortile di San Damaso, alla porta degli

Uffici del Governatorato e negli Uffici postali dello Stato ed entrerà in vigore nel giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, diciotto giugno millenovecentoottantacinque.

SEBASTIANO Card. BAGGIO, *Presidente*

MASSIMILIANO Card, DE FURSTENBERG

SILVIO Card. ODDI

GIUSEPPE Card. PAUPINI

GIUSEPPE MARIA Card. SENSI

PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Anno LVI Città del Vaticano martedì 18 giugno 1985 Num. 5

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

supplemento per le leggi e disposizioni
dello stato

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VII

N. LXXXVI — **Ordinanza della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con la quale è autorizzata la emissione di una serie di francobolli celebrativi del** 43° **Congresso Internazionale Eucaristico (Nairobi).**

18 giugno 1985

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PEE LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Vista la legge 24 giugno 1969, n. LI;

Visti gli art. 2 e 20 lett. c n. 5 della legge sulle fonti del diritto, 7 giugno 1929, n. II;

ORDINA

Art. 1. - È autorizzata la emissione di una serie di quattro francobolli celebrativi del 43° Congresso Internazionale Eucaristico (Nairobi), da valere per il pagamento delle tasse relative alle corrispondenze in partenza dalla Città del Vaticano.

Art. 2. - I francobolli di cui all'articolo precedente, realizzati su carta bianca patinata a stampa pluricolore in rotocalcografia e riuniti

nel numero di venti esemplari per foglio, hanno le seguenti caratteristiche :

dimensioni : mm. 30 x 40, dentellatura 13V4 x 14, formato verticale ;

valori: L. 100, L. 400, L. 600, L. 2.300;

i soggetti riproducono :

per il valore da L. 100, il continente africano, al centro l'Ostia che irradia una Croce e dei raggi luminosi ;

per il valore da L. 400, al centro la Croce e l'Ostia, l'altare e l'Assemblea dei Vescovi;

per il valore da L. 600, un calice di fattura africana, al centro la Croce e l'Ostia;

per il valore da L. 2.300, una famiglia cristiana rivolge lo sguardo alla Croce e all'Ostia.

I quattro francobolli recano, in alto, la scritta « NAIROBI 85 » e, a destra, il simbolo del Congresso Eucaristico; intorno al soggetto, la scritta « XLIII CONGRESSO EUCARISTICO INTERNAZIONALE », e, in basso, la dicitura « POSTE VATICANE » e l'indicazione del valore.

Art. 3. - I francobolli di cui agli articoli precedenti hanno validità illimitata agli effetti postali, dalla data dì entrata in vigore della presente ordinanza.

La tiratura è di 800.000 serie complete.

Art. 4. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione nel Cortile di San Damaso, alla porta degli Uffici del Governatorato e negli Uffici postali dello Stato ed entrerà in vigore nel giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, diciotto giugno millenovecentoottantacinque.

SEBASTIANO Card. SAGGIO, *Presidente*

MASSIMILIANO Card, DE FURSTENBERG

SILVIO Card. ODDI

GIUSEPPE Card. PAUPINI

GIUSEPPE MARIA Card. SENSI

PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Aimo LVI Città del Vaticano, martedì 18 giugno 1985 Num. 6

ACTA APOSTOLICAE SEDI

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI

DELLO STATO

DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VII

N. LXXXVII - **Ordinanza della Pontificia Commissione per lo Stato della Città del Vaticano con la quale è autorizzata la emissione di un nuovo tipo di aerogramma.**

18 giugno 1985

LA PONTIFICIA COMMISSIONE
PER LO STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO

Vista la legge 24 giugno 1969, n. LI;

Visti gli art. 2 e 20 lett. *o* n. 5 della legge sulle fonti del diritto, 7 giugno 1929, n. II;

Vista l'ordinanza 29 dicembre 1984, n. LXXX, in materia di tariffe postali e telegrafiche;

ORDINA

Art. 1. - ÍD autorizzata la emissione di un nuovo tipo di aerogramma, suddiviso in tre sezioni, la superiore delle quali è munita di tre lembi gommati per la chiusura. Sul lembo superiore è riportata l'avvertenza,

in due lingue e su due righe : *È vietato inserire qualsiasi oggetto — Il est défendu de joindre n'importe quel objet.*

La prima sezione del foglio reca impressi sulla facciata esterna :

a sinistra, in alto, la vignetta, che riproduce il pastorale con una composizione decorativa, dalla quale si affacciano due colombi. In alto, il simbolo dell'O.N.U., in basso, le date « 1945 » e ((1985 »; sempre in basso, fuori della vignetta, la dicitura <(AÉROGRAMME » ;

a destra, in alto, Fimpronta del valore, recante la colomba che porta un ramoscello di ulivo, tratta dal mosaico donato dal S. Padre alle Nazioni Unite e la dicitura ((POSTE VATICANE 600 ».

La seconda sezione, che ripiegata forma il verso dell'aerogramma, reca la dicitura « MITTENTE » e tre linee punteggiate.

La terza sezione non reca alcuna indicazione.

Il foglio, di colore celeste-grigio, che aperto misura cm. 26,5 x 15,8, esclusi i lembi di chiusura, reca in filigrana, due volte, la dicitura ((STATO DELLA CITTÀ DEL VATICANO ».

L'impronta del valore postale, di formato orizzontale, misura mm. 45x33 compresa la dentellatura.

La tiratura è di 320.000 esemplari.

Art. 2. - La presente ordinanza sarà pubblicata, oltre che nei modi ordinari, mediante affissione nel Cortile di S. Damaso, alla porta degli Unici del Governatorato e negli Uffici postali dello Stato, ed entrerà in vigore nel giorno stesso della sua pubblicazione.

Città del Vaticano, diciotto giugno millenovecentoottantacinque.

SEBASTIANO Card. BAGGIO, *Presidente*

MASSIMILIANO Card, DE FÜRSTENBERG

SILVIO Card. ODDI

GIUSEPPE Card. PAUPINI

GIUSEPPE MARIA Card. SENSI

PAOLO MARCINKUS, *Pro-Presidente*

Anno LVI Città del Vaticano, venerdì 28 giugno 1985 Num. 7

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

SUPPLEMENTO PER LE LEGGI E DISPOSIZIONI DELLO STATO DELLA CITTA DEL VATICANO

Pontificato di S. S. Giovanni Paolo II - Anno VII

